N.g.90.

N. ~~3044~~
N. g. 90

XXX·1·19·







# IOANNIS MARIAE VELMATII

Sacræ Theologiæ profeſſoris, & Poetæ ſcientiſſimi, ueteris & noui teſtamẽti opus ſingulare, ac planè Diuinum: & ab ipſo Authore accuratiſſime recognitum, & ſcholys illuſtratum, & diligentiſſime excuſum.

VENETIIS MDXXXVIII






# IOANNES

## MARIA VELMATIVS

*Bagnacaballus ad reuerendiſſimum dominicum portuenſem epiſcopum cardinalem tranenſem ſalutem plurimam.*

SOLENT *reuerendiſſime antiſtes chriſtianæ fidei decus, qui cõtinuis exanimati laboribus delaſſantur, ſuam uultuoſam frontem uarijs interdum ſolatiolis recreare, ne in ocioſum corporis torpedinem: & diram mentis ebetudinem teterrimi facinoris genitricem labant incauti, quæ niſi in peracerba quædam faſtidia mortalium curas ducit, at ego cum innumeris laboribus, & uitæ obtunderer miſerijs, non infimas malarum ualitudinum perpeſſus ærumnas poſt obnubilati ſtomachi laſſitudinem muſarum ioculis, placuit aliquantiſper indignatos artus expugnare, pyreneo refocillatus hauſtu, & ut me ab ætheocleis cõtentionibus amouerem, quarum cauillationes uix quidem philoſophali patientia repurgaui, ut quos dialecticos, quotboris, exanthlaram labores haud quaq̃ meo poſſem ingenio ſpeculari. Cum bella omnia, bella omnia in noſtris partibus ſtygio intonarent boatu, nec à domo domus tuta eſſet ciuili fœdata ſanguine, & ne ego ipſe tot abſonos armorum ſtrepitus: & miſerarum miſerimos mulierum ululatus audirem: ſatis mei*

pectoris proluuio ſanguinis ſordidatus, & pene ex-hauſtus uita, ſeceſſi, & cœleſtium rerum creatio-nem; & cacodemonum lapſum a mundi exordio, præeunte diuini pneumatis gratia, euigilaui, tuo etenim fretus numine uſq; ad Chriſti aſſenſum. qui Chriſti ianuæ, ad æternam uitam, cardinis geris uicem, quiq; pijs præcibus ſumma clementia, paterno non interdicis fauore, quo fit iure optimo hos tibi no-ſtros labores, & uigilias perinde ac meo conſecrẽ phœ bo; quandoquidem diuina diuinis, & magna magnis offerenda cenſeo, tam & ſi ego infimus poetarum imi-tator, ſed quia hæc á diuinarum rerum archiuo ſeligũ-tur ea, profecto, ratione, non puerilia eſſe dixerim. Si quid tamen minus egregij deprauandum ſit, meo ob-tuſo aſcribas ingenio, quoniam in quo homine anxieta-tes hoſpitantur, ueluti nauis eſt in tempeſtuoſo fluctuũ turbine derelicta, ubi undarum ſonitantes incurſus ge-mentem illam ad ſcopulos impellunt, quæ eſt eius per-nities, ſi quid autem elimati offenderis, id totum diui-na elaboratum charitate prædicato, & tuo mihi ſufful tum præſidio, homo enim ſum reuerendiſſime antiſtes, ſcio quippe ꝙ non deerunt detractores, qui tantum uir tuti inſidiantur peiores orco, qui ſolos reos excruciat, quis enim non aliena cernit ad ſua praua cæcus? multi quippe, ut ſua extollant, aliena condemnant ſe multum tumidi ſcire ſimulantes cum nihil ſciant. & ſi aliquid eſt, illud aliquid in patum conuertitur: qui uere ſciunt non uituperant, ſed ſi quid erroris emergat paterno mo re caſtigant ut nulla dicendi ſalago ab aſtantum auri-bus audiatur, quia quo magis decreſcit ignorantia, eo minus creſcat ſuperbiendi cupido. littere enim é ſaxo

debent

*debent olinum emungere, non at ab oleo ſilices excauare. Quicquid ſit, accipe hos ſudores uelmatij, & in illũ parcas ſolita, ſolita inquam clementia, & memento te eſſe Romę, ubi errata animę corriguntur emaculanturq́; non ergo mirum ſit, ſi & noſtra ibi Romam profecta fuerint abſoluenda. Vale tibi me totum dico.*

## PETRVS CARABETA
### Phyſicus.

Quæ deus æterno produxerat omnia ſolus.
Fert tibi uelmatijs docta camæna modis
Dat grauis euterpe hic quæ non cecinere priores
A' ioue nunc muſa eſt, de ioue uera canit
Tum ſileant cuncti ſacro hoc referente poeta
Quod poſſit dici, clauditur hoc opere.

Prima erit ad græcos, tibi mantua docta ſecunda eſt
Velmatio ad muſas tertia palma uiro.

## VELMATIVS AD REVE-
### rendiſſimum Cardinalem.

Inſeruit natura modum perfecta creatis,
Ex ui naturę quod iuuat omne petit,
Tendimus optato, fugimusq; nocentia nobis,
Ex ui naturæ quod nocet omne fugit.
Quæ bona ſunt optantur enim, ſi forte negentur
Tunc ſitis occurit luxurioſa magis.
Quæ ſibi conueniat, talem ſibi poſtulat artem.
Non intrat proprios ſi minus apta lares,
Nemo alas quærit: nec uiuere quærit in undis.
Nemo petit timidas uictitet inter oues,
Diſcere qui neſcit cupiet, requiemq; labori,
Qui tam phœbeas ſollicitauit opes.
Viuere qui laſſus fortis, qui morbidus atra
Bile tumet membris uulnus abire ſuis.

Crine

Crinē carens crines, ſeu denſis crinibus optat
    Demere de grauibus pondus inerme comis.
Sectus & ire, pedes, audire decentia ſurdus.
    Et truncus manibus tangere queq; ſuis.
De nare expunctus, cæcus de lumine tentat.
    Mutus & aſſiduo quæritat ore loqui.
Da panem miſero, donetur candida ſeruo
    Libertas; laſſo da breue, gaudet, iter.
Nauita uult portum, quærit compendia uiuax
    Mercator, cauſas cauſidicusq; graues.
Arma petit miles ſæui renitentia martis.
    At uilis trepidam uellet habere fugam,
Ruſticus & ſegetes: cupiunt animalia uictum.
    Pingueſcit tacita nocte lauerna uorax,
Da canibus leporem, fugienti & pocula ceruo,
    Da cliuum lepori, dum fugit ante canem.
Gaudeat ille puer, cui primus in æquore puluis.
    Gaudeat & primo puluere primus equus.
Iſta iuuant, eadem magno cupiuntur & æſtu.
    Ex ui nature quod iuuat omne petit.
Tu ſitis, ars & noſtra decens, doctrina, quieſq;
    Pes decus, ad teneras auris aperta præces.
Tuq; manus, lumenq; mihi, mihi uerba, cereſq;
    Libertas, portus, cauſaq;, ſis methodus.
Arma mihi, lucrumq; mihi, deffenſio nobis.
    Tu ſeges, & uictus, quem peto cliuus eris.
Ergo optatus ades, quæ ſunt optanda petuntur,
    Ergo optate pias concipe mente præces.
Sit mihi, non aliud cupio, tua gratia ſemper
    Non deſit ſeruo, quæ ſibi grata, tuo.

Aphricus optata ſitiens ut pergit ad undas
Ceruus, & á rapido præda fugata cane,
Pauper ut optat opes, ut diues auarus & aurum,
Vtq; ſalutiferos aduena ſepe lares.
Vt leue quæ ſurſum, centum graue poſtulat, atq;
Vt puer ad mammas fertur amore ſuas.
Vtq; petunt ſolite præſtare incendia flammæ
Et dare plycheo cum face ſceptra uiro
Vt ſua quenq; mouet natura inducere curſum
Sic ego te proprium cum præce ſeruo patrem.
Nec dabit obtuſam læthea obliuio mentem
Deleat á noſtra, quem colo, mente uirum,
Dum tenet occiduos homines, dum tartara manes,
Mundus, & auricomi ſidera clara poli,
Dum quoq; uis ſlabit gelidos aquilonis ad ortus,
Vertice dum ſiculis eminet etna iugis.
Tam diu ſeruabo, diu te uenerabor amorem
Nec mea mortali finiet orbe rota.

Velmatius

# VELMATIVS

*In iudicantes exteriora, pannoſum indo*
*ctum, togatum uero philoſophum.*

*Decipit exterior facies, qui á mœnibus urbem.*
*A longa & ciues iudicat eſſe toga.*
*Horrentes capre barbas patiuntur & hirci,*
*Sic ea philoſophum non facit eſſe grauem.*
*Tu graue, tum gelidum lapidoſo in corpore marmor.*
*At leuis á gelido marmore flamma liquet.*
*Non omne eſt, quod turpe, nocens, ſub arũdine nectar.*
*Nec iuuat in pulchro quod nitet omne ſitu.*
*Non claua alciden: non tela horrentia martem*
*Non faciunt moſen cornua legiferum.*
*Non chriſtu: quicunq; crucem geſtabit amaram,*
*Mollis & horriſonum non dabit alga fretum.*
*Sub luxu turpis facies, prudentia ueſtem*
*Non ſequitur, dominum ſed magis ipſa ſuum.*
*An locus ingenium pariat? ſeu carmina ueſtes?*
*Sic tantum attalicas uult ſibi phœbus opes?*
*Naſcitur in medijs fatuus q̃ magnus athenis.*
*Naſcitur atq; ſcythas, qui ſapit alta rudes.*
*Sæpe ſub herboſo latitant argentea campo*
*Munera, & in modico dulcia uina lacu.*
*Picta domus miras eſt oſtenſura figuras.*
*Eq; fluit picto fœda cloaca lare.*
*Sanctior ut fiat, moneat uel rectius orbem*
*Quid proſunt tardo lignea uincla pedi?*
*Terſa quid arma iuuant miris inciſa figuris,*

*Aurea quæ ſapiat ni gerat arma manus?*
*Non omnes, quos roma cibat regina, potentes.*
*Non omnes miſeri qui uaga rura colunt.*
*Non uerax, nec falſa quidem eſt oratio uerbis.*
*Qualia ſint donis diſcimus arua ſuis*
*Velmatij liber iſte boni. qui frater: inops'q,.*
*Aduena, & in modica, non ſine febre domo.*

## IDEM IN MORDACEM

*Dira canis latrat, uomit & fera toxica ſerpens*
*Dilacerant rapidoq; uiſcera dente canes.*
*Eſt hominis laudare hominem. qui murmure noſtros*
*Depompat numeros hic canis, hidra, lupus.*

## IDEM IN BLATTARONEM.

*Multi tela ſciunt cænati horrentia pullos*
*Martis, & in talamo prælia multa gerunt.*
*Sæpe fremũt: & uoce citant in bella quirites.*
*Hunc feriunt, alij præmia opima ferunt,*
*Caſtigant uictum, laus eſt uictoria, belli*
*Atq; modum pleni uiſcera carne docent.*
*Ii tamen expertes pugnæ ſine uiribus audent*
*Perdere mul a labris prælia, nulla manu*
*Sic tu, qui mordes noſtrum ſine fine, laborem*
*Da prius in pugnam ſub duce marte manum.*

Hieronimus

# HIERONIMVS SERVIta mutinenſis lectori candido.

LECTOR humaniſſime lege, & perlege, quæſo (non ea ratione ut uapulet) uelmatij præceptoris mei opus ſingulare, uiri nunq̄ ſatis laudati, in quo à mundi primordio, altiloquo uerſu, usq; ad Chriſti aſcēſum multa habebis miro lucubrata eloquio, ſiquidē totius orbis fabricam, angeloꝝ lapſum, & primoꝝ parētum expulſionem, uniuerſale diluuiū, babilonicam deſtructionem, humanatum uerbum, chriſti paſſionem: & eius admirabilem aſcenſionem, quæ cuncta magnis mixta ſententijs in decem libros digeſta ſunt, quibus additi ſunt apoſtolorum actus, quorum ultimus, multæ doctrinæ Pauli apoſtoli in neronem diſceptationem rome continet admiratu dignam, quæ cuncta in libris omnibus commentariolo denudantur: præludia quædam item legito ante opus hoc magnum à uiris doctiſſimis non ſpernenda: nec non quæ actus præcedunt in concionatores ſubtilia pertractantes magis diſputanda q̄ prædicanda, talis homo eſt uelmatius ut admirandus ſit in ſuo quolibet extēporaneo uerſiculo. hunc legant omnes qui naſum habent, non mordaces tamen, nō cirratoꝝ inſtructores, qui latrare oblectantur, puerilia in ſuis ſcolis uentilantes tantum, de maleuolis intelligo. qui quid ſciant neſciunt Vale.

*Quis noſtros offundat .n. ſine lege labores?*
*Neſcio, qui primus tela nefanda gerat,*
*Si doctus, doctum quem non ſapientia mitem*
*Fecerit? at cœco dogmate naſus abeſt,*
*Inuidus horriſonos, miſerum me, armabit iambos,*
*Concitet hic tantum prælia, non alius.*

## EXCVSATIO

*Argus ubiq, nequit, ſi quis tamen exeat argus,*
*Hermetem timeat, qui legit eſſe deum*
*Ergo hic mercurium trepidet mea muſa diſertum*
*Ne claudat libro lumina multa ſuo.*

*Argumentum*

## ARGVMENTVM PRIMI.

*Prima chaos facies & mira creatio rerum,*
*Inuidet & tellus cernens uaga munera ponto,*
*Mittuntur cœlo montes ſua uota reuelent*
*Omnipatri: fiunt quæ conuenientia terræ,*
*Bruta huius: cœliq́; fere noua prælia tentant:*
*Fabula bubonis fertur, terrenus & adam*
*Primus homo in terris, minor hic ſimilatur & orbi*
*Qui tenet hoc totum, pariter diuina poteſtas*
*Spiritus & molis miro ſimilantur honore*
*Celipotens terrasq́; petit, præcepta feruntur*
*Regnanti in terris, cui libera facta poteſtas*
*Cunctarum rerum, repetunt cœleſtia diui.*

ALESSANDRIN



VELMATIVS

*Arma citant*[a] *plures uεneris fragrantia ſecuæ,*
*Accendunt faciles cordibus igne faces,*
*Bella canunt*[b] *multi ſcelerati audentia martis,*
*Ac enſes acuunt, tela nefanda, truces,*
*Crimina caſtigant*[c] *pauci, uirtutis amore,*
*Chriſtiferum*[d] *nullus carmine tollit opus.*
*Ergo ego complector chriſti ueſtigia*[e] *ſolus:*
*Ergo ſalutiferam cogor adire crucem.*

a Plures
b Multi
c Pauci
d Nullus
e Solus.ſ.ad ꝑ leſum

# IOANNIS MARIÆ VELMATII BAGNA

## *caballi chriſteidos, ad Dominicum Reuerẽ. Epiſcopum Portuenſem Cardinalem Tranenſem.*

*Liber Primus.*

COELORVM, *Terræq́; ſimul primordia uerſu,*
*Et flammæ, uel quo ſpirant animalia & undæ*
*Ordior: & diuos refero ſuper æthera uultus,*
*Ac ſteropum*[f] *caſus: iudeaq́; toxica mœrens,*
*Quæ inſontem fixere deum: ſua funera: uitam*

f Steropum dæmonum

a Quo ideſt vt quemad modum
b A terris ad cœlum,

*Surgentem a tenebris, & [a] quo uictoria præpes*
*Duxerit [b] a terris: huc huc diuertite mentes*
*Chriſticolæ, dextrumq; latus petat impia uitans*
*Saxa ratis, ſcyllam fugiat, ſæuamq; caribdim,*
*Et [c] ſyrenicos cantus, triplicemq; [d] chimeram.*
*Anchora ad [e] eoos curſum, cita dirigat ortus,*
*Proſpitiatq; nouum referens noua gaudia, ſolem,*
*Intratura ſacros præſenti numine portus,*
*Vnda ubi perpetuo tanti ſilet æquoris æuo.*
*Virgo igitur, diuina parens maculæ inſcia, patris,*
*Te pia qui genuit mater, ueneranda poteſtas,*
*Sume preces: & fortis opem, miſerata laborem,*
*Fer mihi poſcenti, tua ſit, quam, doxa canemus,*
*Qui tuus atq; dolor, memora mœſtiſſima cauſas*
*A ioue deſcendens, cœlo qui uenit ab alto:*
*Interitusq; ſimul, tantæ & pietatis ad omnes,*
*Sunt tua quæ narro: faueas optata fideli:*
*Ante diem primæ lucis, cœlumq; quod omni*
*Imminet, [i] haud actis terrarum uultibus arte.*
*Ante ſerenatam ſtellarum condere formam*
*Aurea [k] conceſſo reddentem lumina uultu,*
*Anteq; q̄ȝ totum pulchre diſtingueret orbem,*
*Et terras terris: & montes montibus, udis*
*Et gelidas partiret aquis, tunc iuppiter undas,*
*Flumen ab ingenti: fontemq; a flumine, ponto,*
*A facie faciem, tenebras a luce, calorem*
*A gelido, ſiccumq; [l] foret: quod diſſidet udo,*
*Nil erat, altus erat [m] deus omnia, & omnia grandis*
*Iuppiter [n] a nullo, toti ſapientia mundo*
*Prima [o] fuit, præclara trium [p] connexio, diuum,*
*Omnipotens [q] qui cuncta mouet, qui cuncta gubernat,*
*Principio: & ſine fine manens, æterna poteſtas.*

c Syrenicos cātus ideſt vanitates
d Chimeram poetarum figmenta
e Eoos orientales
f Nouum ſolem.i.chriſtum qui eſt ſol iuſtitiæ
g Portus beatam vitam
Virgo inuocatio eſt

h Cauſas.ſ.illius qui a ioue deſcendens venit ab alto cœlo ad inferiora: & cauſas interitus.ſ.cur voluit mori

i Haud actis non perfectis terrarum vultibus
l: Conceſſo communicato a ſole

l Foret anteq̄ȝ ſiccū eēt qd ab humido diſſidet
m Deus erat omnia.i.ante mundi: & rerū omnium creationem nil erat preter deum
n A nullo quia a nullo deus eſt a quo tñ omnia
o Prima fuit ſapi.xxiiii. ab initio: & ante ſecula creata ſum
p Cōnexio appoſitio ē
q Omnipotēs eſt deus vſq; ad illud cōflauit angelicos vultus: deeſt relatiuum in omnibus

Principium

Principium finiſq; ſimul, cauſa unica rerum,
Naturans natura boni, qui trinus: & unus
Ter deus: una tamen tribus hæc eſſentia diuis:
Quis [a] tribus unus honos: tamen his non inuidet unā
Simplicitas: numero gaudens pulcherrima terno:
Angelicos tanto ſocios in lumine uultus
Natura [b] æquales nullo [c] conflauit ab ente.
Incipit a claro diſtinctum iuppiter orbem
Lumine ſpirituum, iouis hos & gratia diuos
Finxerat informes, nec dum pia gratia doxæ [d]
Fecerat æternos, iuſti donare tonantis
Præmia ſcit meritum, mentem his ratione creatis
Armarat: uaria uoluitq; cupidine poſſent
Mutari, dextram peterent, partemue ſiniſtram
Diſtinctu ſpecie, ſine corpore fecit eoſdem.
Atq; idem empyreum, tempus, caput ordine rerum
Materiamq; creat: ſimul hæc uenere coæua
Quattuor, hoc illi non præfuit, omnibus una
Formata eſt facies: confuſus ab ordine uultus
Huius erat mundi: lucemq; incluſerat enti,
Cui uultus deformis item, confuſaq; moles,
At lucem a tenebris longo diſcrimine factor
Diſtinxit rerum: noctem dixere tenebras,
Et lucem fecere diem: duo lumina iunxit
Magna polo diſtincta locis, gratiſſima cœlo,
Officijs diſtincta ſuis per ſæcula uitæ.
Auricomi ſed prima fuit præſentia ſolis,
Cinthius incepto, frontem, calcemq; dici
Ordinat: huic amor eſt, perfectaq; gloria mundi.
Igneus eſt, ſine labe micans ſol, plenus, & urit

[a] Quis pro qbus vnius honoris tres ſunt iuxta il lud tribus honor vnus

[b] Natura æquales qa ipſi indiſſolubiles & immortales.ii.ſcit.

[c] Conflauit in trinitate vbi nulla difficultas fabricandi exprimitur

[d] Doxæ gloria

Meritum: nominatiuus eſt nam ex merito dantur præmia, meritum ergo ſcit donare præmia iuſti iouis. Donare recte dictum qa non ſunt condi

gite paſſiones huius ſæculi ad futurã gloriam. Diſtincti ſpecie: qa quot angeli tot ſpecies. Idem deus. Caput appoſitio eſt: qa materia prima eſt reꝝ omniũ principium. Quattuor. ſ. angelus: cœlum empyreum: te*m*pus & materia prima. Non præfuit vnũ nõ fuit ante aliud. Vna ideſt ſimul. Factor rerum: non diſcrimine reꝝ. Dixere. ſ. tota trinitas. Geñ. i. faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Diſtincta locis ideſt in diuerſis ordinibus: qa aliud eſt cœlum ſolis: & aliud lunæ: ſic & q̃tum ad oculos: qa luna & ſol e regione apparuerunt: habent & diſtincta officia. Frontem in noſtro hemiſperio ſol ortu ſuo, loquẽdo ex vulgari opinione, principium diei gignit, ex occaſu autem finem, cum re vera nunq̃ oriatur, & nunq̃ occidat. Igneus eſt ex colore. Vrit, ex virtute.

*Lucem alijs præbet, diſtinguit tempora, & imis*
*Incrementa gerit: ſeſe difundit & æque,*
*Quo ſine, nulla dies: ſed tantum noctis opacæ*
*Tegmina tenduntur, telo uiolantur, & atro*
*Mortales, fragili morbus dubitabilis ægro*
*Inſurgit, querulæ cruciant mortalia uoceſ*
*Pectora bubonum: dominantur crimina genti.*
*Mars parit arbitrio plures ſine lege, tirannos:*
*Et iuuenum ardeſcit ſtricto manus impia ferro*
*Ad mala, peruerſæ mentes mortalibus inſunt.*
*Furta lauerna parat: mundum commiſſa reguntq;,*
*Præmicet igniuomi ſi non præſentia ſolis,*
*Sol oculus mundi, rerum pulcherrima uirtus*
*Cui quoq; lux confuſa chao ſociata perauxit*
*Lumina: uel ſummo poſuit ſuper omnia cœlo*
*Iuppiter: & tenebras iuſſit: quibus alma miniſtrat*
*Luna, ſuo perfecta globo: cui frigida mens eſt,*
*Et facie maculata graui decreſcit ab orbe.*

Mars parit mars tirãnoꝝ pater, & deus, qa viuitur violẽtia. Martius iuuenum. iuuenes audent in mala facinora nocte. Lauerna furꝝ dea. Sol oculus mundi. Pli. preclarus: eximius: omnia intuẽs. omnia ẽt exaudiẽs. Oui. iiii. meta. videt hic deus omnia primus. Confuſa chao, lux latens in chao iuncta fuit ſoli. Perfecta qa facta eſt in plenilunio. Maculata facie propter maculas apparentes in ea.

*Et uultu ad ſuperos placet hæc defecta bicorni,*

*Inde iterum*

*Inde iterum quem prima manus perfecerat orbem*
*Aſſumit:toto renouataq́; corpore creſcit.*
*Humectat terras, augetq́; hæc ſemina campis,*
*Tum uario hæc eadem ueſtitur luna colore,*
*Rubra docet uentos, pluuias mortalibus offert*
*Nigra, ſed adlectans pulchro candore ſerenum.*

Ad ſuperos. quia luna ſemiplena cornua gerit ſurſum. Prima manus. i. renouat in orbem primũ. Creſcit. ſ. ꝑ apparẽtiam. vario colore, interdum luna rubeſcit, tunc protendit ventos, quando q; nigreſcit, tunc pluuias promittit, ſed ſi candida ſit ſerenitatem.

*Nocte micans erebi eſt oculus, tum lumen in umbra*
*Clarior ut tenebris lux eſt, rutilantior orbis*
*Solis erit, ꝙ̃ luna minor, quæ ſole triumphat.*
*Hæc auctu minor ipſa ſuo: ſi contrahat orbem*
*Maior erit, primis ſeptem uarianda diebus*
*Diuiſiua uenit: totidemq́; obduxerit æquam*
*Orbis in orbe rotam, ſimili ſub luna relapſu*
*Temporis, hæc eadem medium cupit abdere uultum*
*Diuiſiua iterum, reliquis ſilet illa diebus:*
*Et coitum cum ſole parit, dilapſa per umbras.*

Nocte micans. luna eſt noctis oculus, ſicut ſol diei & mundi. Erebi obſcuritatis. Orbis ſol. n. eſt rutilantior luna, ꝙ̃to ipſa tenebris eſt clarior. Minor. quæ luna. ſ. minor ſole, ſole triumphat. Cõtra. hat circũrotet. pariter diuiſiua, quia primis. vii. diebus diuiſiua creſcit, & aliis. vii. orbẽ complet, dein decreſcit ſub ſimili relapſu temporis. i. in ſeptem diebus venit ad dimidiam partem, abdens medium vultum, rurſus diuiſiua eſt, & cum non apparet coit cum ſole fratre ſuo.

*Sic maius, lumenq́; minus faber optimus ornat*
*Lumine diuerſo, uarios & ſedibus idem*
*Planctas format uariis, ſunt ordine ſeptem:*
*Falcitenens, grandæuus item Saturnus, & ingens*
*Iuppiter, et Mauors, Phœbus, Venus alma, deorum*
*Nuntius, e quorum numero tenet infima phœbe.*

Signaq; diſpoſuit lato ſurgentia cœlo.
Sunt duo tecta ſeni, proprium cui uilis opaca
Nocte caper præbet, ſtat cum fundente diebus
Continuas Saturnus aquas, uult Iuppiter ingens
Atq; duas habitare caſas: huic ille diurnam
Collocat, admiſſas tendit qui pelle ſagittas
Nocturnam piſcis, totidem bellonus habebit
Enſe domos: aries medio ſub ſole feroci
Concedit marti thalamum: cui ſcorpius atra
Nocte larem preſtat, ſolum ſed cinthius unam
Vult, petit herculeum radians à crine leonem,
Atq; paphi regina duas, ſub lumine taurum
Stellarum flauo, radiat dum cinthius æquam
Nimirum libram, totidem cillenius [a] ædes
Hic habitat: gemini claram tribuere quietem.
Sideream uirgo tantum uult cinthia cancrum,
Admonuit qua quodq; uia ſua prenderet arua,
Et proprium ſeruaret iter, ne deuius ordo
Cœlorum alterius daret in compendia ſignum.
Addidit atq; idem nocturnos Iuppiter ignes
Innumeros: poſuitq; ſuis rutilantia tectis
Sidera: quis præclara dies, quis turbida nox eſt,
Eſſe duas arctos, urſa hic caliſtone maior
Parrhaſia, tyriam ſed fert cynoſura [b] minorem.
Nulla ſcit occaſum, gelido nec in æquore mergunt
Pectora, quæq; polo cœlo naſcuntur eoo
Dantur: & occiduo condunt quas littora tractu.
Et deus oppoſuit ſeptem lucere trioni
Sidera: candentes uoluitq; in uertice flammas:
Nulla mora in factis, compleuerat omnia uerbo.
Quinq; dedit zonas: iuſſuq; dieſpiter omnes
Diſpoſuit cœlos, elementa liquentia traxit:

[a] Cyllenius dicitur à cyllene.

[b] Cynoſura. i. urſa minor a canis vra. i. cauda.

Et pondus

*Et pondus gelidæ rigida calcabile terræ*
*Materia, quæ prima fuit, ſoror omnibus una*
*Et genitrix eadem rebus, qua cetera finxit,*
*Cuncta locum retinent: diſtinctus & orbis ab orbe:*
*Infima terra locat: telluri præeminet æquor,*
*Oceanis dominatur aquis penetrabilis aer.*
*Aera pyr cingit, ferventes cinthia flammas,*
*Mercurio mox luna ſubit, cillenius almæ*
*Sed ueneri, uenerem rutilans ſuperambulat, & ſol*
*Solis at arua furens calcat lucentia mauors.*

Admonuit.ſ. Deus qua via quodq; ſignũ ꝑnderet ſua arua, ne deuius ordo cœloꝝ daret ſignum in cõpendia alterius ſigni. Quis ꝑ quibus ſere nitas ineſt & tempeſtas. Parrhaſia. parrhaſis eſt vrbs arcadiæ. Tyriam quia vt apparet eã tyrii obſeruant. Gelido æquore in ſeptẽtrione q: ꝑ & danť ſtellæ q̃ naſcuntur eoo polo.i. oriẽtali. & occidentales littora nominatiuus eſt. Septentrioni numerãtur quattuor mundi regiões que ſuas omnes habent ſtellas Oppoſuit ſidera lucere ſeptentrioni.i. fecit in meridie ſtellas: ergo & ſeptentrionales Materia ex materia Rigida informi: & rudi Soror: materia prima cum a deo ut cetera ſit creata rerũ omniũ ſoror eſt. Genitrix & cũ ex ea res oẽs in eſſe ꝑduxerit nõ ab re reꝝ oium mr̃ fiat. Ab orbe.ſ. eſt. Infima terra pulchra dicẽdi variatio.i. ſinta accuſatiuus eſt pluralis. Pyr ignis. Mauors mars.

*Altior armigero uult iuppiter*[a] *eſſe iouemq;*
*Grandæuus ſceuæ*[b] *genitor iunonis adunca*
*Falce premit, diri circundant ſidera ditis.*
*Flaua patrem*[c] *grandi deus eſt ſuper omnia ſceptro*
*Cuncta regit: qui cuncta dedit, mirabilis, ingens*
*Deſtruit altiſono: necnon creat omnia iuſſu.*
*Quam bene diſpoſuit totum fœlicius orbem,*
*Quam bene naturis: pars hæc diſtincta duabus.*
*Corporei, cœleſtis enim prior, altera & orbis*
*Eſt elementaris, poſuit quis uertice flammas,*
*Et tenuem medio quis iuſſerit aera: cuius*
*Subiacet imperio pontus, tenet infima tellus,*
*Tris cœlos natura capit cœleſtis, & horum*

a Iuppiter.ſ. ſtella
b Sæuæ magnæ.
c Patrem.ſaturnum.

*Empyreum primum: nomen cui prædicat ardor,*
*Ille locus fœlix, ſequiturq; argentea ſedes,*
*Mox firmamentum, planetis regia ſeptem,*
*Quippe elementaris ſpheras uult quattur: ignis*

Corporei orbis. corporalis mundi machina in duobus tota cõſiſtit. in natura. ſ. cœleſti, & elementari. cœleſtis diſtinguitur in tres cælos primarios: qui ſunt, cœlum empyreum, criſtalinum, & firmamentũ, quod eſt ſtellarũ regnum. intra firmamentum continent ſeptem orbes. ſ. saturnus, iuppiter, mars, ſol, venus, mercurius, & luna, de quibus ſupra. Argẽtea ſedes. cœlum criſtallinum, ſiue aqueum. Regia. appoſitio eſt.

*Prima erit, hæc calidam, ſiccam quoq; feruida formã*
*Intus habet: redditq; foris, ſubit altera, fiet*
*Aeris, huic calidam, necnon humentia gignunt*
*Naturam: in medio eſt aqua frigida, & humida, tellus*
*Ima tenet grauitate ſua, quæ denſior illis,*
*Punctus erit mundi, ſicco tum frigore gaudet:*
*Iuppiter ante tamen terras obduxerat undis.*

Hæc calidam. ſphæra ignis calidæ eſt naturæ & ſiccæ. Nota obiter iſtę duæ qualitates primæ, q̃a nõ fluunt ab aliis, ſed aliæ oẽs qualitates, ſiue contrarietates ab iſtis. calidi. nõ venit a ſiccitate, nec ab ea ſiccitas, nec frigiditas ab humiditate, neq; humiditas ab frigiditate. Altera. ſ. ſphæra aeris. huic cali. natu. i. calida gnignũt. necnõ humẽtia aer habet cal. nat. & hu. nõ tñ rõe medii inter ignẽ & aq̃; cal. gignũt na. cal. & e cõuerſo.

a Quod ſupereſt. quod nunc apparet.
b Totum mundi. i. totũ quod in mundu erat fuit aqua.

*Quod ſupereſt[a], quodq; intus erat, nec fecerat ingens*
*Oceeanis diuerſa locis ſua brachia, totum[b]*
*Vnda fuit mundi, terram ſecreuit ab unda:*
*Terra fuit ſterilis, liquidum ſine piſcibus æquor,*
*Nulla ſuas uolucris tendebat ad aera pennas:*
*Nil erat, at uiduo[c] tacitabant omnia uultu.*
*QVE ſterilis natura mala eſt, iubet addere fructus*
*AEquoreos diuina pares[d] clementia pontum*
*Cœruleum parit unda animal:[e] fit ſepia, piſtris,*
*Serraq; terribilis dentatam bellua criſtam,*

c Viduo vultu. aſpectu & apparentia ſine animalibus.
d Fructus pares conuenientes ſibi, quia piſces mari conueniunt.
e Cœruleum animal. i. piſcis.

Scillaq;

*Scillaq́;, ſirene formata ut uirginis ora,*
*Deſinit in piſcem: ſtellæ gignuntur, & orbes,*
*Sfungia, teucha natat, delphines[a] in æquore curui*

> a Delphinorum mos.

*Illudunt undis, ſub aquas merguntur, & alto*
*Emergunt, redeuntq; iterum, ſic corpora iactant*
*In ſpeciem iactata chori, uel naribus efflant*
*Flumina, diuino iuſſu dat grandia cete.*
*Nereidas pontus, mare dat tritona canorum,*
*Qui uocat æquoreos magna in certamina martes,*
*Et canit in uaſto recinens noua prælia[b] ponto,*

> b Noua ꝑlia ingentia.

*Dant freta tum thynos: precioſi ac prandia rhombi,*
*Qui[c] calido[d] ingluuiæ concinat edulia regi,[e]*

> c Qui rhombus.
> d Calido guloſo.
> e Regi diuiti.

*Et phoce immenſo labuntur in æquore, narci*
*Atq́; ſecant latices, triſtem præbere ſaporem*
*Qui noſcunt: mullosq; gerit, fert liuida ſalpas*
*Vnda ſuas: uariosq; dabunt loca diſſona piſces.*
*Multa natant fluuijs animalia, plurima ponto,*
*Iſta pares paribus ducunt & in æquore lapſus:*
*Cum paribus uiuuntq; pares, faciuntq; choreas.*
VNDIQVE *uiuentes formæ par unit imago.[f]*

> f Par imago formæ idest æqualis ſimilitudo, quia ſimilitudo eſt cauſa amoris. Cic. de ſe. pares cũ pa.

*Magna tamen minimos paſcuntur corpora uentres:*
*Hanc litem rapidi parit inclementia uentris.*
*Fluctibus inuidit tellus, gemitumq; ſuperbo*
*Corde dedit, campis ꝙ pectora nuda gerebat.*
*Et tantis ſpoliata bonis, non herba,[g] nec ullum*
*Tunc animal paſcebat, opus telluris[h] amore,*

> g Non herba. ſ. erat
> h Opus telluris. amore concordia. vel paſcebat opus amore. i. deſiderio telluris.

*Conciliumq; ex orbe ciet, uocat inuida colles,*
*Et montes, uallesq; ſimul conquæſta ſororem*
*Tot piſces habuiſſe uagos, fluuiosq́; meantes,*
*Per ſua ſæua[i] negat curſus miſerabilis arua*
*Curuare, & proprijs deflectere cornua ripis:*
*Ni quoq; pergrato comat[k] ſe munere uirgo.[l]*

> i Sæua nominatiuus eſt idest irata.
> k Comat ornet a comis.
> l Virgo intacta.

*Erexere omnes matri capita altaq; ferentes*
*Auxilium, uerbis fidum, factoq; fauorem,*
*Etna, agragas, abarim, pariter, berecinthius, atlas,*
*Pangœus, parnaſus, athos, dulciſq; falernus,*
*Cinthus, uel caulon, rhodope, tauruſq;, citheron,*
*Caſpius, & uultur, ſynai qui uertice fratres*
*Sublimi ſuperat ſarnus, tum pelion, oſſa,*
*Otris, erix, pindus, prægrandis olympus, oeta,*
*Conſilium fecere omnes: ſolamina præſtant*
*Mœrenti: tum uota pij materna receptant.*
*Conſilio exacto: mittatur olympus, & atlas*
*Etna ſimul cernit*[a] *cœlo,*[b] *curaſq; tonanti*
*Denudent:*[c] *ſatiata*[d] *graues iubet ipſa querellis,*
*Et ſtimulent montes ſimili uult aera uoto,*
*Quemq; agitent, crucientq; ſimul liuore carentem*
*Muneribus: properata premunt ueſtigia montes,*
*Atq; piæ matris pia iuſſa capeſcere certant:*
*Accincti paribus uolitantq; per aera pœnis.*
*Ii curas ſeruantq; pares parere patenti,*[e]
*Et terræ ſeruare polo præcepta*[f] *iubentis*
*Præſenſit meſtas telluris ab æthere uoces*
*Iuppiter, ac*[g] *aliqua nullo qui uoce relatu*
*Indiget, in uotum deſcendit, montibus atræ*
*Obuius ipſe tribus, qui ſe ſublimius alto*
*Tradiderant cœlo: qui longa cacumina flauis*
*Sideribus coæquare*[h] *ſuis*[i] *ſurgentia pennis.*
*Hos*[k] *quoq; maiores alios, & uertice uincant,*
*Eſſe alijs humiles materna in uota reliquit*
*Iuppiter, & cunctis ſublimi collibus extat*
*Vertice, nubiferi ſuperantq; cacumine nubes:*
*Conueniensq;*[l] *deus fecit cum montibus æquor,*
*Iuſſit & in multis terræ prorumperet aruis:*

*Et ſua*

a Cernit deliberat.
b Cælo. ad cælum.
c Denudent deeſt vt.
d Et ſatiata querellis plena iubent graues montes ſtimulent aera in ſimili voto. quem & agitent .i. crucient liuore quia caret & ipſe muneribus ſuis.
e Patenti. ſ. terræ
f Et ſeruare precepta terræ iubentis polo ad polum. ſ. irent
g Ac deus qui nullo indiget relatu deſcendit in votum atræ, hoc eſt mœſtæ, matris.
h Coæquare coæ vna ſyllaba eſt rõe metri .i. coæquarunt ſua cacumina ſideribus.
i Suis pennis ſuo volatu.
k Hos maiores aliis montibus deus reliquit eſſe quia fuerunt humiles in materna vota
l Conueniens concordans æquor cum terra

Et ſua deflexo torqueret brachia [a] cornu:
Et ſic occeanæ tentarent pabula menſæ [h].
Quæ [c] tellus factura foret, tum fœdere iunxit
Aera, [d] tellurem, ſuaues in uota fretumq́;,
Litibus [e] impoſuit tunc ſana ſilentia cunctis.
Induit ergo ſolum precibus florentibus herbis
Omnipotens motus, [f] rerum matremq́; dicauit [g]
Cunctarum piceæ, caucus fit, cozula, condes.
Saluia, gith, fœnum, colocaſia, flammula, fungus,
Cuſcuta, cardo, filix, iuncus, lactuca, fagaſmon,
Fiſtula paſtoris, lolium, barbatus, auena,
Tapſus [h] item, turbit, thimus, eſula, malua, papauer,
Pentaphilon, condros, fœtus ſaluina paterni
Eductrix, aliaſq́; dedit produceret herbas
Cunctorum tellus genitrix, pars feruida primum
Attingit ſeruata gradum, pars nota ſequentes
Ingreditur, natura alijs data frigida flammas
Corporibus minuit: totidemq́; & frigida ſeruat
Herba gradus: placidum conſeruant ozima odorem.
Indica nux, narduſq́;, crocus, perfuſáq́; membris
Balſama portantis pueri, ſat amaracus audet
Cum multis uirtute ſuum contendere odorum.
Herpillus, roſa, menta, placent tibi lilia, flores
Purpurei, uarijq́; iuuant in flore colores.
Diſſonat olphatu fungus, bouis arcet ocellus.
Vngula tum ripis tardi eſt ingrata caballi
Non ſapit & caulis, malua, & plantago, lupini,
Ac nullum lactuca parit: ſic luiula, iuncus
Excrucians urtica manus, minus utilis exit
Naribus a terra, minimis quas ſentibus arcet,

a Sua brachia que ſunt flumina.
b Occeanæ menſe. i. ut flumina currerent in mare.
c Que. ſ. flumina terra factura eſſet quia ab ea oriuntur.
d Aera: & fretum & terram ſuaues quia inierunt pacem
e Litibus cunctis.
f Motus precibus.
g Dicauit eẽ fecit terrã mr̃em cunctarum rerum quæ omniparẽs dicitur.
h Tapſus barbatus.

Pni fœtus eductrix quia filius eſt de ſubſtantia patris cuius.

aborſum procurat ſaluina. Dedit conceſſit. Pars. ſ. herbarum, vel ex herbis. Primum qualitatis graduū. Sequentes ſecundum tertium et quartū. Natura. i. frigida natura data aliis rebus minuit corporum caliditatem. Conſeruant ozima odorem vſq; etiam ad ſiccitatem. Portantis pueri q conuerſus fuit in amaracum. Audet. n. amaracus contendere de odore cū aliis herbis. Suum pro ſuorum. Balſama ꝑcioſi odoris vnguenta, quorū conſperſu conuerſus fuit in amaracum.

Olphatu deeſt ab, quia non redolet fungus:

Ocellus bouis. i. coſtula fetida.,

Arcet repellit propter inſulſum odorem, minus vtilis naribus, quas nares arcet ſtimulis ſuis.;

*Virtutem quæcunq; gerit, mirabilis intus*
*Obſeruat natura modum: quæq; herbula prodeſt.*
*Quæ nocet, illa iuuat: non una medella dolori*
*Quam plures norint unum medicare dolorem,*
*Nec plures uni ſat erunt: non omnibus una*
*Eſt eadem uirtus, & erit ꝗ̃ pluribus una*
*Intus habet uires,* NIHIL *eſt ſine lege creatum.*
*Diuerſos diuerſa ferunt uirtutis honores,*
*Hoc rumpit, ſolidatq; aliud: ſedatq; dolores,*
*Hoc trahit ad nigrum, facit hoc albeſcere uultum.*
*Hoc lætat, fugat hoc diram de corpore mortem:*
*Et florum tellus omni; ueſtitur honore.*
*Nec minus arboribus terra hæc ueſtita, triumphis*
*Erigitur: uario magna & grandeſcit ab ortu*
*Ecce abies, creſcitq; ſalix, ſambucus, & omnes*
*Arborei fœtus: longum eſt narare coæuas*
*Quæ flexu radicis eunt in tartara, uel quæ*
*Aſcendunt patulas ramis. & frondibus auras,*
*Et quæ multa tegunt ꝗ̃ molli corpora lana:*
*Fit laurus quæ multa ſapit: nimis apta camenis,*
*Et malus, myrtus pariter, frondentis oliuæ*
*Ac ſpecies, prunuſq; larix, oleander, & ulmus,*
*Quercus item, pinuſq; ſimul, mala aurea quæ fert,*
*Populus in longa fluuiornm margine curuat*

*Brachia*

*Brachia:ſit baucis.ſorbes quoq;,fraxinus,ornos*
*Fert humus:atq; alios alijs quæ partibus ortum*
*Accepere ſuum:ſalices humentia gignunt:*
*Et loca flammarum piperis tribuentia ramos.*
*Suntq; pares fœtus:alios ſurgentia fructus*
*Lumina parturiunt:alios ubi cæcat apollo*
*Dat natura ſuos,quibus omnia cernit,ocellos,*
*Alter ab aſſyrio fructus cumulabitur orbe.*

Quæq; herbula. quæ q; herba,ẽt minima,& vilis habet vim ſuã,qa in iis natura eſt mirabilis,& obſeruat modum ſuũ vt quelibet ſuam habeat vim iuuat ſtomachum frigidum. Non vna,non vna medicina adminiſtratur vni infirmitati, ſed q̃;plures ſedant vnum dolorem. Lactuca tñ non prodeſt reiicientibus ſanguinem,ſed & portulaca,qa plures medicine, eidem morbo ſeruiunt. Nec plures q̃; plures tñ interdum medicinæ vni infirmitati non ſufficiunt.ſæpe enim moriuntur. Non omnibus vna eadem virtus quæ eſt vni herbæ nõ cõceditur omnibus herbis vna.n.eſt calidæ virtutis,altera frigidæ. Laxat hæc,illa ſtringit & erit q̃; pluribus.pluribus tñ herbis eadem eſt virtus non tñ omnis,nõ diſcedã ab exẽ.phiſi.defectu vnius herbæ vtuntur altera quæ ferme ſit eiuſdem virtutis. Intus habet vires.ſ.herba quelibet habet virtutem ſuam latitantem intra ſe. Nihil eſt,nihil enim a deo & a natura ab re,qa deus & natura nihil agunt fruſtra,non enim temere creauit deus quæ in mundo ſunt. Diuerſos diuerſæ res creatæ habent diuerſos honores virtutis. Hoc rumpit,hoc habet vlcerandi virtutem.hoc autem ſolidandi. Hoc ſedat aliquæ herbæ dolores imminuunt. Ad nigrum aliquæ nigreſcere faciunt.aliquæ albeſcere. Lætat læto afficit,qa venenoſa eſt. Fœtus arboꝝ fructus facti fuerunt cum arboribus ſuis.hoc patet qa deus omnes fructus paradiſi cõceſſit adæ,præter eſum ligni ſciẽtiæ boni & mali,ergo erant facti;ſi dicas.dixit de fructibus creandis ſuo tẽpore,ſed qñ qñ peccauit ſtatim.deus enim perfecta creauit cuncta & adam cibo indigebat,forte dices hoc veꝝ eſſe poſſe in paradiſo. Ac alias.ſ.arbores quæ in ſuis partibus ortũ habent ſuum,qa non oẽs arbores naſcuntur vbi q;. Salices in locis humidis apte naſcuntur ſalices,& populus,multe vero in verrucoſis locis & ſaxoſis. Loca flammaꝝ calida loca.ſ.orientis tribuunt piper,loca ergo flãmaꝝ tribuentia, & fructus pares vt zinzi.ber,cinamomum & ſimilia. Cæcat claudit diuerſe regiones diuerſos fructus pariunt.

*Alter & a ſiculis patet ut producitur oris,*
*Magna gerit proprios mortalibus africa uictus:*
*Tura ſabœus habet:[a] uenietq; ex fructibus omni*
*Hæc eadem quæ uni tibi gratia nata quibuſdam*
*ET[b] quia nullius[c] ſuperant uiuentia tandem*

a venietq; ex qbuſdam fructibus,eadem gratia q̃ ẽ vni.omni parti erit.hoc eſt multi fructus naſcũtur in oriente qui & in occidente,& in omni regiõe, non tñ in omni particulari loco.

b Et qa nullius.i.qa viuẽtia non viuẽtibus præferenda ſunt.

c Ordo eſt & qa tandẽ viuẽtia ſupant ea que remanẽt nullius vitæ.ſ.ſenſitiue iuppiter eduxit ea q̃ relicta ſunt a rõne,ſubito iuſſu,qa ſolus ipſe temporis non eget ſucceſſu.

Quæ remanent uitæ quæ ſint ratione relicta
Iuppiter[a] eduxit ſubito, ſed[b] diſſona, iuſſu
Surrexit tumido, leo fuluus ab aggere, pardus
Hic felit in maculis gaudens: ferrus urſus & uncat.
Mugit item taurus, grunit ſus, mutit & hircus,
Caurit[c] amans panther, uerres quiritat,[d] aſellus
Orcat, ouis ballat, uagit & lepus, impia gannit
Vulpes, frendit aper, latrat canis, ardua rancat
Tigris, & hinnit equus, capra fit, fit campaq; damæ.
Cacus & ore uomit flammas, in terga camellus
Surgit, aquas at cerua petit, fera lamia fœtus
Arboreos frangit, datur & centrocota monſtrum.
Humanos induta pedes,[e] noua beſtia, Romæ
Viſa fuit quondam, nam ſibilat ore triſulci,
Et parat inſidias animantibus inuida ſerpens,
Naturam natura ſuam, quæ prouida, firmo
Imperio iunxit cunctis: propriamq; ſequuntur.
Magnanimus maiora parat leo facta, tenetq;
Omnibus imperiũ, trepidant[f] fera pectora, & omnes
Dum rugit expectant, iubeat quid regia proles
Seq; dat ad raptum, cum dira uorago coercet,
Hunc fugit omne pecus, prædam & partitur in omnes
Semeſam ſocios: niſi quos natura creauit
Eſſe pares raptu, ſed pendet ab arbore capra
Arida decerpens, humiles uaga prata pererrant.
Quis[g] lupus obſtat, oues, ſaltant a collibus hirci,
Currit equus, leuis atq; lepus, uaga dama fugaci
Tranſilit arua pede, & ſic plurima, plurima ſeruant
Geſta ſuis animata modis,[h] qua protinus omnes,
Sentimus quæ obiecta obſtant. Tum[i] Iuppiter ardens
In medio produxit[k] aues: foret inuidus aer
Telluri, & pariter liquidis tabeſceret undis.

a Eduxit.i.in lucem
b Diſſona alterius ſpẽi
c Amans eſt.n.panther omnibus animalibus amicum præter q̃ draconi.
d Aſellus pro aſino qui rudit & aſellus orcat, fecit enim deus animalia in illa prima creatione perfectæ ætatis.
e Noua beſtia quæ ideo monſtrũ, qa humanos habet pedes q̃ cephos dicit
f Fera pectora .i. feræ vel animalia ẽt crudelia timent leonem.
g Quis pro quibus
h Qua ſentimus .i. animata, anima ſẽſitiua obiecta q̃ obſtãt potẽtiis
i Iuppiter ardẽs inſẽtus
k Auium creatio

*Ecce [a] aquila in pennas ſurgit, ſolemq; tuetur,*
*Prima uolat, ſublata ſuis petit æthera plumis.*
*Accipiter pipans ſubitas ſe ſoluit in alas,*
*Aſcendit, deſcendit item, [b] modo liberat æquans*
*Acra: nunc idem uolitantia membra coercet.*
*Pura columba gemit, uiridi gemit [c] arbore turtur,*
*Piſcitat & ſturnus, mitilatq; acredula, turdus*
*Exit enim trutilans, frigulans fit gracculus, alte*
*Glottorat immenſo funeſta ciconia roſtro.*
*Gratitat anſer aquis, & anas tetrinit in unda,*
*Has [d] neptunus amat: [e] nouus hoc mirentur, & hoſpes*
*Attrahit undiſono gaudentia numina fluctu.*
*Cærulcis tantum ſtatio & gratiſsima pontus*
*Piſcibus, & flumen pennæ quia gratior aer*
*Quem uolat, & reuolat cunctis ſuauiſsima [f] progne*
*Zinzilulans, paruoq; pipens in corpore paſſer*
*Se miſcet, nimium uolitat, celeriq; uolatu*
*Lætus enim eſt, multumq; pipit, nimiumq; uidetur*
*Læticiæ compos, gallina gracillat, & eſcam*
*Vnguibus in multo criſtata hæc puluere quærit,*
*Frondibus & nimio nidum gratiſſima cantu*
*Componit proprium: ſed mergus in æquore mergit*
*Corpus: [g] apis tacite quæ parua ſuſurrat, & [h] inter*
*Rore cibans uentrem cupit hæc anguſta uolucres*
*Nomen auis, quæ parua nimis, cui maxima uirtus*
*Ex auibus melior quæ ſit, [i] quæratur [k] hirundo*
*Nidificans trinſat domibus: lipit aduena miluus,*
*Doſtra ſonat, meruluſq; canit, parus quoq; tinnit.*
*At uarias modulatur agens philomela querellas*
*Mille modos reddit, pulpat tum uultur [l] odores*
*Aduolitans fœdos: ſic plauſitat ore palumbes.*
*Fritinnit rauco, flammiſq; cicada tenore,*

a Laus aquilæ

b Nunc modo

c Arbore deeſt ab

d Neptunus amat quia incolunt regnum ſuum
e Nouus hoſpes i anſer & anas attrahit numina gaudẽtia fluctibus vt mirẽtur qa aues aerem incolunt, & piſces aquas
f Progne q̃ & luſcinia alii hirũdinẽ eſſe iubẽt.

g Apis laus
h Inter volucres cupit nomẽ apis vt & ipſa uolucris dicatur
i Queratur ex auibus q̃ ſit melior & ape frugalior
k Hirundo q̃ & philomela alii hirundinẽ dicũt prognem fuiſſe

l Odores fœdos non q̃ tunc eſſent q̃ñ nihil erat corruptum, ſed eſt eius naturæ expreſſio

*Et cuculus cuculat, tum bubulat impia bubo,*
*Nil uolat infectum, ſi qua at uolat inſcia plumæ*
*Hanc*[a] *famuli fæcere ſui, iouis omnia miro*
*Sunt confecta modo, ſed non rationis in uſum*
*Deuenere ſuum, uolitant, quocunq; feruntur,*
*Naturæ impulſu,*[b] *paribus natura magiſtra eſt*
*Intemerata feris, fruſtra nil gignitur, arma*
*Arma dedit natura quibus tegerentur ab omni*
*Funereo occurſu: uiuunt animalia iuſſu*
*Omnia naturæ, defendunt cornua tauros,*
*Armantur,*[c] *queruloq; canes, & *[d] *faucibus, ore,*
*Lubrica letifero ſerpens onerata ueneno*
*Certat, & ungue leo, facili pede corpora ceruus*
*A nece raptat, item rapido lepus æquora campo.*
*Præda fugata cane, aggreditur ſpatioſa*[e] *patentis*
*Calce equus inſurgit, ſentes & plura tuentur*
*Bruta, ferit tum calce animal quod protulit arcbas*
*Orbis, & immenſos urbi ſine pondere faſces.*
*Portat iners nimium: ſunt quæ deformius arcent*
*A ſe boſtes turpi, dulce hoc tutamen,*[f] *oleto*
*Penna tegit uolucres, ſic omnibus omnia tandem.*
*Quæ ſibi conueniunt data ſunt.* *NAtura creatis*
*Non*[g] *deeſt in proprijs,*[h] *ſed cum deus omnia finem*
*Concreet admirans, celſo deſcendit olympo:*
*Deſcendit genitor, cui magna potentia, magnus,*
*Atq; pari perfecta gradu genitoris imago*
*Subſequitur, ſummiq; patris ſapientia, ſanctus,*
*Sanctus amor ſpirat,*[i] *clementia ſancta duorum,*
*Vnica, tris ueniunt, tribus eſt eſſentia diuis.*
*Virtutem in terris, qui ingentia iuſſa miniſtrant*
*Deſcendere duces, purum cum fructibus orbem*
*Omnis turba poli uidet, & longiſſimus ordo*

Virtutum,

a Parruli, ſi qua auis ſi-ne plumis ſit, qualis veſpertilio, a dei famulis fabricata eſt præter apem
b Paribus ſimilibus.
c Querulo ore
d Faucibus
e Patenti campo
f Oleto bonacus animal inſectatores ſuos per ſpatiũ iugeris ſtercus ſuũ velut ſpiculum dirigit quo tacta exurit.
g Nõ deeſt. i. natura nõ deeſt in neceſſariis. iii. de anima.
h In pprijs. ſ. in ijs quæ cõueniunt & animalium ſunt, qa natura non deeſt animalibus.
i Vnica clementia ſancta qa vna tm̃ eſt perſona ſpiritus ſancti.
l: Qui. ſ. diui miniſtrãt virtutem in terris, & iuſſa ingentia põt etiam conſequẽti cõuenire. ſ. deſcẽdere duces qui &c.

Virtutū, comitatur enim, diuina tonantem
Numina, circunſtant: ueniens ut cerneret oram [a]
Quę terrena ſapit, bruta & currentia campis
Deſeruit cœlum: (quanuis dominetur ubiq;)
Semper ubiq; deus, bonus omnia iuppiter implet.
Totus hic in toto, totum pars queq; iouemq;
Continet, eſt præſens iuſtis pius, arduus atris.
Non ullus tegit ante ipſum ſua crimina, quicquid
Proſpicit a longe, meritis pia ſidera, prauis
Tartara, iuditio ſed quæ non iudicat æquo
Iuppiter; e uultu ferus ille minatur utroq;
Enſis, & æqualem [b] grandis defulgurat haſtam.
A ioue & æquus amor, bene uiuite, cernit ubiq;,
Ergo ubi deſcendit gratos uirtutis honores
Aſpexit, tractumq; maris, celumq; profundum.
Sic uolucres uolitare uidet ſuper ethera ſurſum.
Et uerſo reuolare gradu, telluris amore,
Hæc ſuper arboreis ſuſpenſa complicat alas
Fructibus, & leni uibratur in aere uento.
Garrit item, garrire licet, modulantur & omnes
Aſpectu artificis lete: qui talia iuſſit
Educi in lucem: tolli tum corpora pennis.
Sola fugit bubo tenebris ſublata malignis.
TVRPIA diuinum nequeunt comprendere ſolem,
Lumina uincentem tenebras, contraria ſunt hec,
Et ſua que retinent a ueſpere [c] nomina clarum
Diffugiunt lucem, tetras habitare cauernas
Has [d] decet: haſq; iuuat uolitare per inuia noctis
Implumes. cæcas pariter nocturna tenebras
Strix amat, & ratio eſt, uolucres ſibi dulcia cunctæ
Delapſe ætereo carpebant pabula celo.
Quadrupedum ſed turba truces exarſit in iras.

c

a Oram regionē terre

b Aequalē. i. æquam

c Et illę aues diffugiūt clarum ſolē q̄ retinēt ſua nomina a veſper vel illa animalia.

d Has. ſ. aues.
Fabula veſpertiliōis

*Pellere pennigere terris animalia forme.*
*Sufficit iis aer, paſcantur in aere, curſus*
*Quo cupiunt iterare ſuos. canis improba longat*
*Meuerat has lites multo aduerſata latratu.*
*( Beſtia dira canis, cane quid crudelius atro )*
*Conſilium fecere ſuum, furor incitat omnes*
*In prædam aerii (fatum ſi conſonet) hoſtis.*
*Atq; ſuum texere leues, uolat aera miluus*
*Vt ferat inſidias cenoſi lubricus apri,*
*Per uacuum, quidq; urſus agat. queq; arma lychaon*
*Præparet, & taurus, canis. & leo, taxus, abane,*
*Quiq; duces fiant tanti certaminis. & que*
*Hi uexilla gerat. ducibus dein uiſa reportat*
*Pennigere gentis fidus ſpeculator in aruis.*
*Ergo parant ambe crudelia prelia turmæ*
*Bella ciunt roſtro uolucres excita canoro.*
*Harpyie. biſtarda uolat. furit altion, ibos*
*Hybris [a] item, pica atq; loquax. tum coruus, & anſer,*
*Pinguis anas: falco, niſus, genus omne uolantum.*
*Agmina diſtinguunt, aquilam genus omne regentem*
*Circunſtant alie uolucres. amor [b] excitat armis*
*Bellandi & ſtudium propriis committere pugnas.*
*Non minus arſerunt animi [c] uiolare ſuperbo*
*Vulnere quadrupedum, ( prompta eſt iniuria belli )*
*Aerios hoſtes, rapidas & uellere plumas.*
*Taurus & ipſe minax oculo [d] fera beſtia toruo*
*Taxus, aper, leo, ceruus item, cirogrillus, hiena.*
*Simia cum ſimili. felis. canis improba, turpis*
*Vrſus, equus, barrhuſq; furit, lupus, uncia, cacus,*
*Rhinoceros fert arma ſue pungentia fronti.*
*Rangifer arboreo committens prælia cornu*
*Accelerat, proprio uelox & damula ſaltu*

Cornibus

a Nybris ex accipitrũ genere que pugnat cũ aquila.

b Amor deſiderium & bellandi cupido omnes excitat cõmittere pugnas propriis armis a natura ſibi datis.

c Animi quadrupedũ

d Taurus furit & ipſe minax oculo.

*Cornibus hec armata tamen timide omnia cernit,*
*Muſquelibet:panther,orix. & ad impia uulpes.*
*Ardet ad arma furens tygris.fera bella camellus*
*Terga tumens,pugnas plumoſa in terga moratur.*[a]
*Concurrunt omnes,ſeuo reſponſa leoni*
*Linx dabat:& latis uigilabat prælia campis.*
*Proſpicit.ante oculos gemino bubona tuetur*
*Remigio alarum:& celeri ueſtigia curſu*
*Stringere,paciferam ſigno portabat oliuam,*
*Strix ſequitur,uidere*[b] *aſinos dum uidere,uaſtos*
*Audiuere tonos.celeres ſub uentre ſagittas*
*Pendere inguinibus,timidas & currere damas,*
*Cornua ceruorum,taurorum corpora,& hircos*
*Laſciuire ſuis,animalia feda,*[c] *capellis,*
*Capreolos,quos indus habet,fera prælia,*[d] *& hoſtes*
*Humane pecudis morſu tentare minaci:*
*Ore & ſpumoſo magnis e uallibus apros*
*Frendentes exire feros,incendia belli.*
*Predarum qui raptor erat leo*[e] *iuſſit in auras,*
*Magne mollis erant,ſimiles timuere figuras,*
*Ingreditur ferale animal.pacemq; reportat*
*Pro ſe,proq; ſuis,& cui dant ueſpera nomen,*
*Et fugit ad tenebras,dire ne conſcia culpe*
*Fiat,in ancipiti.*[f] *dubia eſt uictoria bello*
*Vtraq; pars numerat pedites,uel ſeua reſignat*
*Agmina,deeſt bubo canis excitat ære canoro.*
*Boſq; ciet uaſto ore feram:ſic bucula pugnam.*
*Hinnit equus.leo bella petit.tam grandis ad arma*
*Miles in aligeros:canis:& lupus,ac ouis una*[g]
*Vna in claſſe manent,ſola eſt diſcordia ad alas.*[h]
*Non leporem canis ulla ferit,pax omnibus iſtis.*
*Sic auibus pax magna uiget,concordia cunctas*

a moratur expectat.
b Dum videre dum uidebant.
c Animalia feda
d Tentare fera prelia
e Leo iuſſit incendia belli in uolucres.
f In ancipiti quia euētus belli dubius.
g Vna ſimul.
h Ad alas in uolucres ad in ſignificat cū.in epi.ne ad ea meditere iparatū te offendā.

*Excitat in magnos,ſublato ad ſidera cantu.*
*Quadrupedes,longo ructat modulamina roſtro*
*Cignus,& arma canit miluus,grus:pica loquaxq́;*
*Coruus & armigeros acuit certamnis ungues*
*Tanti tela[a] feri,longumq́; ciconia roſtrum.*
*Regia & alis init bellum.furor incitat omnes.*
*Prima ferit,uolat icta:[b] iterum fera bella miniſtrat*
*Terga[c] petens.renouat plagas,clamore furentum*
*Intonat omne nemus,reboat reſonabilis aer,*
*Paſcitur[d] inq́; leues[e] leporis,fera beſtia,carnes*
*Coruus,& in trepidum damarum tergora uultur,*
*ARma pedes leporis,clipeos nemora alta miniſtrant*
*Arma pedes[f] timidi cauta & tutella tenebre,*
*Sed tñ audaces audatia bella frequentant*
*Quadrupedes.fruſtraq́; leui dant brachia uento,*
*Aera uel cedunt.crudeſcit pugna,uolucres*
*Pennarum leuitate,ferunt ex hoſte triumphum.*
*Ergo fugit bubo lucem,genus atq; uolãtum*
*Ignauum per noctis iter, fugiuntq́; ſodales*
*Quam timidi,claro quia nox inimica diei.*
*Ergo[g] ſuis bubo ſola hec iouis impia pennis*
*Fugerat aſpectum.uel[h] quam membrana uolucrem*
*Eſſe dedit:ſic que loca cæca frequentant*
*Compoſuere fugam.tecto[i] hac ratione ſuperbo*
*Iuppiter has damnat miſeras:miſeroſq; nepotes.*
*At reliquę fecere ſuos modulamine cantus.*
*At reliquę fecere diem modulamine feſtum.*
*Omne genus[k] facti preſenſit gaudia regis,*
*Quod celum,[l] quod terra tenet: quod pontus : & unde*
*Currentes:[m] fluuijs & pinguia culta ſecantes.*
*Mirantur ſuperi.gaudent nouitate:modoq́;*
*Impoſito rebus:uarijs natura creatis*

*Lætatur,*

a Tela apparitio tanti certaminis roſtrum acuit.

b Icta.i.non percuſſa ſed impulſa.

c Terga quadrupedũ.

d Paſcit deponens ſtari ſitiuum.

e Leues quia lepus a leuitate pedum dicitur .i.coruus ferit leporẽ in terga & paſcit leues carnes leporis. Trepidũm pro Trepidarum.

f Arma pedes.ſ. ad ſtruendam fugam. Clipeos quia in nemoribus deffenduntur lepores. Cedunt feriũt

g Ergo eſt fuge iteratio

h Vel etiam.i.veſpertilio,membrana cartilago,dedit cõceſſit eẽt auis. Si que frequentant.

i Tectó ſupbo ornato.

l: Genus facti omne a deo creatum.

l Celum aer.

m Vnde currentes.i. flumina. Fluuijs a fluuijs .i. unde ſecantes culta pinguia.nõ arata ſed culta ornata a deo nondum quis occauerat.vel fluuijs ſuis inundationibus

Lætatur,quæ [a] ſerua,Iouis ſeruatq; iubenti
Iuſſa deo,feciſſe [b] ſua tot munera terræ
Diſtincta in ſpetie.tot grandia corpora ponto
Innare,& liquidum [c] uolitare per aera plumas,
Tot lapides lucere uident.micat orphanus,enax
Aſteriteſq;:adamaſq; nitens,ſmaragdus,iaſpis,
Corneolus,granatus item,ſic praſius:iris
Lucet & argentum.rutilat perfectius auro,[d]
Natura:& rerum data nulla ſcientia rebus.
Nequicq̃ ne facta forent,feciſſe regentem
Cunctorum in terris placuit.ſciretq; latentes
Que fierent uires:nec non dominarier omni
Poſſet hic ex uoto.terram telluris honorem
Virgineam ſumpſit,mira & faber optimus arte
Impoſuit faciem,maſſa & ſpirata rubenti
Eſt anima,in propria diuinus imagine [f] tandem
Et ioue factus homo.caluerunt membra uigore
Sanguinis,& uacuas cepit percurrere uenas
Oſſa ſimul.creuere ungues,creuere capilli,
Cordis habens aditum ratio pars prima miniſtrat
Corporis imperium.ſubit altera,iuſſa capeſſit.
Pulcher homo:pulcherq; foris:formoſior intus.
Intus alit ratio.hec animalia cetera ſubdit
Viuida mens hominis iacet hic ſi corporis uſu,

a ¶ Que.ſ.natura eſt ſerua dei q̃a operatur ut deus iuſſit.

b ¶ Feciſſe ſuperi vident deum feciſſe tot in teris diſtincta ſpetie

c ¶ Liqdum purũ & tenue.

d ¶ Auro propter aurum natura eſt ſublimior quã propter argentum.

e ¶ Nulla ſcientia creatarum rerum fuerat data rebus.i. que fuerant creata nullam notitiẽ ſciẽtificã habebant de rebus.non.n.ſciebant uirtutes rerũ, quia ratione carebant bruta ſed tantum homo creatus habuit.

f ¶ In propria imagine & ioue.i. in ꝓpria imagine iouis quantum ad animam.ad imaginem.ſ. totius trinitatis non cuiuſcumq; ſingularis perſone.

Pars prima appoſitio eſt.anima eſt pars prima cõpoſiti & nobilior & ſuperior q̃ dominatur.vel debet dominari philo.i.poli.aia debet eẽ regẽs regulãs & dirigens corpus uero regi dirigi & gubernari. Altera.i. corpus hõ pulcher ẽ foris & formoſior intus ꝓp animã hec.cogita o hõ qualẽ te deus fecit.nempe ſecundũ corpus egregiã creaturã.ſecũdũ uero animam magis inſignẽ rationis capacem:eterne beatitudinis ꝑticipẽ.nec hoc añ promeruit q̃a añ nõ fuit nec ſpes retributionis extitit q̃a bonorũ nrorũ nõ idiget dñs hec ille. Viuida mẽs hõ.n.ratione ſua cunctis animãtib⁹ dominat̃ dauid omnia ſubieciſti.Iacet hic.i.homo q̃uis uſu corporis & eorũ actibus ſuperetur ut nõ ſolũ ponit magiſter ſen.in.ii. diſtin.16. ſed clariori modo experientia manifeſtatur.

*Linx uiſu humanum corpus,ſed uultur odore,*
*Auditu porcus,uiuaci ſimia guſtu,*
*Arcadie ſed pene pecus,*[a] *quod ab inguine monſtrum*
*Pendet,enim uincit:tactuq́, exilis arachne,*
*Vi taurus:ſuperatq́; leui pede corpora ceruus*
*Humanæ formæ,cui cuncta animalia ſubdunt*
*Velle ſuum.forma hac ſic cetera uincimus*[b] *arte & *
*Ingenÿ.quod cuncta premit,quod cuncta coercet.*
*Hæc animæ uis*[c] *eſt.anime fidiſſima uirtus*
*Hec anima eſt,que grata ioui.ſed imago tonantis.*
*Vt grandem deus ipſe regit:ſic iſta minorem*
*Conſeruat mundum.trinus,mens trina,creatæ*
*Vita deus formæ,uita hec ſed corporis eſt mens.*
*Creſcit homo,decreſcit item,non iuppiter auget,*
*Nec minuit uires,minor hec non facta minores,*
*Maiores nec magna gradus,ſi creſcat,& idem*
*Decreſcat,ſummit,magno eſt ſi iuppiter idem*
*Hectore:& in nato,prima hec cunabula ſeruans*

a ℭ Pecus arcadiæ uincit pene.

b ℭ Arte acumine.

c ℭ Hæc anime uis & robur.& eſt ipſa anima que cetera ſuperat.

vt grandem.totum quod in mundo eſt deus ipſe regit,anima vero hominem qui eſt minor mundus. Eſt mens.anima eſt vita corporis:& eius vita deus. Decreſcit homo moritur tamen eius, anima eadem eſt extra anima que in corpore, & quantitate & eſſentia eo modo quo poteſt dici quanta.i.non augetur nec minuitur. Non facta minor.ſ.eſt,creſcente enim puero & eodem decreſcente propter ſenium non creſcit,neq; decreſcit anima. Ordo eſt ſi creſcit homo ſi decreſcat idem ſcilicet corpore,aut moriatur,anima non.facta minor ſumit minores gradus .nec facta maior,maiores.non maior fuit in ſocarte ſeneſcente quam in eodem puerulo. In nato in eodem nuper edito vel in nato in filio.i.deus non eſt maior in hectore quã in aſtyanacte eius filio. Aſimili anima non eſt minor in puero quam in eodem altioris ætatis,nec in vno homine maior , vel minor quam in altero.

*In ſenio eſt eadem ratio, & ſubſtantia forme,*

*Nõ creſcit,creſcente uiro,pater eſt deus,ergo*
*Natus idem dicit,pariter deus ardor habetur.*
*Non dicas tris eſſe deos,deus unus in orbe eſt.*
*Sic animæ pars quæq; anima eſt,animaſq; negabis*
*Viuere tres homini.fuerit ſic unica tantum.*
*Tris anime diuiſa ſibi ſubſtantia ſi ſit,*
*Vna ſed eſt homini,tantum una eſſentia,ſed tres*
*Forma potens monſtrat. ratio uirtute priores*
*Continet,haud puro eſt pueros doctrina docenti,*
*Actus enim triplex animæ,qui intelligit,hic ſcit.*
*Hec uegetat,ſentitq; ſimul rationis in uſu.*
*Prima eſſe affectat bene protinus altera.iungit*
*Supremum ſuprema gradum que tertia preſtat*
*Que uiget in rebus uita eſt pater omnibus una,*
*Magna ſed ingentis geniti ſapientia ſentit*
*Ardoris ratio eſt.qualis uiuentibus ordo*
*Talis item celo ſibi ſunt conformia queque.*
*Quæ uegetat gignit,nutrit,tum corporis auget*
*Membra hominis cepti.ſed qua ſentimus in orbe hoc*
*Aprendit uirtute mouet.rationis at author*
*Cogitat,hec diſcurrit itẽ.tum intelligit:& uult*
*Hec dolet.hec gaudet,facilis comprenſio non eſt,*
*A patre fit proles,producit uterq; miniſtrum.*
*Pars memorans producit item que intelligit,ambe*
*Que cupit in uotum.nihil eſt ſuper ethera maius*
*Nec minus in ſacris.nec regia trina priores.*
*Suſcipit illa gradus,teneat perſona ſequentes*
*Vna trium.ſedes animæ pars grandior una*
*Nec minor alterius,nec ſit prior una,pares ſunt,*
*Erroris,uirtutis item retinere labores.*
*Conceſſit:dedit ipſe mori, lætumq; remouit.*

Pater eſt deus filius eſt deus ſpiritus ſanctus eſt deus.non tamen ſunt tres dii ſed unus eſt deus. Sic memoria eſt anima intellectus eſt aia. voluntas eſt anima.non tñ tres ſunt anime ſed una tantum. Anime.n. triples potentia ſiquidē vegetabilis ſenſibilis rationalis q̄ in diuerſis ſubſtantiis tres anime dici pñt nam vegetabilis eſt in plantis anima ſenſibilis in brutis rõnalis in homine Actus anime ergo triplex.ſ.vegetare ſentire ratiocinari.vegetabilis potentia appetit eſſe ſenſibilis bene eſſe.rõnalis optimũ eſſe. Pater vicē gerit vite vegetatiue in plantis. filius ſenſitiue in brutis.ſpiritus ſanctus intellectiue in homine. Que vegitat.i.anima vegetatiua habet tres potentias.ſ.gñatiuā nutritiuā, & augmētatiuā ſenſitiua aũt duplicem potentiā.ſ.apprehenſiuam & motiuam apprehenſiua duples.ſ.deforis & de intus apprehenſiua de foris habet quinq; ſenſus particulares.ſ. auditum guſtum viſum tactũ & olphatum.apprehenſiua de intus habet quinq; potentias interiores ſenſibiles que ſunt communis ſenſus imaginatio, eſtimatio. fantaſia & memoria. Rõ vero diſcurrit intelligit uult dolet gaudetq;. & hec nobilior aliis. A patre.i.a deo patre eſt deus filius. Ab ambobus deus ſpiritus ſanctus.ſic a memoria eſt intelligentia ab his vero voluntas nihil quippe volitum niſi precognitũ per auguſtinum idē inuiſa poſſumus diligere,incognita nequaq̄. Pars memorans.i.memoria quē ſic ponitur ratione metri.Que intelligit.i.memoria producit intellectũ. Quæ cupit in votum.i. voluntatem ambe ꝓgignunt. Teneat perſona in celo non ſunt prioritatis gradus ꝙ una perſona trium perſonaꝶ ſit altera prior,& altera teneat ſequentes gradus.ſ.poſteriores hoc eſt ſecundũ & tertiũ. Athan.nihil prius aut poſterius nihil maius aut minus. ſed tote tres perſone coeternæ ſunt : & coæquales ob id ſequit. Sedes animæ ſenſus eſt & ordo nec pars vna anime que eſt eius ſedes ē maior alterius ſed pares omnes ſunt in magnitudine & prioritate nec ſit ꝑtior altior editior vna altera.neq; ſublimior.

*Velle ſibi dederat latices:aut ſumere flammas*
*Innocuum quocunq; ſibi.quæcunq; iuuabant,*
*Nil homini deerat. quacunq; a parte beatus,*
*Quem creat æternum,nimia pietate creantis*
*Hoc fuit,ingenitæ uitare pericula mortis*
*Non poterat natura hominis,contraria corpus*
*Induerant elementa ſuum.q̄ prelia uitæ*

Beatus.ſ.homo erat omnibus modis quem deus creat pro creauit æternum ex nimia ſua bonitate non aũt propter hominis demerita natura quippe hominis a morte illam preſeruare non poterat,quia corpus habuit ex quattuor elemētis contrariis compaginatũ que ſunt corruptionis cā, dedit illi edere de fructu vite cuius eſu ſeruaretur per longũ

*tempus*

tempus quoad ab angelo ad celum tranſlatus eſſet. & ſi non fuiſſet rap
tus omnino ſibi moriendum erat per naturam & etiam propter elemē
ta contraria.

*Perficerent iterata modum. ſi humentia ſiccis.*
*Frigida ſi calidis hoſtes uelut hoſtibus atra*
*Bile tument. liteſq; parant. & prelia iungunt.*
*Traximus a terra carnem, fluit humor ab undis,*
*Aere ſpiratur, calido furit æſtus ab igne,*
*A ioue ſed ratio, quicquid uirtutis ab illo eſt.*
*Sic minor eſt orbis genitus, mundiq; figuram*
*Maioris monſtrat. ſibi ſunt cōformia parui,*
*Que maioris item flatu ſpirata potenti:*
*Lumina ſunt oculi. duo ſunt, duo lumina tantum*
*Flat tumidum pectus, ſic currit in aere uentus.*
*Intonat en rauco tuſſis ſcelerata boatu*
*Pectoris, ut nubes reſonant eſtate coruſce,*
*Concaua ſunt nares loca que dixere cauernas.*
*Viſcera foſſarum paruas cenſebo latebras,*
*Nam liquor in uentre eſt. recipitq; ut flumina pontus*
*Suſtinet ut totum tellus. ſic pondera portant*
*Cuncta pedes: poſſuere manus, & brachia ramos*
*Arboris, & proprium corpus, quod lumine cernit*
*Viuit item: uiſum cœleſtis flamma miniſtrat.*
*Auditum ſupraq; ſedens ſibi porrigit aer.*
*Olphatum inferior: guſtumq; & limpha parauit.*
*Ergo dabit tactum tellus, ſaxa oſſa ſuperſunt.*

Perficeret iterata que prelia iterata perficerent modum & ſite finem.
A terra cum homo ſit minor mundus ſimulatur maior in multis rebus
capiendo maiorem mundo pro omni compoſito a terra igitur natus ho
mo carnem ab aqua humorem. ab aere halitum. ab igne naturalē calorē

Furit bene furit calor in iuuene. A ioue ſed de anima aliud eſt. qa a deo quicquid virtutis eſt in homine a deo venit. iacobus cap. i. omne datũ optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. lumina ſunt duo ſunt mundi lumina ſol & luna. duo ſunt in homine oculi. Flat pectus, in mundo eſt uentalis flatus. ſic flat hominis pectus tanquam corporis officina in eſt ate nubes ſplendicant tonitru reſonant. ſic tuſſi humanum pectus cauerne in terris ſunt nares in facie ex quibus catarri diſtilant & humores in locis cauernoſis. Nã in terra ſunt foſſe ſic in homine uiſcera. pontus cuncta flumina recipit, ſic aqualiculus & venter liquores. Tellus cuncta ſuſtinet ſic pedes omnes labores ponderoſos. rami in arboribus ſunt manus & in homine brachia. Arbor corpora hominum corporibus ſimilãtur cœleſtis flamma dat viſum. aer ſedens ſuper aquam dat auditum. aqua vero olphatum & guſtum tellus ergo dabit tactum qa tellus ſolidum elemẽtũ quod rectius tactui conuenit. Saxa in cãpis ſunt oſſa in homine.

*HUmorem arboreum ſimilant perfectius ungues.*
*Gramina ſunt uilli, uegetatur ab arbore ſumpſit,*
*A brutis ſenſum retinet, rationis at uſum.*
*Natura angelica, montes mens altior, illis*
*Vere nouo humores niuei labuntur ab altis.*
*A capite & ſic multa cadunt humentia noſtro.*
*Pluraq; ſe ſimilant. tantum ſic continet orbem*
*Factus homo, nam mundus homo minor exit ab arte*
*Arte dei. grandis formatus imagine mundi*

Vngues habent uiriditatis imaginẽ ab arbore. Perfectius perfecte. Gramina pili qui & uilli in homine figurant camporum herbulas. Vegetatur homo habet animã uegetatiuam a plantis. ſ. per ſimilitudinẽ ſenſitiuam a brutis rationalem ab angelis nec obſtat quod ſupra dictum eſt a ioue ſed ratio. quia ſe uera a ioue eſt ſed ea ipſa ſimilitudinem trahit ab angelis. creationem a deo tres iſte potentie in diuerſis dñr eſſe ſubſtantiis, vt ſupra ait textus, vegetabilis ẽ in plantis ſenſibilis in brutis. Rõnalis in angelis vel in homine. in quo he tres anime vna tantum ſunt eſſentia differunt tamẽ in potentiis. nec obſtat in eo ꝙ ſucceſiue. ac diuerſis manifeſtentur temporibus. quia hoc eſt a virtute formatiua rationaliter diſponente prius ad vitã. ꝗ; ad ſenſum: et ad ſenſum ꝗ; ad rationem non quippe ſubito natura. ſed ſenſim operatur, ac ſucceſſiue. Nota tamen ꝙ anima rationali corpori infuſa, predicte due amplius virtutes ſuas non habent a formatiua virtute. ſed ab ipſa anima rationali. nota inſuper quod ſola anima rationalis in homine eſt anima, alie uero potẽtie. ſic ſenſibilis eſt anima in bruto, vegetabilis aũt potentia. que tamẽ

anima eſt in planta. nõ aũt potentia: nã rationalis in homine continet alias virtualiter. Natura angelica deeſt ab. Montes nam mens in homine figurat montes. bene mens que dicitur, quaſi emi nẽs eſt enim pars altior in reguo anime. Virgi primo enei, manet alta mente repoſtum iuditium paridis ab illis ab altis montibus dilabuntur niues. a capite hominis, corporaliter loquendo, catarri fluunt & vere no no quando &c.

Plantarat[a] longo, diſtant ubi feruida tractu
Equora. ubi radios[b] emittit origine primos
Phebus in excelſis diuinum montibus ortum
Iuppiter: & toto hic ſtabat ſpectabilis orbi
Nam paradiſus erat terræ. ſua brachia[c] lune
Præbit: & argento[d] tali non diſtat & orbe.
Omnes genus[e] ligni dederat. non ſemen aratro,
Non prona ſpargente manu, non bobus egebat,
Vomere nec tellus, diuinas addere fruges
Prompta fuit, ſuaui poma atq; effundere guſtu,
Verq; nouum ſemper. tumidis non horruit alis
Auſter, at aura leuis leni uer intepet ore.
Omnis & omnigena[f] ueniebat ab arbore fætus.
Omnis odorigeros una[g] produxerat arbos.
In ſpecie flores propria. ſic ſemper eodem
Et gemme & flores inerant & tempore fructus
Arbor erat uite, ſancte uirtutis & arbos.
Notitiæq; mali. quas nulla refouerat ales.
Fons uomit in medio latices, & flumen inundat.
Angelice modulantur aues: & ab arbore læte
Dulcia mellifluo recinunt modulamina cantu,
Ambroſia paſcuntur. item de uitibus uue
Pendebant dulces, uallis non ſentibus ulla
Plena fuit, poterantq; manus non ledere uepres.
Non lupus hic: non urſus erat: non ulla nocebant

a ℂ Plantarat topographia ẽ paradiſi terreſtris plantarat. ſ. deus ꝑdiſum voluptatis pro homine.
b ℂ Vbi radios primos emittit apollo. i. in oriente procul ab æquore.
c ℂ Brachia lune hoc eſt paradiſus terreſtris attingit orbem lune.
d ℂ Argento & orbe endiadis eſt.
e ℂ Omne genus ligni omnes inibi fructus erãt: & ſunt ẽt vitis que poſt data fuit noe. quia talis locus erat ille vt nihil deeſſet quod hominẽ poſſet iuuare quãuis tũc adam non egeret ſi permanſiſſet in ſtatu innocẽtie & hoc pone rõne venuſtatis ficti.
f ℂ Omnigena ab arbore oĩs arbor habebat omni tempore fructus.
g ℂ Vna ſiml q; ferebat flores & fætus.

*Vulnera:at angelico reddebant carmina ritu*
*Aereæ uoces,auræ uaga ſibila,lenis*
*Concentus zephiri,paſſim ad decliua ſuſurri*
*Fontani laticis phebei lumina uultus.*

Arbor erat rite cuius eſus hominē conſeruabat vt ſemp viueret & hoc ex dono dei nō nature vt ſupra. Sancte uirtutis erat & arbor ſcientie boni & mali. Nulla ales in his arboribus nulla inſederant animalia. Fons vomit in medio paradiſi fons eſt qui diuiditur in quatuor capita Angelice aues quamuis dicat ꝙ nullum irationale inerat ratione tñ venuſtatis operis ponuntur aues melliflue cantillātes in honorē factoris vniuerſi.etiam ꝙ ille in aliis arboribus cantilabant preter q̄ꝫ in arbore uite & ſciētie boni & mali .Lenis zephiri.paſſim vbiq̄ꝫ ad decliua ad lapſum fontani laticis ſuſuri adlectant cum ſuperioribus.

a ℂ Interlucentia.i.lumina lucētia inter frōdes:et ramos arborum delectāt viuentū aſpectus tam de preſentibus q̄ꝫ de futuris intellige,& hoc vt fit ſepe in ſiluis ſolis ſplendor ſolet diſcriminatim apparere.
b ℂ Dactylicos fructus. ſ. carperet & aurea poma.& ꝙ ſaccaron foret eſca: et nectar.Prīe vitæ inchoantis infantie. ēt primorum parentum.
c ℂ Diuinum munus appo eſt.
d ℂ Spontali arbitrio vt.ſ.vellet. Suas naturales. Medium quod ſapit extremorum naturā vtrūque ambes extremitates,q̄ ſunt a parte boni & mali. Omne decens ornatum non ꝙ omnia decent ficere.
e ℂ Vnica hoc ſignificatū ꝙ homo debet vna tātum contentus eſſe vxore non habere duas.non tres

*Adlectant teneras inter lucentia[a] frondes*
*Viuentum aſpectus.inibi diuina propago*
*Iuncta fuit.matris ullo ſine ſemine terræ*
*Viueret admiſſo,flores: & carperet uuas,*
*Ac alios quos terra dedit digniſſima fructus:*
*( Nil deerat celi campis florentibus alti )*
*Dactilicos[b] fœtuſq; ſuo,poma aurea uoto.*
*Saccaron & niueis ſudat quod arundo medulis*
*Eſca foret primæ ſic nectar amabile uitæ.*
*Tunc ulmus tunc mella ſalix:tunc dulcia quercus*
*Silueſtris magno,diuinum munus, & ilex*
*Reddebant.tunc primus homo guſtaret ut hauſtu*
*Funderet & liquido primus ſua corpora fonti.*
*Conceſſum eſt qui fontis erat uere author ab illo. &*
*Subderet omne genus,ſpontali[d] & duceret æuum*
*Arbitrio,uirtute ſuas:aut crimine leges*
*Impleret liber:medium uel ſciret utrunq;.*
*Huic erat omne decens.quacunq; a parte beatus.*
*Idem adam,deeratq; ſibi comes unica[e] tantū*
*Somnifera ſpargens hominem pigredine primum*

Iuppiter humenti ſtrauit ſua corpora terræ
Dormit homo,ſurrexit homo,fit femina coniunx
Nata,ſororq́; ſimul.feret hec,ne ſerua paterno
A latere.haud pedibus,neq; enim regina iuberet
Neſcia fit capitis.liceat uiuatur ab æquo.[a]
Non ſimul[b] hos effinxit,adam cum coniuge,ab uno
Vt traheret mortale genus primordia uite.
Naſcitur eua uiro.fiunt duo corpora ab uno.
Velle duobus idem:ſimul hos natura coegit
Alter in alterius proprium diffundat amorem.
Mas petat[c] uxorem.iubet & natura maritum
Sponſa ſuum cupiat.ſic ambo cupidinis huius
Accipiunt:redduntq́; uices.mas,fæmina nati.
Factorem factura ſuum cognouit.utriq;
Officium fecere pium:genibuſq́; tonantem
Subiectis nouere ſacro duo germina cultu.
Erexere aras,ſpirant & odoribus aræ.
Fuderunt latriam,latria eſt honor omnibus una[d]
Perſonis,humiles recipit diuinus honores
Iuppiter:& grandi patrem cumulauit honore
Primus adam.[e] docuitq́; ſuos diuina nepotes
Munera laturos,primo hic dum ſubditur enti,
Qui[f] ſua primeuo mitiſſimus ora reſoluit.
Ambroſia conſperſa uiro dein talia fatur.
Nate,tuum[g] quem noſtra hominem formauit imago,
Virginea qui ſurgis humo,uel ab ethere prodis,
Quicquid habet pontus:quicquid ſalit aera:terras
Atq; habitat,tibi ſit propria ditione domandum.
Et loca que paribus retinent animalia tectis
Sint tibi ſeruitio.celo:terriſq;:fretoq́;
Prefecit regem.poſſet dominarier omni
Quod factũ ẽ (homini magna:& quã mira poteſtas)

a Ab æquo ab æquitate

b Non ſimul non creauit deus hos ſimul.ſ. adam cum eua,vt angelos vt unum eẽet humani generis principium & vt dũ cognoſcerent ſe ab vno oẽs ſe omnes quaſi unum amarẽt.h.ſen.diſt.i 8

c Mas petat naturã inter eos procliuitatem quandã vt alter alterum exoptet.

d. Vna ſimul latria eſt cultura & honor qui deo & tribus perſonis perhibetur.

e Primus adam.i.adam primus.non ad diſtinctionem alterius.ſed adam primus dominum coluit.

f Qui.ſ.iuppiter vel pr̃

g. Tuum hominem.i.liberũ quia om̃es ad libertatẽ nati ſumus. Ordo o nate quẽ nr̃a imago fecit tuum hominem hoc ad animã refertur que creata fuit ad imaginem dei. Parib⁹ cõuenietibus quia quecunq; loca habent alia ſibi cõuenientia. Loca rectus ẽ.i.celũ terra,aer ſint tibi ſeruitio que habent animalia tectis conuenientibus· fecit eum regem vt poſſet omnibus dominari. Ter repetit ad maiorem expreſſionẽ imperii. O magnam hominis authoritatẽ.O miram peccatoris poteſtatem.

Omnia ſub pedibus[a] poſuit quod terra, quod aer
Nutrit in arbitrio, tua ſunt hec omnia dixit,
Iuppiter, & cælum ſi ducet[b] ad æthera uirtus
Te tua promitto. ſedeſq; in fine[c] uacantes
Spirituũ ſpreto, promiſſa ſede, profundo
Siderea ambobus, quibus hec præcepta feruntur
Creſcite,[d] ſeruetur ſpeties, ducatur origo
In longum, uiuatq́; patris ſubſtantia nato.[e]
Et longo hec ſpeties ſeruabitur ordine, quanuis
Singula[f] declinent, planta conceſſit ab omni
Carperet hic fructus. tantum uirtutis:[g] & atri
Notitie interdicta fuit ſibi criminis arbos.
Iuſſa dedit nuptæ proprio parere marito.
Promiſſam ſeruare fidem: nec frangere ſtupro.
Tum perduxit adam claras, qui grandis. ad undas
Iuppiter. & uiuæ curam qui ſeruat arenæ,
Tranſlucebat aquis ſpecies præclara[h] futuri
Omnia mõſtrauit uenturi temporis author
Terrigenæ, lapſurus[i] erat, ſi carperet uſus
Arboris hic uetitæ. nec non ſerpentica uirtus
Decceptura uides, ſimili & caſura ueneno
Poſteritas. rapturus erat pater ipſe nepotes
De lapſu proprio, tanquã de uertice quercus
Montis. pulſa trahit frutices: & ſaxa profundo
Et ualli. fratrem fratris cecidiſſe doloq;
Alterius, creuere animi mortalibus omnes
Ad mala, tum totum pontus ſubmerſerat orbem:
Inſtructas acies hebrei ſanguinis, urbes
Aequataſq; ſolo uidit, flamme omnia flamme,
Et ſæuam babilona parens ad bella furentem
Viderat ignarus: romana & prælia. gentem
Falacem. mortis crudelia uincula diræ,

Et carnem

a Omnia ſub pedibus ꝑ ſal. omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues & boues.

b Si ducet celum tibi ꝓmitto ſi tua virtus ducet te ad æthera & ꝓmitto ſedes vacãtes ſpirituum ambobus quibus hec precepta feruntur.

c In fine in extremo curſu vite, qñ erit tempus reuertendi ad ſuperos.

d Creſcite hoc ꝓceptũ fuit ſeruãde ſpeciei humane ſed vt comederit ex omni fructu ſeruandi indiuidui.

e Subſtãtia nato quia pater uiuit in filio. q eſt de ſubſtãtia pr̃is.

f Singula. i. indiuidua ſpeciei.

g Tñ virtutis deus adeo tñ eſu ligni ſciẽti boni & mali interdixit Stupro adulterio.

h Preclara nõ illuſtris ſed valde clara ſimilitudo oſtẽdebat futurorum in illis aquis

i Lapſurus erat. ſ. adã ſi acceperit vſus. i. fructus arboris vetite tã et ſi tales fructus nulli darent eſui. qu a tñ fructus traduñt vſui. ob id vſus pro fructibus ponunt. Vel ꝙ vellet vti ljus fructibus

*Et carnem uerbi, crucis & ſera uulnera, lignum.*

Cecidiſſe perinde ac ſi tunc abel eſſet peremptus qa futura, velut pñtia cernit deus ſic pphetie deo inſiati. Viderat adã mala omnia futura & ſibi: & poſteris ſuis ex eſu ligni vetiti quia in obiam mala cuncta parit. Profundo & valliendi, vidit ꝙ deus dixerat quacunq; hora comederitis de ligno ſcientie boni & mali morte moriemini. Flammæ vidit ꝙ omnia flamme ventura eſſent. ex hoc predicebatur ꝙ flamma obductura erat paradiſum voluptatis. nec minus bellorum incendia & extremi diei excidiũ. Sæuã babilona & magnã: & dirã idolorũ ſeruitute Carnẽ verbi. i. verbũ incarnatũ. Fera vulnera. i. lignũ crucis & fera vulnera.

*Ignarus cæco ſimilis, traiectus honore* [a]
*Mente deum:* [b] *doniq; dati non nouit in undis*
*Quæ uidit genitor uitreo apparentia fonte,*
*Propter* [c] *aquas panſis* [d] *arbor latiſſima ramis*
*Fecerat ingentem, fontemq; obduxerat, umbram.*
*Et loca diuino ſplendent aptiſſima tecto.*
*Arbore ſub diua longus circumrotat* [e] *ordo*
*Fontanos latices. fontis lætantur & undæ.*
*Conſedere duces. rerum captantur honore.*
*Et placet aſpectus mundi. laudare* [f] *manumq;*
*Artificis, delectat item factura tonantis*
*Primores* [g] *celi, quid enim manus alta miniſtrat*
*Indignum laudatur opus, præfertur & omni*
*Adam compoſito. nec erit quod turpiter* [h] *inſit,*
*Quæ caro* [i] *de terra eſt rerum pulchðrrima forma*
*Ipſa placens: nudæ ſpirant opobalſama carnes*
*Corpora* [k] *cuncta decent, pendent a uertice crines*
*Ex auro adfabre fictis: duo ſidera uultum*
*Componunt, miri ſic cetera corporis æquat*
*Regula, pars parte, & ſic pulchrior altera uiſa eſt.*
*Sic formoſus adam. ſed que deſcendit ab adam*
*Pulchrior. hec, que tota decens: que tota coruſcat*
*Sole, uel exiguo rutilant fila aurea crines,*

a Honore pulchritudine virg. Frigidus & ſiluis aqlo decus ſit honorem.
b Deum deorum merite alienatus adã ppter pulchritudinẽ deorũ
c Propter iuxta.
d Panſis expanſis a pando.
e Circũrotat fontanos latices honore pulchritudine.
f Laudare, ſ. placet.
g Primores celi q̃ ſunt archangeli throni principatus q primi loquuntur apud regẽ
h Quod turpiter nihil turpitudinis erat in corpore ade.
i Que caro, caro ipã placens que de terra eſt forma ſua eſt rerũ pulcherrima.
k Corpora cuncta totũ corpus plurale p ſingulari, vel cuncta corporis.
l Pars ſic altera pars viſa eſt pulcrior parte. i. vna pars videtur altera venuſtior quamuis omnes partes eſſent formoſe ſed dũ videt vnum mẽbrum illud videtur alio pulchrius ſic de membro in membrum.

Ambroſieq; come,capitis decus,omnia ridenl.
Lumina ſunt oculi, duplex uel cinthia lucet,
Siue duplex capiti ſplendeſcit cinthius eue.
Ora rubent flauis delectatura labellis.
(Iuppiter[a] ingenue que gratia iuncta puelle
Ne ruat in præceps ſponſus,que mira uenuſtas,)
Terre oculos demiſſa[b] gerit ueſtita pudore,
Colla ebur adſingit,denteſq; ex ordine quandam
Admittũt uenerem,ſed quam pulcherrima naſo,
Dulcia melliflue replebant pectora mammæ:
Brachia conueniunt argentea,corpus & omne
Splendebat.reliquis ſola[c] eſt concordia membris.
At grauis inceſſus,facilis prolatio uerbi.
Humani generis tum que placet omnibus audax
Porta,[d] nimiſq; tumens omni formoſior arte,
Tota erat hec[e] nectar:pulcher pater ille:ſed iſta
Pulchrior[f] eſt oculis,e,terra uirgine primus
Eſt pater,At genitrix uiuo deſcendit ab illo.
Hos amat omnipotens,placet hec factura tonanti.
Delectare poteſt.iubet aliger ipſe michael
Quem[g] iouis altitonans preconem fecerat ere
Et tuba diuorum.Tubicen canat ore canoro,
Intonet, atq; tuba referat præcepta Tremendi.[h]
Dum iubet,authoris,quia uult ſua iuſſa timeri,
Cuncta uocat terram,fluctus,celumq; profundum
Ethera,diuino parent & ſidera uerbo.
Erigit alma caput telus ueſtita colore,
Et uiridi percincta ſinu:ſua tempora lauro
Compta gerens:pingues ramos[i] frondentis oliuæ.
Et multis comitata feris.toluntur & unde.
Flumina mirantur,piſces,& æquore cuncta
Que labuntur aquis,liquidas uenerantur & undas.

Exhilarat

a Iuppiter tante venuſtatis feminã deus fecit vt difficile ſit non labi. Sponſus.i.homo.

b Demiſſa oculos ſinecdoche.

c Sola eſt cõcordia.i.membra cuncta cõueniunt.

d Porta humani generis audax & nimis tumens que placet omnibus erat formoſior omni arte.

e Hec.ſ.porta erat tota nectar vel hæc eua.

f Pulchrior eſt oculis quantum ad partem exteriorẽ.non autem ad interiorem.

g Quem tuba iouis.ſ.vox dei altitonã.fecerat preconem deorũ ære. & ꝙ ipſe tubicen canat ore canoro.

h Tremẽdi authoris.ſ.dei qui timendus eſt dum iubet.

i Ramos.ſ.gerens.

*Exhilarat patulasque aer penetrabilis aures.*
*Hic auibus comitatus erat: uultuq; nitenti*
*Ardebat uirtute potens, quia cælica uirtus*
*Fecerat illud iter. uellet quid ſcire iuberet*
*Iuppiter, & magno promptus parere iubenti.*
*Tum micat horrendis[a] mundi pars feruida[b] flammis.*
*Sidera ſic lætant[c] rutilos fulgentia uultus.*
*Expectant precepta iouis. quod iuſſerit omne[d]*
*Id factura ſuo demonſtrant omnia nutu,*
*Incipit omnipotens: rupitq; ſilentia, noſtris*
*Omnia que manibus ſunt facta ingentia, uoce*
*Que maiore ſonant quacunq; in parte creata.*
*Ac ea quæ minimum retinent ſub ſidere nomen.*
*Vel freta, uel tellus: maneat uel in aere, & æther,*
*Cuncta hec ſubiiciant homini ſeruiliter uſus:*
*Et ſua que ſeruant proprio ſibi munera ſceptro.*
*Me quoq; dulcis amor mundi uiuentis ad ipſum*
*Attrahit, obſeruem ſemper me uota timentum.*
*Sic mea uos diui mecum, que eterna poteſtas,*
*Quos ego maiores feci, ſeruate minorem*
*Vt mea naturam faciat precepta ſoluto*
*Fune uoluntatis, regna & monſtrate petenti*
*Quæ mea ſint, meritum noſtroq; reducite celo.*
*Veſtra quidem ſedes: & qui uelit eſſe perennis*
*Hoſpes in æthereo, uiuunt dum ſecula, tecto.*

a ℭ Horendis magnis.

b ℭ Pars feruida ſphera ignis.

c ℭ Lætant letos faciunt. & exilarant vultus.

d ℭ Omne id omne omnia ſe factura oſtendunt quodcunq; deus iuſſerit.

Quæ maiore ſonant. i. magna que magnum habent nomen virtutis ſue Maiore voce magno nomine nuncupantur. In aere. vel ſit in aere vel in terra ponit hic continens pro contento dicendo tellus fretum. Vſus vtilitates homini. i. cũcta homini ſeruiant vel magna vel minora & ſua & omnia elementa homini ſubiiciant munera ſua que ſeruant & poſſident in ſuo ſceptro & ſuo regno: Terra fruges & fructus: mare piſces. aer aues & virtutem ſuam ſic ether. Quæ. ſ. eſtis mea eterna poteſtas quia in poteſtate mea vos creaui: & per vos poteſtatem meam.

inſinuo. Vos diui.i.angeli hominibus maiores. Minorem natura .ſ.hominem. nonne angelus datur bonus in cuſtodiam animæ, ſunt voluntatis libero arbitrio.quia voluntas eſt illigabilis aliter non eſſet voluntas, ſi non eſſet libera. Meritũ hominẽ qui meruerit, quia gloria merenti datur.non merenti auferetur.

Conſenſere omnes.at quis diſſoluere nodos
Auderet legis; cum qua [a] diuina morantur
Vota [b] iouis ſummi.ſed iuſſa capeſcere confert.[c]
Tunc ſuaui ſua phebus habet rutilantia uultu
Lumina,feruenti mittit non feruidus igne.
At ſapit hic medium.tunc tunc non frigidus imber,[d]
Non æſtas.uer ſemper erat.non flamina uenti
Eructare [e] truces uiroſæ conſcia peſtis.
Mollior haud nuſq̃ [f] dederat uiuentibus alas
Aura leuis:aerq́; ferros non ſenſerat æſtus
Ætheris,indigenam patriã fugiebat hirundo [g]
Nulla,feras uitans,aut grandia frigora,flammas,
( Vt loca precipiunt )[h] potuit preſtare ſalubrem
Aere non fœdo uitam caſtiſſimus aer.
Terra ſuas fruges dederat.ſunt omnia fructus.
Carpere [i] delectat:non ulla erumna parentes
Eneruat:curuo non bos ſubmugit aratro.
Non ſudat:non friget item:nulliq́; dolores
Incuruant hominem:nulla ſic ipſe medella
Indiget:& cunctas cognouerat ipſe medellas.
Quis capitis:renumq́; dolor:quid torqueat oram
Et ſtomachi fundum:quamuis nil [k] ſenſerat adam
Quod uexarat adhuc:rutilos ſi nouerat enſes,
Nec minus hic clypeos ſi queq; nocentia,& idem
In terris potuit preſcire iuuantia corpus.
Quippe fuit diuinus adam.factura tonantis.
Nouerat & cœli curſus:& brachia cancri.
Quiq; aliter [l] ſua crura iacit.tauriq́; minacis
Cornua,

a ℭ Cum qua. lege.
b ℭ Diuina vota moratur quia ex uoto principis lex conſtituitur, moratur ſtant.
c ℭ Confert vtile eſt. Phœbus temperiem preſtat animantibus.
d ℭ Nec imber.nõ hiems frigida eſt nec Eſtas calida.ſed ver ſemper nouũ.
e ℭ Eructare eructabant Viroſæ venenatæ.aer non erat putris.& noxius.
f ℭ Haud nuſq̃ hoc eſt vbiq;.Mollior aura vbiq; leuis aura molli flatu ſpirabat.
g ℭ Nulla hirundo fugiebat patriam ſuam vitans feros calores.ſeu frigora dũ italiam fugit.
h ℭ Vt loca p̃cipiunt.ſ.nimis calida aut nimis frigida.
i ℭ Carpere delectat.fructus illos tangerẽ.ſ.vt carpant.quamuis nullum adhuc ſumpſiſſent ad eſum.
k ℭ Nil adhuc ſenſerat nocumẽti. Quamuis adã in ſtatu inocentie non patiebatur vllum malũ. tũ q̃a homo diuinus erat cognoſcebat mala omnia, non per experientiam ſed vt homo diuinus ſic & omnes medellas.
l ℭ Quiq; al.cer.i.ſcorpii qui aliter iactat brachia q̃ cancer,nã cancer brachia,iuxta ſumitatẽ flectit ſcorpius vero a principio ſtatim recuruat.

Cornua, & æmonios genitor diſcreuerat arcus.
Et geminos fratres, uiolenti ac ora leonis,
Et libram, latices: cognouit & omnia. uirgo
Innuba nota fuit, uel[a] ꝙ ſibi cinthia ſugit
Sphærarum ſeptem uires, a mobile primo,
Quod fluit octauæ, donec perſenſerit autrix
Corporis infecti phœbe,[b] nil mouerat[c] ergo.
Primum hominem triſti caderent ſua corpora morbo.
Parebant homini concordia[d] cuncta creato.
Pontus item pariter piſces produxerat hoſq;
Attulit humanum, & genus omne natantis ad uſum.
Et uolucres medio compellat[e] ab aere ferro.
Aut ferat in laqueos, timidæ, mirabile dictu,
Aut auibus capiantur aues, & retia ceruos
Inuoluant celeres. uel quas canis improba damas
Dente nequit retinere. ſuo uel prendere morſu.
Indomitos & iuſſit equos frenaret. & omnes
Ex uoto domitare feras, ſi cogeret uſum
Vis ulla: in toruos, poſſent ſua regna[f] leones
Magna hominis laus eſt. humana prompſerit arte
Pica loquax uerbum, ſimili uel proferat ore
Pſitacus ad uotum ſalue. uel achantilis odas
Cantillat, quæ cuncta ſuæ contraria formæ[g]
Noſceret unde bonum iuſſit. nec tolleret alas
Quæ nequeunt ſuperare iouem, proportio nulla eſt
Ad cælum terre: non ſe preferre tonanti:
Non æquare licet. poſſuitq; ſilentia linguæ.
Illud idem dixere omnes. qui iudicat orbis
Virtutem a uitio dedit & præcepta michael[h]
Fas homini parere deo: preponere diuum
Mortali: & grandem diuini ponderis axem
Subdere ceruices oneri, ſi turpia[i] ſurgant

a ℭ Vel ꝙ.i. nouit ꝙ luna accipiebat vires ſeptē ſpherarū a primo mobili quod fluit octaue ſphere uſq; ad lunā corporis inſecti auctricem.
b ℭ Phæbe luna.
c ℭ Nil mouerat nil ſtimularat adam vt caderet: quia nihil dū temptatus fuerat.
d ℭ Concordia concordantia.
e ℭ Compellat. ſ. deus iuſſit homo compellat.

f ℭ Sua regna. i. homines in quibus habitat deus.
g ℭ Forme nature ſuæ.
h ℭ Michael archangelus cum eſſet preco dei, pꝛ̄ter ea que iuſſit deus: & ipſe aliqua addidit. ſ. ꝙ debeant parere deo.
i ℭ Si turpia cōmiſſa. ſ. ſi adam peccauerit debeat ferre labores mortalis hō.

Mortali commiſſa uiro, gratiſſima ferre
Corda deo: grateſq; deo, tituloſq; tonanti.
Præbere ad laudes. humana ſuperbia cauſit
Nulla odium: nec dent animos mortalibus arces
Inflari, conſtructa ruunt, mortalia quæ q;.
Iuppiter æternus tantum, nec ſanguinis altos.
Det genus, aut ſtudium, latiq; potentia regni,
Quandoquidem rex ſolus erit, qui fecerit orbem.
Cœlitibus [a] cedant homines. diſcantq; cadentum
Spirituum [b] lapſus, nec non, miſerabile regnum,
Tartara, quos retinent ſuccis hecatidos herbæ
Conſperſos. hos noſtra manus uirtute tonantis
Expulit, æterno miſeri uexentur [c] ab igne
In tenebris craſſa obducti caligine lucis
Expertes: glaticq; ferant ſua corda rigenti
Indignata deo qui iam uoluere potenti
Obſtare, & ſuperas caſu liquere cathedras.
Hactenus admonuit: digitoq; ſilentia fecit,
Direxitq; acies ſuperum. ſecreta michael
Tecta quidem magni repetunt celeſtia [d] regni.
Primum hominem in terris uenerantur & oīa [e] regē.

Ioannis marie Velmaciÿ chriſteidos
Liber primus explicit.

a Cœlitibus diis qñ nō tātum deo ſed & angelis cedendum eſt.
b Spirituum de quibus in ſequenti libro.
c Vexentur deeſt vt.
d Celeſtia. i. celeſtes dii rectus eſt repetunt ſecreta tecta magni regni.
e Omnia cuncta venerant in terris hominē Primū regem quia bruta ēt habent ſuum regem. quadrupedes leonem. aues aqlam vel omnia venerantur primum hominem. i. adam regnantē in terris.



## ARGVMENTVM II.

*Alter habet miſeros cœleſti à ſidere lapſus* [a]
*Spirituum, tumido quos alta ſuperbia uento*
*Pauit in infernas tentans noua prelia partes*
*In regem æthereum, poſcit connubia grandis*
*Ventoſe uiroſa deæ tū lucifer, ortu*
*Crimina naſcuntur ſubito, teterrima mundum*
*Turba petit, mater ſtimulat ſua uiſcera,* [b] *pungant*
*Humani auctorem generis, peccatur, & arce*
*Pellitur aeriæ: largoſq; effundere fletus*
*Cogitur, obducta circum ſua mœnia flamma,*
*Inſpice ꝙ tumido nocet aucta ſuperbia uento,* [c]

a ℂ Miſeros lapſus ſpirituum quos alta ſuperbia vento pauit lapſus in partes infernas lucifer poſcit connubia ventoſe deæ.

b ℂ Sua viſcera ſuas filias.

c ℂ Aucta vento, non remiſſa ſed ſemper inualeſcens.

## IOANNIS MARIÆ VELMA- *tij bagnacaballi criſtcidos,* Liber Secundus.

a Diuina virtus.

b Elementa liquentia ignem, aerem, aquam. for-marat & terras. cœlico-las: & terre homines.

c Ordo æmerſit.

d Omnia. ſ. ſunt.

e Donauerat conceſſe-rat.

f Cerni vt cerneretur.

g Imagula imago for-mæ iuſſit quoſdam inſla-ri aſpectu claro.

h Vt meritis quia bo-num habitum dixerunt habuiſſe meritis ſuis a deo. non cuius benigni-tate.

i Auderent vt mala tur ba auderent fateri. affir-mare, reliquis angelis. de-us daret propter ſua meri ta: bona tanta. nõ gratia regis. ſ. cœli. ſyntheſis eſt Non maius anſel. deus, ſe cundum animi cõceptio-nem eſt, quo nihil melius nihilq; maius excogitari poteſt, cuncta creauit ꝙ maius eſt q̃; facere.

k Hic. ſ. deus põt eſſe etiam aduerbium.

l Arte miro artificio. neq; atulit arte. ſ. materia li quali fabri vtuntur quáq; homines edocẽt

m Ruentes. impetuo-ſas.

FORMARAT *diuina polum fulgentia uirtus* [a]
*Sidera diſtinguens elementa liquen-tia,* [b] *terras*
*Cœlicolas: terreq; homines, animalia formis*
*Queq; ſuis uariata dedit, pulcherrimus ordo* [c]
*His quoq;, multiiugæ formæ ſpectabilis, arte*
*Ætherea emerſit, ſummi iouis omnia* [d] *mira,*
*Conuenit cuicunq; enti pulcherrima forma,*
*Puchrior angelico, cui ſe donauerat* [e] *omni*
*Tempore, ſpirituum ſtantem ſuper agmina cerni.* [f]
*Tollere ſe in uentum ſed iuſſit imagula* [g] *formæ*
*Aſpectu quoſdam, pœnas & ſummere claro,*
*Vt meritis* [h] *bona tanta ſuis, non gratia regis,*
*Hæc daret, auderent* [i] *reliquis, mala turba, fateri,*
*Eſſet ut æternum illis: & memorabile nomen,*
*Eſſe pares patri, quo non præſtantior alter,*
*Quo datur ingenua non maius mente putari.*
*At quid turpe magis magnum ſpreuiſſe parentem?*
*Qui fecit: qui cuncta mouet, qui cuncta creauit,*
*Et regit immenſum. par hæc ſapientia mundum*
*Formauit mira hic* [k] *terram, á quo pontus, & æther*
*Arte* [l] *polum fecit, neq; enim deus attulit arte*
*Quod dedit é nihilo perpulchras condere & urbes*
*Qui dedit ingenium, limphis iratus eaſdem*
*Obruit occeanis, iterumq; iterumq; reuiſit*
*Igne nouas, ferro, peiori & uiuitur uſu.*
*Quo uerbis mea uerba fero? qua parte ruentes* [m]

Duco acies? iuſtaſq; meis nunc uerſibus haſtas
Demoror? in longum crudeli carmine bellum
Accingo, gerit arma meum fert horrida pectus
Tela fremens, dextram, latus atq; implere [a] prophano
Sanguine prauorum. lætatur, & ordine belli
Gaudet [b] in extores cœli: gaudetq; ſuperbos
Submergi: incœpto uires nunc cædite ferro.
Tu'q; aſtrea meos, potes, hic defende labores.
Ergo animis ſubeunt uano de pectore mentes
Quorundã, fas iſta loqui, præcellere in arce
Æthereа regem, regi ſeu dicier alto
Eſſe pares, lato & ſua brachia pandere cœlo
Terrentes: quorum de primo lucifer ortu
Prima mali iuſſit: primuſq; immiſit aperto
Crimine læſuras prauorum gaudia flammas.
Se pulchrum tumidus mira conſpexerat arte [c]
Se meritis habuiſſe ſuis, hæc munera, dixit,
Nec dignum [d] feciſſe iouis ſe dona profeſſus
Vt peſtis, ſimili multos ad crimina morbo
Eſſe pares fecit, partem cœpiſſe ſiniſtram
Cum pœna [e] hos miſeros monſtrat miſerabilis error
Omnia nota deo, rumor percurrit olimpum,
Cũcta fremunt, ſuperumq; uocat crudo ære [f] michael
Concilium, ſubito fremitu ſanctiſſima cœli
Tota cohors diuum [g] ſubijt penetralia regis
Æterni, mirantur item noua [h] regna, columnis
Scilicet argento radiabant omnia, [i] & auro
Inſectis, ebur & tecti faſtigia leue [k]
Summa tegit, lucent rutilantia ſidera ab ortu
Deficiente minus. [l] candenti & cinthius orbe,
Et claris ſoror ipſa comis, ubi iuppiter ipſe eſt.
Æternum fecere diem, nos humida tales

a ¶ Implere dextram. & latus.
b ¶ Gaudet pectus.

c ¶ Arte ac ſi arte creaſſet illum deus.
Peccatum angeli.
d ¶ Nec dignum. v. ſe. i. ꝙ deus & eius liberalitas fecit illum dignum. non aũt ille ex meritis ſuis.
e ¶ Cum pœna ſenſus ſit horum angelorum error punitus oſtendit illos acceppiſſe ſiniſtram partem.
f ¶ Crudo ære ratione citationis fremitu conſenſus & timore.
g ¶ Diuum cœli. deorum q cœlum colunt.
h ¶ Noua magna: vel pulchra.
i ¶ Omnia radiabant columnis ſectis argento: & auro.
k ¶ Leue politum.
l ¶ Deficiente minus hoc eſt non ſenſus eſt ſtellæ ab ortu primo non abſcundũt lumen ſuũ ſicut in noſtro hemiſperio apparet quia veniente ſole deficiunt cinthius. & luna fecerunt perpetuum diẽ vbi eſt deus.

Iuſſa fuit neſcire uias, ſunt omnia lumen.
Ad dextrum: læuumq́; latus ſapientia ſedes
Æternas habuit, pietas,[a] aſtrea, paremq́;
Hæc habuere locum, ſplendenti hæc territat enſe,
Illa[b] pio, & uultu cogit ſperare ſereno.
Spirituum: Sanctumq́; iouem feruentius[c] ambeſt[d]
Ardor, in his amat ipſe deus. ſcitq́; omnia uerax,
Æquus & ille ſedet: diuerſis orbibus[e] illuc
Conuenere omnes, ſpectabant uerba tonantis
Aurea, ſic humili gaudent ſermonibus, aure,
Iuppiter omnipotens ſolio exorditur ab alto.
Dijq́;, deæq́; omnes, quos nullo eduxit ab ente
Noſtra manus,[f] quoq; uos æterna ab origine mecum
Cuncta ſciebatis, mecumq́; potentia cunctis
Vna fuit, miſeros que tanta inſania ciues
A recto abſtraxit, uacuas dimittere ſedes
Et petere infernas tenebroſi gurgitis urbes.
Hinc abeant ſeruentq́; trucem, pars improba, flãmam,
Sulphureoſq; lacus: diro & crucientur odore,
Et miſeros glacies alibi contraxerit artus,
Æternum priuentur item me: & lumine magno
Di iouis æterni: quorum mens conſcia culpæ,
Vt mea regna pari ſeruent dira agmina ſceptro,
Sint procul a nobis, timeant mea iuſſa nefandi
Non uiolent præcepta iouis: deus unus[g] & ipſe,
Me preter, non alter erit: me cuncta tenentem
Cuncta ſciant, & grande manu quodcũq; uidetur
Imperium mundi, creo, deſtruo, uita perennis,
Et manibus mors dira meis, noſtra ergo timete
Numina diuini, mihi dextra potentia ſumma eſt,
OMNE poteſt diuina manus, diſcedite, clamat,
Infecti uitio mentis, depellite ciues

A cætu

a ℭ Pietas ordo eſt. ad dextrum. & ſiniſtrum ſapientia habuit ſedes. pietas iuſtitia habuere ſedes & hæc .ſ. pietas. & iuſtitia habuere locum parem Hæc. ſ. iuſtitia.

b ℭ Illa. ſ. pietas.

c ℭ Feruentius feruenter catervatim.

d ℭ Ambeſt circum eſt.

e ℭ Diuerſis orbibus de eſt. a. a diuerſis orbibus omnes conuenere.

f ℭ Noſtra manus noſtra potentia.

g ℭ Deus vnus. ſ. eſt: ipſe iuppiter eſt deus vnus .i. ſolus ipſe deus. Vnus ſolus. Me preter Iſai. 41. extra me non eſt deus. Deute. 32. videte. ꝙ ego ſim ſolus & non ſit alius deus extra me.

A cætu igniferam peſtem, quæ paſcere uento
Se cupit, & ſuperum uitæ ſibi neſciat orbem.
Dixerat & preſſo ſana ore ſilentia fecit.
Confremuere omnes, iuſtaq; accenditur ira
Tota cohors, & tela parant, in bella: minaceſ
Dijq;, deæq; furunt, & protinus arma miniſtrant.
Sola fugit bellum pietas,[a] cui debilis ardor[b]
Vindictæ: ac flentem miſeret mœrore cadentum,
Effunditq; preces fruſtra, quia ſola[c] repugnat.
Irrita non unq̄ fiat ſententia regis
Conclamant omnes, ſic ſtat ſententia, ſummi,
Horribili turbata dolo pia ſidera[d] tali, &
Cuncta truci lætum tenebrarunt lumina uultum,
Cinthia, ſaturnus, ſol, mars, uenus alma, ſerenus
Iuppiter,[e] ingenij largitor magnus & alti
Mercurius, claros aſtrei filia[f] uultus
Mutat in aſpectum, turbato pectore, toruum:
Cum magnum[g] uidere iouem difundere cauſas
Irarum in ſteropes, atq; agmina dira furentum.
MEMbra dolēt cū mœſta caput compaſſio torquet.
Enſitenens aſtrea[h] furit mirabilis enſe
Hæcq;, ait, aſtricto terrens cœleſtia ferro,
Pars fera diſcedat, uultu ſcelerata prophano
Exeat hinc, igitur cœlorum neſciat uſum[i]
Lucifer, haud oculo datus eſt locus iſte ſuperbo,
Hic habitant humiles, tremor arceat oſſa furentis
Impauidæ[k] & diro turbæ ſe tartarus ore
Offerat, o incauta mali, o neſcia rerum,
Quæ ueniens animis, ſcelerata in crimina, pronis
Mens trahis in rapidas ſteropum precordia flammas,
Et miſeri, o ciues, quæ tanta inſania ueſtros
Extulit hic animos, diuinaſ condere ſedes

a ¶ Sola pietas eſt pro angelis.
b ¶ Ardor impetus vindicte ē minor & paruus in pietate.
c ¶ Sola pietas r̄pugnat.
d ¶ Pia ſidera: & cuncta lumina.
e ¶ Iuppiter. ſ. ſtella.
f ¶ Aſtrei filia. ſ. iuſtitia more fabuloſo.
g ¶ Cum magnum cum aſtra cuncta viderunt, modus pro modo turbatum iouem. & ipſa turbata ſunt que prius clara.
h ¶ Iuſtitia cū vidiſſent cœleſtia iuſtitiam armatā timuerunt cuncta.
i ¶ Vſum vtilitatem.
k ¶ Impauide timor incutiat luciferum ſuperbia furentem ſine timore.
l ¶ Incauta mens mali, & rerum neſcia que veniens animis pronis in crimina ſcelerata trahis demonum precordia in rapidas flammas.

a ℂ Error, peccatum.
b ℂ Furor inſania.

c ℂ Candida iuſta quia iuſtitiæ eſt candor & cordis claritudo: non dolus, non liuor, non amor non reſpectus: non proprium commodum.

d ℂ Læ tent læto: & merore afficiāt obiecta mœſte vitæ nimium terrentia q͂ pulchra obiecta hilarant lurida vero mœſtitiam pariunt.

e ℂ Negat finem quia ſaturnus tempus ſignificat.

Et magno ſe æquare deo, quis perfidus error,[a]
Quis furor,[b] o ciues? quæ tanta amentia cœlo
Depellit? ſic uſa ſibi dea candida,[c] uires
Aduocat angelicas, diramq́; expellere turbam
Illa iubet, celſa reſidens, circundata, ſede,
Spiritibus, iuſſum quodcunq; capeſſere fas eſt.
Tum tuba terribili ſonitu ciet aurea pugnam
Cœlitibuſq́, nouo crudelis prælia bello
Excitat, horendo pandunt uexilla boatu,
Conclamant omnes, pereat nimis alta uoluptas
In regem æternum, læti mucrone coruſco
Bella parant, horretq́; polus, pia numina uultus
Occellant nitidos, mœrent cœleſtia tantis
Armorum furijs, paci que aſſueta ſerenæ,
Inſolita ad rixas, quamuis pia ſidera tantum
Hoſpita lætitiæ, Nec ibi præcordia lætent[d]
Obiecta inſulſæ, nimium terrentia, uitæ,
Mœſti ſigna ferunt tantum, quæ ſumma frequentant,
Sollicitant bellum: clypeum rapit ipſe michael,
Qui fortis, qui uincit item fera bella, pudicis
Aſpirans multo: calcans at ſæua, fauore,
Enſe minax iuſto praurorum in prælia cunctos
Ordinat æquali pede pergere, & arte ſequentum
Agmina gradiuo procædunt aurea marte.
Mars animum, mars tela gerit, mars tela miniſtrat,
Iuſtitia & ſacris alis ſua robora præſtat.
MVLtum iura ualent. turpe eſt pugnare nefando,
Sol acuit radios fundens ſua lumina, turpes
Excruciet, turbatur item, quia crimina turpant
Iuſtorum aſpectus, ſaturnus falce minatur
Tum negat ijs finem[e] longo crucietur at æuo,
Et charitum ſpetiem uenus alma cadentibus aufert,

In

*In miſeris eneruat item cillenius audax*
*Ingenium ſanctos & iuppiter arcet honores,*
*Luna fit hic fallax uoluit mutabilis orbem,*
*Occulit & faciem, trepidat, miratur, & horret*
*Lucifer infœlix, DIRIS dira omnia ſurgunt,*
*Erigitur clamor, clamatur uocibus omne*
*Intonat & cœlum, reboant conuexa pollorum*
*Circunſtant miſeros, fit pugna, & tela refulgent*
*Per loca, tum nitidi rutulis ſplendoribus enſes*
*Diuinum fecere diem quod gaudia lumen*
*Mira dabat iuſtis, reprobis tormenta ferebat*
*Æratiq́; duces lucent, clypeiq́; coruſcant*
*Non minus, atra acies errat, trepidatq́; furorem*
*Iuſtorum infœlix: ſubitis circundatur umbo*
*Principis atrorum tellis, ui & frangitur æqua.*
*Iuſtitia ingentem contorquens fulgurat haſtam,*
*Atq́; ſequens uibrata manu fugat impia cœlo*
*Agmina, tum renouant haſtilia tertia pœnas,*
*Cœleſtes pugnant, triſtiq́; ex hoſte reportant*
*Ingentem palmam, lætosq́; ex hoſte triumphos.*
*Impia turba fugit: nec habet, quo pectora, tegmen.*[a]
*Dira tegat, ſequitur furor, hanc aſtræa fugacem*
*Precutit aſſiduo, durant dum ſæcula, telo.*
*Quis diuæ inſiſtit tantæ quæ numina regi,*
*Quis patre cum tanto poterit pugnare cadentem*
*Iuppiter & populum tripotens contorquet acuto*
*Fulmine, terrificecat facies irata tonantis*
*Extores cœli, ſtrictum ſecat aera ferrum,*
*Exclamant omnes, percant faſtigia*[b] *monſtri*
*Horrendi, primi ſceleris laſciua parentis*
*Dextra grauem martis uibrando reuerberat haſtam*
*In uitij auctores, ingentia & hoſtia cœlum*

a ℭ Tegmen rationem quāpiam vt ſe deffendat.

b ℭ Faſtigia laſciua horrendi monſtri parentis primi ſceleris.

Prebet amara fugæ, taleſq; ſuperbia fructus
Suſcipit, ut celſo ruat hic á uertice, princeps
Vincitur, erecto prauorum ad ſidera calce
Voluitur inq́; caput gladio percuſſus amaro,
Ebcat omnipotens miſeros, & depulit alto
Culmine cœlicolum ſubitis furit atra ruinis,
Sicq; repentino ſonitum dedit improba lapſu
Turba cadens, deiecta polo miſerabilis alto,
Ruſtica non aliter, ſummo de uertice quercus
Secta ruit, montis longo deſcendere, caſu
Ima petens uaſto camporum limite ramis,
Euulſis ſecum rapuit radicibus herbas,
Euulſitq; putres robur cum murmure glebas;
Montis, & implerunt obductas robora ualles
Haud aliter reſonas ſteropum mala turba ruinas
Per totum dederat, magni per inania cœli,
A luce in tenebras delapſus lucifer, atram
A puro ad culpam: perfecta ſcientia diras
Ingenij decurrit item crudelis ad umbras
Fœliciq; ad dira domo tormenta ſepultus,
A magno inuidia cordis ruit ille triumpho,
Inq́; odium conuerſus amor reuocabile nunq̃,
Et ſecum miſeros traxit, quis impius atræ
Aſſenſus mentis fuerat, ceu primus amarat
Lucifer extolli: reliqui[a] at qui magna frequentant
Regna poli, firmare[b] ſuum irreuocabile regnum,
Haudquaq̃ ad tenebras lapſuri, ingrata manuſq;
Non cecidit reditura polo,[c] priuata triumphis,
Mors fuit hic caſus: dira hæc mutatio, ſumma
Pars ruat in rixas, perfecta ſilentia[d] magnos
Suſcipiant ſtrepitus, regeſq; incendia, bellum
Corda quieſcentum, ſapiantq; excelſa ruinas,

Intonuere

a ℭ At reliqui qui frequẽtant. i. boni.
b Firmare firmarunt.
c ℭ Non reditura polo ab polum quia in inferno nulla eſt redemptio.
d ℭ Silentia. i. cœli ubi ſunt ſilentia & quietitas mentis.

Intonuere poli, reſonant mirabilis echo.[a]
Quæ ſic nata ſonat, peperit mortalibus aer
Informem[b] genitam, poſtq̃ ſecreuit ab igne
A terra ac undis tenue, & penetrabile cœlum
Altitonans, extra ſubito percuſſus ab ictu.
Ipſe[c] capit uoces, recipit, ſic reddit eaſdem,
Emoritur, ſurgitq; iterum, remeabilis echo,
Quot recipit, tot dicta refert, quæ carmina ſumpſit.
Hæc eadem reddit, canit[d] horida, dulcia, fingens
Se flere in lachrimis, & ſe gaudere camænis,
Extremum tantum recitat, colit ipſa cauernas,
Bleſa iubens patulo uerbum præponere cœlo,
Semilogos[e] dicatur item, de ſede mentes
Ergo capit, reboatq; ſonus, ſtrepituſq;[f] cadentum
Indicat & famæ, uolitatq; per aera rumor
Parturit hanc echo[g] pariunt reſonantia famam,
Aeris in medio turrita palatia fundat
Fama uolans, muro cuius bene conſita quadro
Eſt domus, ut totidem mundi, q̃ perflua, partes
Inſtruat, hæc q; gerit uolucres, ut labilis, alas,
Mobilitate ferat tumida re, & nomine, uoces,
Iſta tenet centum latas, ut facta reportent,
Et reddant, nullo compactas cardine, portas,[h]
Dorſa ſupra uolucris conſtructa palatia gaudet
Deferri, reſonant incerta, ac certa relinquunt
Auribus, atq; uolans, mirantia pectora complet,
Hæc q; ſuas uires, non laſſa, acquirit eundo,
Serpit humi tum luce ſedens,[i] per noctis opacum
Ambulat, & magnas tantum ipſa reuerberat ædes,
De magnis[k] tantumq; gerit reſonantia rebus
Verba, legens minima totum penetrabilis hora
Quem colit, hæc orbem montes, atq; æquora, tranſit.

a Echo oritur.

b Informẽ quia caret corpore iuppiter ſecreuit

c Ipſe.ſ.ter percuſſus.

d Canit carmina horrida, & dulcia fingens ſe flere, camœnis cantibus.

e Semilogos quia extrema tantum reddit.

f Strepitus cadentum indicat fame nam reboat ſonus & reboat ſtrepitus cadentum & ſtrepitus talis indicat fame.

g Fama ex echo, reſonantia pariunt.

h Centum portas tenet nullo cardine compactas. Facta accuſatiuus eſt.

i Luce ſedens eſt id de cuius fama ſit clarum eſt.

k De magnis tm̃ fama eſt. non de minimis. de q̃bus non curat pretor.

Cum furor hanc agitat.tranatq; per aera uelox.
De bello amborum,amborum de cuſpide facta eſt
Hæc domus,ut noſcant gentes,uictoria quantas
Intulerit ſtrages,dominetur & alta ſuperbis,
Fama uolat ueri,fama eſt cecidiſſe ſuperbos.
Nubila dat cœlum,miſeri duxere tenebras
Effecti turpes,charitas,[a] ubi gratia deſit
Terra fremit,ſedeſq; negat preſtare malignis,
Hos fugiunt omnes mundi,dira agmina,partes,
Miſerunt elementa ioui,ſe nole fatentur
Hanc peſtem ſacra qui non uirtute fuerunt
Æthera,digniq; bono,quod dicat habentes:
Et beat æternum:diris,ſine fine,potenter
Claudantur tenebris,uult iuppiter altus ab omni
Supplicium mamona loco ferat,horrida tellus
Facta ſibi in centro tetrum diſſeparet antrum,
Æternas flammaſq; leuis diſeminet æther.
Horrendos mala ſecta cadens & ſentiat imbres
Hos aer:tonitruſq; dabit,ſintq; omnia pœnæ,
Vnda ferat glaciem,flammæ ſint omnia,& horror
Putor item,inuiſam producet terra mephitim,
Serpigeraſq; animas,uermes & olentia terræ
Stercora deformis,[b] lumen ſine lumine,craſſus
Sulphuris ergo ignis prebens incendia captis
Illudit miſeræ nec ſit compaſſio turbæ
Grande ſcelus,deforme ſcelus,ſcelus omnibus atrũ hoc
Proh dolor.heu miſeri longum periere per æuum
Priuati æterna diuini luminis ætra,
Ad bona q̃ꝫ turpes:humanæ,obſtacula,formæ,
Ne [c] ſapiat quæ iuſta beant:quæ turpia damnant,
Væh ſemel elapſo:uæh quemq; hic demonis arte
Liuor edax rapuit,tanta eſt iniuria caſus,

Vt

a ℭ Charitas cum prima breui a charls auſo. tris charites fuerant omnes partes mundi.

b ℭ Deformis terre .i. in eius centro.

*Vt ruat in uiuum tanta inclementia mundum,*[a]
*Lucifer in pecudes lupus eſt: & in æquore uortex.*
*Inuoluens miſeras inſana*[b] *per æquora naues*
*Quæ paſcuntur iter: reſonas atq; æquoris undas.*
*Inuidiæ*[c] *tantum ſtimulus præcordia pungit*
*Ne petat æthereas, quas aucta ſuperbia ſedes*
*Amiſit, mortalis homo. tum cernit honores*
*Æterni regis: rapitur liuore, fugatq;*
*Mortales: ne corda preces iuſtiſſima fundant*
*Perpetuo regi. tanta eſt iniuria lapſus,*
*Et dolor: & prauæ turpis conſcientia mentis,*
*Qua ruit in præceps, QVI per ſe ad ſidera tollit*
*Deprimitur: ſummiſſa uigent. tolluntur & ima,*
*Obſtat enim tantum: ſi uana ſuperbia perflat*
*Iuppiter: & pellit miſeros aſtrea ſuperbos*
*Ædificauit atrum*[d] *confuſa ſuperbia centrum*
*Æthereo delapſa bono: percandida cuius*
*Pectora tunc triſtes labentia iuſta per imbres*
*Pertimuere graues dantes incendia pœnas,*
*Inſolitumq; genus ſcriptæ trepidantia*[e] *flammæ*
*Perpetuo delapſa loco*[f] *dolor anxius urget*
*Illa per æternos uri feruentius ignes,*
*Solicitata ſua priuari & ſidere labe,*
*Forma tamen ſimplex ſemel hec obnoxia culpæ*
*Mutari neſcit. tum ſe peccaſſe fateri,*
*Expletur caſus. diram labuntur in urbem,*
*Cuius funeream cuſtodit pallida portam*
*Formido:*[g] *crucianſq; dolor: ſæui impia mater*
*Paupertas*[h] *erroris item pregrandia ſummi*
*Numina contemnens patris: quæ litibus implet*
*Cuncta domus. domui turpiſſima iurgia miſcens,*
*Quæ pueris clamoſa ſuis: præcordia rumpit,*

a ℭ Tanta inclementia .i. diabolus.
b ℭ Inſana per æquora ſimilitudo quia æquor mũdus hic eſt naues homo.
c ℭ Inuidet homini beatitudinem ſuam inuidet deo quia adoratur.

d ℭ Atrum cum prima breui. quando & atrox reperiatur ſili. ii. puni. inſtat atrox. terga, iuſta ꝓ iuſte.
e ℭ Trepidãtia timentia genus pœnæ.
f ℭ Loco datiuus eſt. Delapſa. i. poſtq̃ delapſa fuerunt ad locum pœnæ æternæ. Vrget illa ſolicitudo vexata labe ſua .i. conſcientia ſui peccati & priuari beatitudine tria ergo cruciant ignis. pecatũ & boni priuatio
g ℭ Quæ incolunt ianuã inferni. ſ. formido. dolor terror. paupertas clamoſa & hoc innuit pauper tatem gratiæ diuinæ.
h ℭ De paupertate nota recte.

*In qua nulla quies:longi ac labor improbus anni,*
*Hæc natis comitata nouem:ſed fœmina uincit*
*Sexta*[a] *tamen generantis opus geminata miſeli,*
*Expulſa*[b] *a reliquis manes hæc terret:& oram,*
*Orcheoſq; lares,cuſtodem fluminis,orcum,*
*Paupertas funeſta nimis:que lurida centum*
*Occupat.hic*[c] *luctus:lacrhimæ ſtabulantur:& atrã*
*Hic ambeſt macies:mors & ſine morte:rapaxq;*
*Impietas:querulæ dira & contentio litis*
*Hic tegit umbra domos,quæcunq; & mœnia*[d] *ſulphur*
*Ædificat:triſtemq; ſimul concernit odorem,*
*Omnia dira malis.loca ſunt ſerpentibus:omni &*
*Plena malo:ac grauibus de iuſto urentia flammis*
*Supplicio:muris ingens*[e] *incendia fixit,*
*Iſta lues*[f] *ſcelerata chores uiolauerat omnes:*
*Omnibus exciderant uitio pars atra*[g] *ſuperbo,*
*Ac ueluti pecus una pares,quæ morbida fædat*
*Poma trahunt morbum:pomo uitiantur & atro*
*Que congeſta ſimul:putri & fœdatur ab uua*
*Vua diu ſeruata tholo,ſic protinus ouo*
*Oua putreſcenti fœdo obducuntur odore.*
*Traxit ad horriſonas extrma ſuperbia ſedes*
*Hos miſeros,cõfirmat atris in ſedibus ingens*
*Iuppiter.his miſeris nec ſpes ad gaudia ſurgit.*
*Hoc errare mori eſt, mors hec miſerabilis error,*
*In uarias ſcinduntur item fera tartara partes*
*Et uariis tormenta modis diuerſa*[i] *miniſtrat*
*Manibus:hic tenebrat dubioſa merentibus umbra,*
*Hic ignis ſine luce uorat:nec deuerat unq̃*
*Illic & miſeris ſe fœtor ſenſibuss offert,*
*Et graue marcentem reddit ſibi terra mephitim,*
*Serpigeros ſeruatq; lacus ſub rupibus,undæ*

Sulphur

a Sexta fœmina quia duplicatur fœmmaq; partus in paupere.

b Expulſa.ſ.paupertas

c Hic ante inferni ianuam:vel in inferno.

d Mœnia accuſatiuus ſulphur nominatiuus.

e Ingens.ſ.Iuppiter

f Iſta luex.ſ.ſuperbia luciferi cõſceleraũit omnes choros.quia ex omnibus choris ceciderunt.

g Pars atra exciderant ſyntheſis, vitio ſuperbo .i.ſuperbia.

Sulphur olent:nunc flamma fouet:nunc frigora pungũt
Aerei ſaltus,animalia dira,timorem
Incutiunt diræ facies:ſtrepituſq; furentum,
Et ſtridor ferri.quid enim deeſt turpibus atri [a]
Omne genus pœnæ,ſi magna incendia fornax [b]
Frigora dant fluuij:miſeræ & reſolubilis umbre
Illuuies æterna fluit:ſine legibus horror
Ac nulla eſt pietas:dolor auget & ipſe dolorem,
Optaturq; mori,ſed abeſt cupientibus illud,
Quo magis hæc petitur tanto magis impia greſſus
Mors frenat:ſurdaſq; gerit congreſſibus [c] aures
Surda nimis ſtigia cœnoſi in gurgitis ora
Omnia preuidit iouis alta ſuperbia:mundo
Quæ ſancta:& quæ praua forent:mediumq; tenerent
Sidera ſic iuſtis:reprobis & tartara:terras
At medijs tribuit:fœlix qui ſidera tangit.
Infœlix quem dira premunt inferna [d] dolentem,
Terra ſapit medium:medio ſi extrema notantur,
Gaudia ſumma deis:infernis partibus ingens
Triſtitia eſt ſed utrunq; homini:qui uelle triumphat
Non timor ad ſuperos:non ſpes ad tartara tendit,
Stat miſer in tenebris:[e] ſed ſpes uiuentia mulcet
Quæ timor eneruat:ſeruant pia munera uitam,
Tartara priuantur:terram mors uita frequentant
Lumina ſunt ſuperis:manes patiuntur & umbras,
Lux medio:tenebræq; uigent,pro moribus [f] horum
Qui latitant terris:ubi ſunt contraria:cœlum
Ad mores extrema pios dabit ultima fallax
Tartarus ad reprobos:muro deprompſit utroq;[g]
Quæ bona:quæq; ſecus,medium,tum ſeruit utriſq;,
Naturam amborum,uelut aer:ignis & undæ
Obſeruans,calido:tepidumq;,d frigore inermem

a ℭ Quid atri que turpitudo.
b ℭ Si fornax dat incendia. reſolubilis liquida vmbre datiuus eſt. Horror turpitudo:& pauitas. Sine legibus .i. moderamine aliquo. Illud mori abeſt nã morte carent animæ.
c ℭ Congreſſibus quia non vult ibi miſceri cum petentibus.
Superbia excellẽtia virg. lib.vi. animamq; ſuperbam vltoris bruti.
d ℭ Inferna loca habent cuncta mala cœlum cuncta bona.terra autem bona & mala. Medio ſi extrema .i.ſi medium ſapit naturam extremorum.
e ℭ Sat miſer in tenebris expes ſed ſpes:& timor ſunt in mundo.
f ℭ Pro moribus quia & boni:& mali ſunt in mundo mores.
g ℭ Muro utroq̃; .i.terra ab vtroq; extremo accipit naturam eorum que bona ſunt.& que mala medium deprompſit naturam amborum & ſeruit vitriuiſq; .ſ. virtuti. & vtio.ſ. mundus quod eſt medium inter cœlum & infernum ſicut aer ſeruat naturam ignis & aque qui eſt medius inter iſta elementa.tamen non ea ratio vera ſed apparenter.

a Vitam eſſe ſuam iu-
ermem tenuem: in iſtis. ſ.
contrariis: mens hominis
.i. homo tellus quæ eſt
noſtra tenet contraria. i.
homo patitur oppoſita
b Miſerabilis punien-
dus. mens quæ eſt cauta fu-
turi cœlum. ſ. ſperat æqua-
lia premia dãtur meritis
.i. merentibus.

Acquirit uitam[a]: ſed cum uerſetur in iſtis
Mens hominis, quæ noſtra, tenet cõtraria tellus,
Hæc extrema parit ſeu ſit miſerabilis[b] error,
Seu culpa minui dignus: quæ cauta futuri eſt,
Gaudia diuorum ſperat, timet infima: cœlum
Mens, bona ſi ueniat. tenebras timet atra malignas
In laribus centri: meritis æqualia dantur
Præmia: ſic pœnas reprobis: ſic grandia iuſtis
Munera diſtinxit cœli deo iuſta: ſuperbi
Vtq; igitur cecidere, lacus triſtiſſima[c] cæcos
Et ſtigios pars una lares: & ſeruat auernos
Anfractus ſæuum firmamus in æthere monſtrum,
Aeris & denſi mala beſtia tecta frequentat
Nubila. ne nitido poſſit gaudere ſereno
Illa ſibi ſedes: & ne temptamine uexet
Mortalem aſſiduo, cui multa potentia, tellus
Interdicta fuit: medium tenet ergo ſequacem
Et turbam ſceleris, quæ tunc ignara tonanti
Alta per immenſas cœli compelier auras
Horruit æthereo grauiora pericula lapſu,
Illudunt miſera timidas formidine mentes,
Cognoſcunt quandoq; locum. tormenta miniſtrent,
Manibus: & ſtimulent diras in gurgite flammas,
Sulphura cum tædis: tonitus hic[d] fulmina mittunt,
Aſpectu terrent animas pro crimine turpes,
Tartara quas trudunt, comites, dira agmina, flammæ,
Omnia plena malo: de iuſto urentia flammis
Iudicio: muris ingens incendia fixit
Iuppiter & cruciat tum pœna ſuperba ſuperbos,
Tartarus eſt ubicunq; miſer: malus incolit auctor,
Funeris æterni. SEQVITVR qa pœna reatus,
Credebant ſe quippe deos: & numina nutus

c Pars vna triſtiſſima
eſt in inferno vt vexet,
alia eſt in hoc aere caligi-
noſo. non ꝓpe homines
ne nimis vexaret: nec ni-
mis ſupra apud ſperam
ignis ne multum oblecta-
retur: at q maiores demo-
nes malis hominibus,
Firmamus æternimus mõ-
ſtrũ demonẽ & ſequacẽ
turbam quæ tunc ignara
compelli per immenſum
aera ad centrum. Illa ſe-
des. ſ. apud æthera ẽ inter-
dicta. ii. ſententiarum
diſti. vi.

d Hic in hoc aere cali-
ginoſo.
Quas comites dire flam-
mæ dira agmina trudunt
De iuſto iuditio.
Vbi eſt diabolus inibi eſt
ſibi infernus.

Sancta

*Sancta fuiſſe ſuos[a]: quos uana ſuperbia ſumo*
*Nutrirat fluxo: dedit hæc documenta ſequaci*
*Praua quidem populo. fluit hoc a uertice crimen,*
*Quæ petijt cœlo deiecta ſuperbia centrum*
*Eſt regina dolum: nec habet ſuper impia quicq̄,*
*Ducit ad infernas quocunq; a crimine[b], partes*
*Fœdatam humanæ carnis uaſtiſſima formam*
*Velle ſuo, qualis que noſcitur intus & extra,*
*Iſta gerit tumidum pectus: ueſtitur & auro,*
*Cingit & ingentes[c] huic zona argentea mammas*
*Nec ſibi uitta comas nectit: ſed ſparſa capillos,*
*Panditur[d] in populos: uani de uertice nexus*
*Cirrorum pendent, oculos ad celſa patentes*
*Hæc gerit: & ſæuam[e] lato diſcrimine frontem*
*Erigit: ac tenera cingit ſua tempora myrto,*
*Fertq; ſuis gemmas argento ac auribus orbes,*
*Et ſua uiuacem diffundit dextera palmam,*
*Lumina quo[f] cupiat dat flaua minantia terras,*
*Et ſua continuo palpebra mouetur ocello,*
*In cute pellucet. liquidiq; unguenta ſuperbi*
*Impleuere genas minij: ſplendentq; colores,*
*Grandia ſublimi pendentq; monilia collo,*
*Labitur ex humeris argentea corda duobus.*
*A tergo[g] pectuſq; uagum perpendula circum,*
*Hæc adamanta gerit. fratranti in pectore duram*
*Quæ cadit e manibus, telam[h] ueſtitur arachnes,*
*Mobile pretenui & uelum deluditur aura,*
*Quod uocat induſium uulgus: quo brachia lato*
*Ventilat: huic manibus tum chiroteca quieſcit,*
*Dis[i] circa articulos ſplendent ſub pelle mariti*
*Annulus exciſa: regina ſuperbia flauo ut*
*Laudetur precio: gemmis inuditur aurum,*

a Suos nutus credebant eſſe ſancta numina. Hec ſuperbia quæ petiit.

b A quocumq; crimine quia caput ipſa eſt peccatorum.

Formam animam quæ noſcit intus: & extra qualis ſit.

c Ingentes tumidas.

d Panditur oſtenditur manifeſtatur.

e Sæuam ſuperbiam.

f Quo aduerbium eſt.

g A tergo poſt tergū circum pectus. i. ante & retro, ab utroq; tergo fratrāti tuberanti propter māmas.

h Telam tenuem & biſſinam deluditur ventilatur. quia e manibus ſic & cubitis fluit.

i Dis diues teſ. in adel. dis

Mariti hirci mulieres ſuperbe imponunt cornua maritis: Si. aurum gemme includit gēma cedit

Iſta nepotali uitioſa ſuperbia luxũ
Induit attalico ueſtes ſua corpora cultu,
Ante omnes in ſe nullum ſcelerata pudorem
Nutrit: & accincta [a] retro quæ tegmina ſubtus
Veſte tegunt pandit uario demiſſa colore,
Coruino incedens paſſu: & ſubmurmurat ore
In gentes. timeant gentes ſua numina: geſtus
Nempe ſui fantur, dea ſum: regina deorum
Et feror, aſpernit miſeram præſentia turbam
Illius, & magnos magnis de rebus amicos
Alloquitur, tardo cornicans ore, ſeuera
Verba parit, uerbo planum [b] quo ponderat æquor,
Improba uult ſecum, dominos, comiteſq;, duceſq;,
Ipſa magis reges, uano & nutritur honore,
Impia funereo cibat hæc præcordia uento.
Calceus ex auro pedibus fauet, omne ſuperbum eſt
Quod tegit hanc nubẽ [c], comedit, uomit, impia, uentũ,
Corporis ornatu ſæua eſt, ſæuiſſima tecto.
Porticus [d] ante domus longis fulcita columnis,
Quas humeris ſeruant mirandi in ſede leones [e]
Quattuor: & curuos ſimiles, ut cernitur, arcus
Atlantes retinent, mirandi machina tractus
Maxima, & oſtentat ſeſe ſpectantibus arte
Omnimoda, miræ ſimilem retinere figuram
Pœciles, [f] doctæ qualem uenerantur athenæ,
Quadro elegans forma eſt, tum turris in æthera ſurgit
Nubibus atq; caput condit tum ſaxa minantia
Suſtinet ad lapſus, [g] ſi pugna incalleat armis
Sæditio in miſera cum ſæuit inutilis urbe,
Conſita tum uanæ uarijs pallatia geſtis,
Hic erit immenſæ uictrici [h] græcia troiæ
Excidio pugna, uigili comburitur ingens

Ilios,

a ¶ Accincta ueſte retro nam nr̃e nũc mulieres tẽpla petunt ante demiſſa veſte ad pedes retro vero accincta vt videatur que ſub latet venuſtior. Accincta veſte pandit tegmina que demiſſa vario colore ſubtus tegunt.

b ¶ Planum æquor ſermonem clarum & apertũ ſumma cum tarditate.

c ¶ Nubem vento. ſ. agitatam.

d ¶ Porticus eſt ante domum.

e ¶ Mirandi leones quattuor ſimilis. ſ. columnis atlantes colũnas. Machina appõ mirandi tractus

f ¶ Mire pœciles. i. oſtẽtat machina illa ſe ſe retinere figurã pœciles porticus.

g ¶ Ad lapſus quia ſuperbi oblectantur antiquitatibus.

Si pugna. i. pallatia ſuperbie ſunt ornata miris geſtis.

h ¶ Vitricti pugna.

*Ilios, & flamma, gallos ui, cæde, camillus*
*Eycit, a patrys monſtrat locus alter & oris,*
*Dædalus ex alta ſe credit in æthera turre,*
*Turbat & inſanas hic icarus æquoris undas*
*Igniuomæq; cauæ, cunctis mirantibus, offert*
*Se quintus romæ, quas non tenet ipſe figuras*
*Ante locum portæ ſtat ficta ſuperbia diuum*
*In lapidem,[a] artificis generoſa noblis arte,*
*Viuida, præſcripto reſidens celeberrima mundo[b]*
*In ſede excelſa, nitido de marmore, regum*
*Vt gipſo[c] exciſæ, facies, uaga lumina comunt,*
*Cæſaris & grandes ſeruat locus ille triumphos,*
*Quos gnauæ fecere manus, mirabile tandem*
*Aſt opus, officio[d] formæ, ſtatuæq; pedalis,*
*Fons fluit a dextro, quo[e] cum diana puellis*
*Se lauit, timidam ſumpſit quo tempore formam*
*Actæon, uaſto pauidus ſuper æquora cornu,*
*Quem noti ſtrauere canes, ſubeuntq; labores*
*Herculei, cacumq; ferit, perditq; leonem,*
*Atq; caput tetre mutilat tirinthius hidræ,*
*Ingredimur limen, duo ſunt noua pectora[f] terrent*
*Ii ſeruant utrunq; latus, quos horrida diros*
*Barba[g] agit æthiopes extenſaq; brachia clauis*
*Irata oſtendunt, ſe ſe ſpectantibus horrent*
*Aſpectu primo intrantes, ſubit altius intro*
*Admirans hoſpes, pario quæ conſita ſaxo.*
*Ampla domus, depicta domus, domus aurea, circu*
*Intus habet paries loca quæq; decentia, regum[h]*
*Corpora romanæ gentis: romana iuuentus,*
*Nobiliumq; manus ſplendet mirabilis[i] arte*
*Parrhaſy fecere ſues, non intus adauget*
*Spiritus, ut uiuant ſolum diſcrimen ab illis,[k]*

a ℂ In lapidem diuinum, vel diuum pro diuorum. quo.ſ. deorum imagines in templis magnificis effigiantur.

b ℂ Mundo muliebri ornatu viuida vt viua preſcripto variegato.

c ℂ Vt gipſo tam albi marmoris vt ex gipſo videntur exciſe. Facies accuſatiuus pluralis vt exciſe.ſ.ſint.

d ℂ Officio formæ ſubtilitate formæ: & arte.

e ℂ Quo in quo diana lauit ſecum puelis. Oui. meatm.3.

f ℂ Noua pectora nouos hoſpites.

g ℂ Barba.ſ.ficta qua carent agit repreſentat. Aethiopes: nõ ex æthiopia.ſed turpes ſubit.ſ.hoſpes.

h ℂ Regum pectora regum effigies.

i ℂ Mirabilis deeſt quã fecere ſues mirabilis parrhaſii. Sues ſuiles pili quibus pingit.

l: ℂ Ab illis.ſ. viuentibus.

a ℂ Natura dedit quia ars imitatur naturam in quantum poteſt.
Pallerem timerem.
Abhorrens timens.
Exordine per ordinem.
Vacuos.s.vita:nō viros.
b ℂ Viſu ad vidēdū.ſ.ē.

*Hanc artem natura dedit[a],tamen ente quirites*
*Pallerem uacuos facinus committere,abhorrens*
*Detegerent fortaſſe meum ſpectantia crimen*
*Lumina, tam miro naturæ ex ordine traxit*
*Ars illos,illis ut forma ſimillima,uitam*
*Non neget ex primo,tam quid mirabile uiſu.[b]*

c Gloria triumphantis Cæſaris.
d ℂ Coegit concluſit.ſ. cæſaris geſta:& ſuā mortem. Altera.ſ.pars mō⸗ ſtrat ꝙ ſcipio furit viuaci igne iniecto. Sæue magnæ. Ordo eſt.altera pars monſtrat ꝙ ſcipio cartaginis.i.africanus fuit iniecto igni ſæuius crudeliter:ſæue.i.magne carthagini.

*Inſpice,ſubtus habet bellum,uictoria pugnæ*
*Cæſaris in patriam,uincentis gloria,[c] uicti*
*Exitium,uitamq́; tenet,finemq́; coegit[d]*
*Pars ea cæſareum,ſtricto furit altera ferro,*
*Scipio uiuaci monſtrat carthaginis,igne,*
*Sceuius iniecto per magna palatia ſceuæ,*
*Ima petit phaeton dilapſus ab æthere quidam*
*Angulus oſtendit,ſua fulmina iuppiter ardens*
*Proycit in lapſum, Diro dat nomina ponto*
*Ægeus nigræ cernens uenientia formæ*
*Vela,natans rapidas tranſit uiolentius undas*

e Salo mari.
Dat ſuum nomen & ſe.
Vectore ariete aureo.
f ℂ Velum opertum con cauū tecti tegentis omnia
Hæc.s.ſigna.
Qui.ſ.planete. Pingē⸗ tum grandia quas figu⸗ ras domus illa non obti⸗ net a manibus pingentū grandia genti,
Vbi vaſa.i.culina.
Ordo.
Cuncta loca decent.ſ.de⸗ cet locus vbi vaſa ſunt quibus nitens eſca parat̃ & pinguia edulia portantur luxu ingenti atq; ea que ſeruant virides her⸗ bas cum fructibus pla⸗ cent oculis.i.horti.

*Leander tacitæ cernens ꝙ nota lucernæ*
*Lumina,datq́; ſalo[e] phrixi germana furenti*
*Seq́; ſuum nomen,monſtrat pars tertia,cælo*
*Dum ruit aurato trepidans uectore profundum.*
*TERRIFIcant quæ cælſa nimis uertigine mentis.*
*Signa tegentis habet uelum[f] tecti omnia cæli,*
*Hæcq́; domos præſtant planetis,tempore currunt,*
*Qui ſibi compoſito, quas non domus illa figuras*
*Obtinet a manibus pingentum grandia genti?*
*Cuncta decent,ubi uaſa nitens quibus eſca paratur,*
*Pinguiaq́; ingenti portantur edulia luxu.*
*Atq; ea quæ uirides ſeruant cum fructibus herbas*
*Adlectant oculos,primo quos magnus ab orbe*
*Mercator grauida uexit,cum ſorte,carina*
*Fœlici ad patrias,quam miris mercibus,oras,*

Omne genus ſiluæ: genus omne ferentis ad uſum
Mortalis uitæ uiget hic, ubi læta uireſcunt
Heſperidum diro uiridaria tuta dracone.
Quod ſibi ſit natale ſolum quid queris? olympo
Angelicis deiecta choris uenit impia, ab alto,
Mens ingrata deo, turpe & mens horrida dirum
Parturit hoc monſtrum, uano & nutritur honore,
Multyugi materq; doli eſt: cui lucifer atrox
Iungitur, ut coniunx tumidæ, ſi plura ſuperſunt
Mortali, quæ digna ſacros mercantur honores
Parturit[a] inuidiam, ſed ne ſubdatur iniquo
Imperio alterius, tanq̃ regina potentum,
Format auaritiam, ſi non ſua iuſſa timentur
Ira furit, ſi uota nequit ſæuiſſima, triſtis
Accidiam generat, telluri ut flamma potentes
Incutiat uires, oritur de corpore uortex,[b]
Luxuria hinc ortum recipit, ſex germina uento: &
Spermate progenuit ſcelerata ſuperbia, fluctu
In ſtygio compreſſa graui, cum tartara[c] uidit
Lucifer horrendus, multis horrentia monſtris,
Infernum: & matrem diram natæ, horrida terrent
Monſtra deos cum matre truces, quæ enixa puellas
Gauiſa eſt ſubito fumoſa ſuperbia partu,
Se populum formaſſe ſuum, docet omnia, monſtrat
Imperium quod bulla tenet, lataſq; cauernas
Et ſtygios uiroſa lacus, cocytus in unam
Lapſus auaritiam nigro compreſſit amictu,
Naſcuntur furiæ, pariter ſociantur, & iſtis
Affines, retinent mores, ui ſanguinis, atros,
Hæ natæ, hæ neptes, has dira ſuperbia ſeruat,
Has amat, his uaſti monſtrata palatia regni,
Lætantur turpes, turpi dira agmina centro,

a ¶ Parturit inuidiam ſuperbia cum plura ſuperſint que mereant̃ honores: ſed ne ſuperbia ſubdatur parturit auaritiam & habendi cupidinẽ ne indigeat alieno adminiculo. at ſi non timẽtur ſua iuſſa parturit irã ſed cum neq̃at implere votũ ſuum parit accidiam ſed vt ardor ſuperbie incutiat ſuas vires gignit gulam. a gula vero exit luxuria.

b ¶ Vortex gula hinc ex gula. Vento: & ſpermate end,

c ¶ Cum tartara cum lucifer deſcenderet de cœlo apud ſtygium flumen ſuperbiam compreſſit & generauit peccata capitalia preter luxuriam, quæ ex gula orta ẽ ſic luciferi neptis. Natæ terrent luciferi turpes filiæ poſtq̃; ortæ ſunt ſua deformitate terruerunt infernum: & matrem & deos. Monſtra appõ eſt. Bulla ampulloſa ſuperbia vt bulla. & aquæ tumor inflata vel cito peritura vt aqua. Viroſa veneno infecta. In vnam filiarum ſuperbie. Furiæ naſcuntur ex auaritia.

Sotiãtur iunguntur peccatis capitalibus ſuis interis iſtis affines. & retinent mores atros virtute ſanguinis, quo & moribus aſſimilantur. His .s. filiabus ſuperbie monſtrata ſunt palatia vaſti regni. Dira agmina appõ letantur turpes filiæ turpi antro.

a Proſerpina incitat luciferum ad coitum hinc oritur vanagloria.
b Maiori igne maiori honore ſuperbia erigitur propter inanem gloriam. Nata propter natum que tota ſplendet vertice.i.capillorum ornatu pre ceteris filiabus.
c Feror dicor regina cœli & terre.
d Teneras florentes. De more.ſ.puellarum, Puellæ nominatiuus eſt.
e Natarum erroris.i. pecati ſuperbie matris. Iuuat delectat. Viſere ire ad videndum. An verum.ſ.ſit. Inuidia prima bonis mundi inuidi'. Miſerabilis quia primũ ſui mordax. Minaci ſanguine ſuo liuore inuidia ſua tela fedauit. Liuor inuidia. Auræ mundo .i. quæ vidit in mundo. Præmunt ſequuntur.

f Alta genitrix ſuperbia doli mater alta ſuperba ex ſuperbia, auaritia. & luxuria. Luxuria & igne endi. Cupido rerum furens. Mixtis ſeminibis .ſ. harum.

*Tali igni ſtimulata ſuum proſerpina[a] monſtrum*
*Incitat ad luctam, cocunt, hinc gloria tetro*
*Naſcitur, hæc quæ uana foro mortalibus ægris*
*Dicitur a cunctis, maiori in laudibus igne[b]*
*Se tollit genitrix, nata, quæ uertice compta*
*Tota nitet, genitiſq; ſuis pallatia cœli*
*Eſſe ſuam patriam uentoſa ſuperbia dixit.*
*Aſſerit & latus totum quod continet orbis*
*Eſſe ſuum, non iura alius nec poſſidet alter*
*Partem aliquam regni, regina ſuperbia dixit,*
*Ipſa feror[c] cœli, uaſtæ telluris, & alti*
*Æquoris, oſtendamq; magna potentia noſtra eſt,*
*O natæ, at natæ tumido tolluntur honore*
*Materno, & cupiunt teneras[d] aſcribere terras*
*Imperio audaci, uanæ de more, puellæ.*
*Tum ſtimulant matrem centrales linquere ſedes,*
*Peruerſas cum fama boni peruenit ad aures*
*Natarum[e] erroris, iuuat ergo exire puellas*
*Partibus infernis, humanum uiſere & orbem,*
*An uerum quod fama canit, nam prima ſororum*
*Inuidia aſſumpſit uolucres damnabilis alas:*
*Et pallens erebi liuor ſua tela minaci*
*Sanguine fœdauit, proprias tum dira ſorores*
*Conſcelerat liuore truci, quæ q; inuidet auræ,*
*Corpora quæ uiridis nutrit uiuentia terræ.*
*Diſcedunt mala turba præit, ſecuiq; parentes*
*Dura premunt proprijs cœtu ueſtigia longo,*
*Ne maneat uiduata tamen domus atra malorum*
*Alta[f] mali genitrix: & rerum ſæua cupido,*
*Luxuria: ac ex igne furens in gurgite mixtis*
*Seminibus genuere ferum, cui cerberus, atro*
*Ore canem fame eſt, tris natus hic ore trifauci*

Latratus

*Latratus mundo rabidus coniecit opaco,*
*Intremuit mortale nemus: cum fluctibus, undæ*
*Conſonuere omnes, uigilem liquere maligni*
*Cuſtodem inferni ſuperaſq; uenitur ad auras.*
*At primo ſatus ille charon*[a] *uada liuida ſeruet,*
*A matre hic habuit, nullam & tranſferret iniquus*
*Abſq; ulla mercede animam, materq; cupido*[b]
*Hæc fuit, hanc ſtygium compreſſit arundine flumen*
*Vndoſum*[c], *& uiridi cœnoſi gurgitis ulua,*
*Vt uenere, uident oculis noua munera mœſtis,*
*Hunc ſolem, clarumq; diem: uaga flumina mundi:*
*Et terras, tractumq; maris: cœlumq; profundum,*
*Tum piſces innare freto, miſcere choreas*
*Delphines, uidere pares in gurgite uaſto*
*Iungere ſe paribus, minimoſq; fugare potenti*
*Neptunni imperio piſces, uidere canorum*
*Tritonem gradibus*[d] *reſonans quem buccina palmat,*
*Et pennis uolucres liquidos tranſcendere campos:*
*Atq; lacus equitare uagos, mirantur & omnes,*
*Dulcia compoſitis mirantur gramina campis:*
INSOLITVM *miramur enim, formoſa rubere*
*Poma uident, duraſq; nuces, & floribus auctos*
*Quamplures, rubet ille placens, argenteus alter*
*Æmulus argento eſt, flauum ſic tertius aurum*
*Aſpectu oſtendit proprio, miſcentur & uni*
*Extremi, & medij, ſic uult natura, colores.*
*Arripiunt mentes ſteropum tot pulchra nefandas,*
*Mirantur molem & montes: & montibus herbas*
*Naſcentes, uarios herbis mirantur odores:*
*In tenebris quia cuncta ferunt, putredine, uermes*
*Verq; uident: tempuſq; nouum ſine frigore: & æſtu,*
*Aerijs & mella iugis rueſcere cernunt,*

a ℭ Naſcitur charon ex auaritia quæ illi precepit nullam animam tranſuectare abſq; naulo. quam compreſſit ſtygium flumen:

b ℭ Materq; cupido .ſ. charontis.

c ℭ Vndoſum quia motæ arundines uidentur undam facere.

d ℭ Gradibus .ſ. dignitatis. Liquidos campos per aera. Equitare aliquas aues innare lacus ut anates anſeres cignos & halciones. Omnes .ſ. deæ infernæ. Auctos .ſ. campos. Ille flos rubet. Argenteus candidus ad æmulationem argenti. Aurum aurei coloris. Extremi colores .ſ. albi. & nigri quia ſunt aliqui participantes albedinem. & nigredinem. Medij ut crocei. virides. & rubei. medii .n. ſunt inter albedinem & nigredinem. Mentes nefandas dæmonum. Molem & montes endi. Ferunt producunt.

Saccaron & niveis ſudat quod arundo medullis
Mirantur, guſtantq́; parum, cibus alter ab illo eſt,
Tartara quem mœſtis tribuunt, læta omnia mœrent
Eſſe huius mundi ſunt prima hæc pabula[a] diri
Criminis, ut mundi ſimili triſtantur honore,
Inuidiam comitare dolor, quæ mœret amœno,
Extendunt aciem primo uiolentius orbi,[b]
Viderunt præclara magis, q́; theſſala tempe,
Eſſe loca ad lunæ frigentem proxima ſedem,
Eliſyi cæduntq́; lares, ut grecia mendax
Diſputat in centri ripis, atq; omnia mundi
Clymata non talem producunt partibus hortum,
Hic terre paradiſus erat, longe[c] omnia fulgent,
Irradiant meliore, alyſq́; in partibus, ethra,
Poſtponunt quæ uiſa prius: diræq́; puellæ
Cum tumida regina[d] erebi cruciantur amaro
Orbis in intuitu, MAIORA minoribus ergo
Imminuunt uires: minus ac a lampade lumen
Quæ magis aucta fugit, cædunt ſic ſidera phœbo,
Excelſum ſpexere iugum: ſublimia uertex
Æquabat conuexa poli, cui cinthia præſes,
Hos miſeri[e] fecere gradus ad regna tonantis
Lætantur repetamus ait regina dolorum,
Empyreas ſedes, noſtrum eſt quodcunq; uidetur.
Reſpondent, repetamus enim, repetamus olympum,
Quippe parant aditus ſcalæ, VIA lata uolenti eſt.
Et ſe fœlices aiunt, prædixerat orbem
Sidereum[f] genitrix: & cæca ſuperbia diris
Natabus iactat, cuncta hæc quæ continet orbis
Eſſe ſua, aut ſurſum ſplendent ubi ſidera: uel ſol,
Aut ubi terreno gaudent florentia cultu,
Seu mare, uel tenui uento penetrabilis aer

Maiores

a ℭ Prima pabula inuidiæ ſunt vt triſtetur pingui proximi. Honore venuſtate.

b ℭ Primo orbi paradiſo terreſtri.i.honoratiori.& orienti. Violentius violenter ſine moderamine. Proxima ad ſedem lunæ.i.alta.

c ℭ Longe valde meliori.ethra hoc eſt lumine:

d ℭ Regina erebi.i.cum dira ſuperbia. Imminuunt quia lumen maius offuſcat minus. Minus fugit lumen minus fugit a lampade quæ magis aucta eſt.i.quæ maior eſt. Sublimia conuexa quartus pluralis eſt. Cui cinthia præſes cœlum lunæ æquabat vertex paradiſi terreſtris. Præſes præeſt

e ℭ Hos miſeri dæmones dixerũt hos eſſe gradus olympi.

f ℭ Orbẽ ſidereũ ſuꝑbia mater predixerat eſſe ſuũ & omnia quæ in mundo ſunt iactanter dicebat eſſe ſua.

Maiores, ꝙ̃ ſint, uires efferre ſuperbi eſt.
Ergo illuc pergamus ait, quo munere[a] noſtras
Poſſidet has partes alius? quo iure? quis ille eſt?
Ingrediuntur iter, ſimili mirantur honore
Baſſarides, furijs pulſæ, & uiridantia lætæ[b]
Tranſiliunt, ſtridunt intorti crinibus angues:
Confuſæ accelerant: fugiunt animalia: abhorrent
Hos uultus ſpectare truces, ueſtigia[c] ſentes
Preſſa malos linquunt ſteropũ, & genus omne nocētũ
Herbarum, genitrix miratur maxima tellus,
Sol radios cæcatq; ſuos, ſuſpiria magnum
Magna habet & cœlũ: uel ab orbe feruntur ad orbem
Extremi gemitus, pater hæc triſtantia ſenſit
Magnus adam primus, ſed non cognouit hic expers
Cuiuſcunq; doli, quem nulla momorderat atri
Cura mali, nullusq; dolor, ſed ſola uoluptas
Caſta dabat lætum, nec dum timor ædibus ingens
Criminis exierat. PARIVNT cõmiſſa timorem:
Et peccata timent iuſtas a crimine[d] pœnas.
Ad primos uenere gradus, fœlicior orto eſt
Heſperidum. quem, dextra iouis plantauerat, idem
Herbarum dedit omne genus, cum fructibus omnem
Arboream ſtirpemq; ſuis, rutilantia cernunt
Scalarum in gradibus miro ſua munera dono,
Hunc[e] aurum: preciumq; ſequens tegit arte ſequentem
Alterni ſumuntq; uices, ad cornua flammæ
Gemmarum lucent, criſtallus, uel ſmaragdus,
Aſterites: lumenq; mouet, lux ambulat intus
Corpore commoto lapidis, micat aſtrion, ingens
Orphanus ac adamas carbunculus, atq; cylindri
Hincinde arborei fœtus, nec defuit ulla
Quæ caneret tunc carmen auis,[f] quæ paſceret herbas,

a ℭ Quo munere, quo beneſitio.

b ℭ Læte velocis. Viridantia camporum.

c ℭ Veſtigia vbi furiæ p̃munt veſtigia ſpine oriuntur & venenoſæ herbe hinc ſentes primo ortũ habuerunt. Genitrix tellus. Suſpiria ventos. Ab orbe ab oriente ad occidentem. Pater adã ſenſit hæc triſtantia quia ſol obſcurauerat radios & beſtie fugiebant. AEdibus quia multa ſunt peccata & multiſq; cauſis oriuntur. timor ſeruilis timorem criminalem.

d ℭ A crimine poſt crimen quia fur poſt furtum meretur ſuſpendi. non autem ante commiſſum timent peccatores pænã quia a malo arcerentur.

e ℭ Hunc .ſ. gradum. Precium ſequens hoc eſt argentum. Sequentem .ſ. gradum hoc eſt ſecundum. Alterni vnus ſcalarum gradus erat ex auro. alter ex argento per vices ſic cæteri gradus per ſiciebãtur. Ad cornua in angulis graduum, erant lucentes gemmæ.

Quadrupedum ſpēs circum ſua mœnia cordis
Ingenui [a] tantum diuis errabat in aruis.
Et delectarent primos ad uota parentes,
Cum primos tetigere gradus,[b] horrentia tanti
Monſtra poli, mox cuncta choro [c] timuere minaci
Infernæ partis uiſo, facieſq; nitentes
Occuluere ſuas, cœlo data munera, gemmæ,
Nil deerat, quodcūq; [d] iuuat, plena omnia pulchro
Sunt ibi conſpectu, decet hæc: placet illa uenuſtas,
Rupibus & latices riueſcunt undiq; ab altis,
Qualia cecropio deſudant balſama fonte,
In fluuios creſcuntq; ſuos, compagine,[e] riui.
Hæc cuncta inſpiciunt incultæ moribus, atræ
Erroris matres, uiſo dolet inuida proles,
Et rodit liuore ſibi præcordia edaci,
In uolucres [f] dirumq; iacit, q̃ꝫ fœda, uenenum,
Inq; feras terræ, tali quæ ſidere gaudent,
Vlterius ſcanduntq; ſimul radiantia tempe
Et ualuis uidere truces, ubi gloria mundi
Tota erat: & noſtros pariter uidere parentes.
Regnabant domini terre: tractuſq; profundi,
(Omnia ſubiecit pedibus: qui cuncta creauit
Iuppiter ipſe ſuis) quæcunq; ex arbore fructus
Carpebant, negat una [g] ſuos, ſic iuſſerat author
Ne comedat deus, intus erat mors atra petenti
Virtutis, uitijq; tenens, hec creuerat arbos
Noticiam, uarijs adam ſed lentus in umbris,
Hac nullum præbebat opus ſibi ſumeret eſcas
Vna ſatis fuerat, nouit præcepta ſuperbus
Lucifer, & proprias monet hic ad callida neptes
Ante fores horti, primeui criminis atræ
Conſedere duces, mortemq; parentibus æquam
Inferre

a ¶ Ingenui cordis qualis lepus. dama non autē lupus.
b ¶ Gradus tanti poli. ſ. paradiſi.
c ¶ Coro minaci uiſo furiarum auicule ſiluerunt. & gemmæ obſcuratæ ſunt. Data munera appō eſt.
d Quodcūq; omne illud iuuat inibi vigebat nihil quocumq; iuuat. i. nihil ex iis quæ iuuant. Hæc venuſtas hec pulchritudo & illa. i. omnis pulchritudo mundi
e ¶ Cōpagine cōiunctione riuorum fiunt fluuii. Atræ matres peccati filiæ ſuperbie. Inuida proles hoc eſt inuidia viſo re viſa.
f ¶ In uolucres inuidia cruciatur ꝙ aues gaudēt tali aere temperato. & quadrupedes læte paſcūtur iuxta mœnia paradiſi Tempe loca theſſala ſunt. quæ pro paradiſo voluptatis ponuntur vbi ager eſt pulcherrimus variis refertus arboribus auicularum concentu melliflu⁹. iugis vndiq; ſe attollentibus.
g ¶ Negat vna. ſ. arbor ſcientiæ boni & mali. Mors atra erat intus comedenti. Hec arbor tenens notitiam virtutis & vitii. i. boni & mali creuerat. Lentus ocioſus. Præbebat adam ſibi nullum opus prebebat vt ſumeret ex arbore ſcientie boni & mali. Hac ex hac arbore. Vna ſatis. ſ. arbor uitæ. Neptes furias ſiue filias. Ad callida ad dolos. Duces atræ criminis. Aequam æqualē caſum qualē lucifer tulit.

*Inferre hæc miſeris, tumido liuore, minantur,*
*Prima mali genitrix,[a] dedit & laſciua cupido*
*Inuidiæ imperium, ſic quod uorat omnia mundi*
*Crimen auaritiæ, rapidum gula præbuit enſem.*
*Liuor[b] edax primum contectus ab arbore patrem*
*Falleret, & traheret iuſtis in tartara pœnis.*
*Irrepſit,[c] primoſq; acuit, tela horrida, ſentes,*
*Pungeret archigenem calide, præcinctus, inermem*
*Imperium fecere unum, tum callida ad artem*
*Fallendi miſeros, aciem molitur iniquam*
*Inuidia, imperium ſumens, circumrotat angues*
*Crinibus horrentes ſæuis, & ſibila dantes,*
*Atq; caput totum fremit & ſpumoſa ueneno*
*More furentis equi, ſic ſola ex omnibus una*
*Ingreditur ſerpens[d] terræ fœdiſſima portas,*
*Libertas aditus inerat latiſſima portis,*
*Et miſſos reuocare pedes, uidet impiger ardens*
*Ad mortem mamona[e] trucem ſub frondibus æuam*
*Curarum expertem ſolam frondentis oliuæ*
*Alterius tegit umbra patrem, quos ſola uoluptas*
*Arboris, & uarij fructus retinebat inertes,*
*Fœmina cognouit,[f] prona eſt labatur amaros*
*Impleuit mamona ſinus, tentaret ut illam*
*Arte, dolo, primam quia non diſrumperet arcem[g]*
*Induit anguigenam uulpino pectore formam,*
*Lubricus arboreo ſerpens ſua corpora cultu*
*Implicat, apparet frondoſo uertice uultus,*
*Virgineumq; caput, placidos ut compta, capillos*
*Fœmina, ſicq; uagos ridebat pendula crines,*
*Os, erat humanum pectus, ſed cætera ſerpens,*
*Aggreditur[h] ferale animal, quæ pronior aſtu*
*Peccato immergi, tali ſermone puellam,*

a ℭ Prima genitrix.i.ſu: perbia laſciua cupido inanis gloria.
b ℭ Liuor inuidia.
c ℭ Irrepſit ſub quandā arborem ante ianuam paradiſi. Calide feruenter Imperium unum quia omnes filiæ ſuperbie dederūt poteſtatem liuori vt deciperet adam. Calida inuidia. Caput totum circumrotat ſerpentibus.
d ℭ Serpens, participium eſt a ſerpo ſerpis. Sola una.i. una ſola ex omnibus quæ uim omnium habebat. & virus
e ℭ Māmona impiger ardens ad exitiū primorum parentum uidet æuam curarum expertem ſub frondibus oleæ per quam quietitatem dicit. Alterius.s.arboris
f ℭ Cognouit lucifer pronā eſſe fœminā ad lapſū
g ℭ Primā arcē quia nō potuiſſet ſic fallere ad ā Anguigenam, ſecūdum uulgi opinionem. non tamen idram.s. ut os haberet uirginis ille ſerpens Caput.i. apparet tantum Vt compta ſicut apparet fœmina comptos habēs capillos: ſic placebat habēs eos pendulos, & tenui aura motos. Os aſpectus ſuus erat humanus ſed per ceteras partes corporis erat ſerpens. implicuerat enim preter faciem totum corpus intra ſeptum ramorum, vel poſt corpus arboris ne uideretur quia deforme fuiſſet ſpectaculum. Ridebat placebat.
h ℭ Aggredere.ſ. illā q̄ ē pnior immergi pecato

*Cognoui o uirgo,ſummi uæ iuſſa* [a] *tonantis*
*Quoue ferant uotum,ſacris qui fœtibus ore*
*Arboris iſtius ſæua cum morte,minaci*
*Interdixit:habent folÿs præcepta latentem*
*Iſta dolum propriÿs,hæc credere naſcitur error,*
*Obtundit* [b] *ne ueſtra ſuis ſuper æthera uirtus*
*Viribus adſurgat,iuſſu & formidine pennas.*
*Quæ præcepta iouis? quid non poma inclita lenti* [c]
*Sumitis? hic latitat perfecta ſcientia rerum,*
*Fare,age,quid tardas? miſeret priuaſſe tonantem,*
*Non iure,at ſolo miſeros uos munere uerbo,*
*Hos fructus cur arbor habet?* NIL *iuppiter author*
*Nil natura ſagax fruſtra produxerit orbi.*
*Hæc homini,non danda feris,ſi cætera? cur hæc*
*Non dabit hic homini? facit hoc,ardentius,arte*
*Veſtra manus rapiat.* VEXAT *priuatio mentem*
*Vt cupiat quodcunq; ſibi præcepta negarint*
*Cui mulier,noſtris cuncta hæc ſubduntur aperto*
*Viribus imperio,uoluit ſic iuppiter,arbor*
*Hæc tantum ignota* [d] *eſt cõmuni fertilis uſu.*
*Hanc facinus uiolare manu:tum lædere morſu,*
*Et mors eſt tetigiſſe quidem,quid ſumere lingua,*
*At coluber contra,calidus parat arma,uenenum*
*Inſtruit,ut pereant:modicoq; ad callida,riſu*
*Incipit:ò miſeri,quibus eſt non una pudicis*
*Simplicitas:erratis enim:quid tactus? & oris*
*Morſus obeſt? uiuax tango:nec morte ſolutus*
*Occumbo,hos fructus,& idem ſi morſus ab ipſa*
*Carpſeris eueniet:tangas impigra:quid inſtas* [e]
*Carpe manu:& morde:comedat,ferq; ipſa marito,*
*Hic latet omne bonum,cuius ſi ſumitis eſum,*
*Dÿs ſimiles noſcetis opus uirtutis,& atri*
*Criminis,*

a ¶ Ve iuſſa parua iuſſa. Ferant.ſ.iuſſa iouis qui huius arboris ſacris fœtibus interdixit.
Ore minaci.

b ¶ Obtundit obtruncat pennas iuſſu & timore ne veſtra virtus ſuis viribus ſurgat ad ſidera.

c ¶ Lenti occioſi & pigri. Miſeret.ſ.me,tonãtẽ priuaſſe vos hoc fructu, non iure,ſed ſolo iuſſu. Verbo præcepto. Nil iuppiter deus & natura nihil agunt fruſtra. Facit hoc arte.vt ardentius rapiatis. Vexat priuatio eſt cauſa appetitus. Aperto libero:& ſoluto.

d ¶ Ignota eſt vſui communi.ſ.amborum. Vſu pro vſui. Lingua vbi eſt guſtus. Calidus feſtinus:& feruens. Modico riſu.i.ſubridens Quibus pudicis.i.ſimplicibus.

e ¶ Inſtas repugnas.

Criminis, hoc[a] horum perfecta ſcientia fructu
Clauſa latet, nec mortis erunt præſentia diræ
Vincula, dant lætam poma hæc cœleſtia uitam.
Inuidet & ueſtro facies diuina profectu[b]
Sume igitur quodcunq; iuuat: uanumq́; timorem
Pelle tibi, MORA[c] longa boni nocet ipſa moranti.
Audiuit latitare bonum, pulcherrima uidit
Poma oculis, ſuaues guſtu fœtuſq; putauit,
Porrecta petit ipſa manu: nam proxima oliuæ
Arbor erat morum, propter palentis oliuæ
Munera notitiæ, genitrix ſe uiuere ſenſit,
Nec turpes mors atra pedes impellere nouit,
( Non manibus, tantum uetuit ne prenderet ore, )
Credidit inuidiæ, nec ſe confundere morſu
Fœlicem uitam, fructum uiolauit amaro
Dente ſacrum, placuere ſibi præ dulcia ligni,
Attulit & ſocio lignum: mulcetq́; maritum,
Vt comedat ſermone pio: ſe dente fatetur
Hoc fregiſſe prius, ſed adhuc tamen æthere ueſci,
Indoluit genitor magnum hæc præcepta tonantem
Impoſuiſſe humeris, atq; hoc priuaſſe feraci
Munere doctrinæ ſic hanc ſoluiſſe iubentis
Vincula, nodoſi formidans uulnera uerbi,[d]
Hæc inſtat: ſtimulatq; uirum: fructumq; ſerenis
Laudibus extollit, nudatq; latentia pomo,
Nec lætare uiros, melior ſed uita reſurgit
Arbore demorſa, ſi quis demorſerit illam,
Nos dijs & ſimiles erimus: poma accipe coniunx
Dixit, & extenſa patrie[e] uenerabile donum
Porrexit genitrix, MAGNA eſt temptatio ſexus,
Fœminei, genitor dubitat: timet ipſe: cupitq́;
Mordere adlectans pomum, quod tangit, idemq́;,

a ℭ Hoc in hoc.

b ℭ Profectu p̄ profectui.
c ℭ MORA nocet lucano nocuit differre paratis. Putauit quia que pulchra ſunt bona eſſe iudicantur. Arbor notitiæ morum propter .i. iuxta.
Ordo eſt.
Nam quia arbor notitiæ morum proxima affinis oliue oleæ erat iuxta munera oliue. Non manibus verba poetæ ſunt: nō .n. iuſſit deus vt lignum ſcientiæ boni: & mali nō tangerent manibus. ſed tantū ne comederent hec modice memorie addidit mulier. AEthere veſci hoc eſt viuere.

d ℭ Verbi præcepti.
Nodoſi ligati.
Formidans vincula: pœnas.
Hec letur læto inficere.
Arbore ex arbore
e ℭ Patri .ſ. humani generis. nō æuæ refertur. q̄a ſequitur genitrix.

*Ore parum lambens, labijs*[a] *dedit oſcula iunctis,*
*Hæret & ille tamen, comedat, ſeu uota iubenti*
*Opprimat hic parens, tamen hæc obiecta morantem*
*Inſtimulat, QVÆ pulchra placēt, quid pulchrius illo*
*Hic amor, hic timor eſt, iterum pulcherrima coniux*
*Alicit ad morſum, mœrenti fronte maritum,*
*At prece*[b] *ſuccumbit uoto, tum credit amanti,*
*Extendens dextram recipit mortale uenenum*
*Humanæ formæ genitor, quod uulnerat eſu,*
*Mœſtitia uxorem, rapuit ne redderet atram,*
*Mox ſenſit peccaſſe miſer, ſerpentica uirgo*[c]
*Delituit rapido lapſu: ſociaſq; reuiſit*
*Hæ læta cecidiſſe*[d] *hominem, diuina relinquunt*
*Conſita, reginæ uelut ipſæ, ac omnia complent*
*Mundi regna truces, proprioq; fauore triumphant.*
*Errore humano, ſtygios, & tartara lætant*
*Peccato tenebroſa, lacus primæ agmina*[e] *gentis*
*Lurida luciferi, uentoſa ſuperbia & inflat*
*Pectus inhumanum, tumidas & ſeparat alas,*
*Vt regnet late: poſtquam uictoria præpes*
*De noſtro huic dederat uanum genitore triumphum,*
*IN uictum uictor gaudet: miſerere cadenti*
*Iuppiter & toti cœli clementia mundo,*
*Ægritudo aminæ nata eſt, turpiſſima labes,*
*Ad prauum ſurrexit item inclinatio culpæ*
*Ad nihilum ducens miſeram, corruptio uitæ*
*Tum uitium, languor, corrupti corporis, & lex*
*Membrorum pariter, ſummiq; in carne tirannus*
*Imperij, carnis ſtimulus, puteredine fomes,*
*Iuſtitiæ in miſero tum magna carentia ſanctæ,*
*Atq; hominis tandem miſeri deriſio, praui*
*Dæmonis & riſus, noſtræ & contentio formæ,*

At

a ¶ Labiis iunctis: oſculantis more.

Parens obediens.
Iuuant delectant.
Illo.ſ. fructu.

b ¶ Prece propter preces vxoris. Voto vxoris. vel appetitui & ſuo deſiderio qa & ipſe appetebat pomum. Humanæ formæ datiuus eſt. Genitor .ſ. humani generis. non formæ quia deus fuit.
c ¶ Virgo ſerpentica qa puellæ faciem induta erat ex vulgari opinione
d ¶ Cecidiſſe .ſ. a ſtatu gratiæ ad ſtatum doloris quia amouiſſe a ſtatu innocentiæ ad ſtatum commiſſi. Velut ipſæ reginæ eſſent. Proprio fauore quia inter ſe tantum gloriantur. Errore. i. de Lætant hilarant. Peccato primæ gentis. Agmina. ſ. peccata: & furiæ tales.
Ordo eſt.
e ¶ Agmina lurida luciferi. i. furiæ: & peccata lætant lætos faciunt ſtygios lacus: & tartara tenebroſa peccato. propter peccatum primæ gentis. i. primorum parentum. Inhumanum: i. crudele. Separat extendit. i. ſuperbia uentoſa inflat furias in hominem. & audet. & extendit alas ſuas vt late regnet. De noſtro genitore. Huic. ſ. ſuperbiæ.

At pater, æthero lapſus[a] precordia iuſſu,
Se nudum nuda ſenſit cum coniuge, magnum
Errorem cognouit item: mox turpia latis
Cœlauit fici folys, & denſus in umbras
Aufugit latitans iuſto commitatus opacas,
Atq; pauore truci, ſubitam ſanctiſſima pugnam
Cognouit ratio, tela hic nequiſſima corpus
Hæc in ſe capere ipſa uidet, quæ ingrata[b] tonanti
Vana petens, hominis uoto ſubiecta maligno
Quippe repugnāt. GENVIT trāſgreſſio mortem
Peccare eſt tranſcire modum: tranſcendere[c] metam,
E ſolio miſerum cognouit iuppiter alto
Præceptum fregiſſe ſuum, quem uoce benigna
Stas ubi? maieſtas cœli rogat alma,[d] propago
Vilis humi? timet ipſe magis pater omnibus unus,
Et magis ipſe latens reddit reſponſa tonanti.
Te audiui: & uocem timui, mi iuppiter, æquam,
Sum nudus: nudum'q; pudet: miſerere precantis.
At deus: en quis te nudum; & monſtrauit inermem
Veſtibus? & docuit folys te turpia latis
Condere? ni uetitum, nulla formidine, lignum
Quod male ſumpſiſti, demulſit ſponſa maritum
Primus ait genitor, lateri[e] formata mariti
Quam mihi iunxiſti, pomum prior ipſa momordit.
Iuppiter at matri: cur hoc uaga fœmina, ſerpens
Me decæpit, ait, noſtri miſerere, precamur,
FAS parere deo, nec iuſſa capeſſere, dixit,[f]
Turpe nefas: mortale nefas, miſerere cadentum
Hæc eadem pater ipſe rogat, ſuſpiria corde
Multa trahens: iterat peccaui iuppiter, heu me
Peccaui miſerum. MAGNA eſt clementia cœli
Cauſa fuit ſerpens, ſponſæ[g] ſi aſcribitur error,

a Lapſus precordia ſinec.
In umbras auſugit.
Denſus & comitatus pauore.i.plenus timore.
Hec ipſa ratio cognouit corpus capere cōtra ſe tella nequiſſima. hic tunc

b Quæ ratio ingrata .i. vana petens repugnauit deo. Voto.i.ſenſui nam ideo hic popoſcit uana quia ſenſualitati obſequuta fuit.

c Tranſcendere ſiqdē peccař ē trāſire lineas. qa peccatum eſt tranſgreſſio mandatorum dei.

d Alma maieſtas cœli Rogat interogat.
Propago vilis humi.
Quod cauſatiuę non relatiuæ niſi ꝙ

e Lateri ad latus.
Demulſit non decepit nō ſeduxit. quia ſciēter peccauit adam. Paulus ad timotheum. Adam non ſeductus eſt mulier autē ſeducta in preuaricatione fuit.

f Dixit.s. æua. Iterat hæc eadem rogat adam .i. iterat peccaui.

g Sponſæ ſi æua peccauit fuit ſerpens cauſa.

a Canoro alta voce.

b Mihi a me. Deuota maledicta. Inde deinde. Alia lege: quā ēt deus arcet taxat. i. corripiens alia lege qua colubrum damnauerat. Praua vocatiuus eſt.

c Poſt flatus poſt ſuſpiria quia prius dixit tibi ſint ſuſpiria. Guttæ lachrimæ. Pluuiæ luctus. Triſtitiæ genitiuus eſt. Confecta .ſ. ſis. Virgineum lutum. i. adā.

d Turpes cauernas.
e Gladius .ſ. igneus circumuolat mœnia: & mœnia paradiſi delitiarum ſunt flammæ viuaces rutilo igni.

Serpentem uocat ipſe trucem præcone canoro[a]
Iuppiter & miſera damnauit lege draconem.
Terra cibus, pes pectus erit, tibi fœmina & hoſtis
Perpetuus, decepta caput premet ipſa ſuperbum,
Sis proles deuota mihi,[b] uocat inde parentes.
Iuſtitiæ primas trepidans capit æua ſagittas
Corripiens alia, quam, lege dieſpiter arcet,
Partus erit tibi praua dolor, cumulentur & atræ
Ærumnæ, dorſumq; tibi ſine fine, labores
Incuruent: ſuccedat item poſt pondera pondus,
Subq; uiri imperio fies: dominetur & ipſe,
Serua eris, hic dominus, tibi ſint ſuſpiria, mœſtæ
Poſt[c] flatus guttæ aſſiduos: pluuieſq; feraces
Triſtitiæ, & pauido ſemper confecta timore.
Virgineumq; hac lege lutum diuina minatur
Maieſtas, maledicta graui tibi terra labori,
Pane tuo ueſceriſ enim ſudore parando,
Et tribulos: ſenteſq; graues tibi germinet ipſa,
Te donec tua terra petat, tu uiuida terra es,
In terram uerteris item, ſed crimina pœnis
Digna ſuis fuerint: non conuenit uſus amœni,
Crimine qui campum uitio fœdauit amœnum.
Pellibus hos ueſtit nudos, qui bruta ſequuti
Moribus, amiſſa ratione, animalia fiunt,
Mox exire iubet miſeros: & quærere ſedes
Vallibus: & timidos turpes[d] habitare cauernas,
Et lachrimis præbere cibum ſua brachia uentri,
Glandibus: & ſiliquis ueſci, trepidare furores,
Omnia noſſe pati, SEQVItur quia pœna reatum.
Hi flentes liquere larem: pallatia cœli
Obſerat & cherubin: gladius[e] circunuolat, igni
Tum ſua ſunt rutilo uiuaces mœnia flammæ.

Libri Secundi Finis.



## ARGVMENTVM III.

Tertius ad lachrimas commiſſo errore parentes
Impellit:queriturq́; parens cum coniuge primus,
Hæc eadem mœſtas depromit corde querellas,
Quos ferus aggreditur dæmon,ſe & ſeparat adam
A ſibi dilecta,pariturdolor,omnia narrat
Primæue[a] conqueſtus humo ſic diſſona concors
Quæ prius amborum fuerat,de more,uoluntas,
Hi ſimnl & coeunt:primo uiolantur & ortu,

a ℭ Primæuæ humo oratius principem limum dixit ode. xi. primi carminum.

# IOANNIS MARIÆ VELMA-
## *ty bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum, Cardinalem tranenſem chriſteidos liber tertius incipit.*

a ¶ Qui thalamo æther ignis.

b ¶ Crimine accuſatiõe. Pugnant accuſent. Sine fine aſſidue. Virtute vi: & violentia.

c ¶ Haud temptatio ẽt magna non violenter quempiam cogit, ẽt inermem & vilem quia omnes ſumus liberi.

d ¶ Regina quia voluntas in regno animæ ſceptrum tenet. Peccare peccauere. Ingenuum inuiolatum. Gemitus quartus eſt nam priuatio ſummi boni generat gemitus. Mora parua compos lætitiæ.

e ¶ Crimine nõ a crimine ſed cauſatiue propter crimen. Sperabant. ſ. priuſq; cernerent flammas paradiſi mœnia obducentes. Altiſonis propter incendii crepitum. vel propter aquas a paradiſo voluptatis decurrentes.

f ¶ Gemmas coruſcas ſolari lumine reddere ſplendorem. Hos. ſ. gradus.

POSTQVAM *primi homines thalamo[a] ceſſere ſuperbo*
*Iuſtitia eiecti, cui ſtat pro mœnibus ether,*
*Inſurgunt luctus, nec non ſuſpiria ab alto*
*Pectore funduntur, nec habẽt quem crimine[b] pungant,*
*Se tantum iuſta taxant, ſine fine, querella,*
*Ii fecere ſcelus, nulla uirtute coacti,*
*Tentauit ſerpens, non ad commiſſa coegit.*
*Nam grauis haud[c] miſerum uiolat temptatio quemq;,*
*Liber homo eſt factus, nec libertate creatum*
*Iuppiter imminuit, quicquid regina[d] uoluntas*
*Appetit, hoc faciet, ſic qui peccare ruentes*
*Vocibus ingenuum replebant aera mœſtis.*
LONGA *boni gemitus generat priuatio ſummi,*
*Ingemit hinc genitor, dolet & pulcherrima mater*
*Fœlici depulſa gradu mora parua dolores*
*Lætitiæ compos peperit, ſic crimine[e] lapſi*
*Mœnia lata foris cernunt, iterumq; recepti*
*Sperabant habitare larem, priuatio cuius*
*Excruciat, uidere leues aſcendere flammas*
*Mœnibus altiſonis, & cirunducere muros*
*Candentes, pauidi timuere incendia, & ambo*
*Spe uacui, fleuere ſimul, lachrimæ omnia mœſtæ.*
*Vt pretio uidere gradus, & lumina gemmas[f]*
*Reddere ſolari radio, gemuere, coruſcas,*
*Hos gemmis liquere uagos, quos condidit omnis*

*Theſaurus*

Theſaurus,uiuaq́; poli faber optimus arte
Finxerat,ad calcem ueniunt:ſunt omnia ſentes:
Et tribuli:quercuſq́; graues:ſine frondibus ulmi,
Non glandes:non poma uident:non ſentibus uuas,
Nonq́; nuces:tantum flores:& floribus herbas
Inſpiciunt uirides:tangunt:olet illa:manuſq́;
Altera diſcruciat:refugit ſua dextera,duros
Offendunt[a] lapides,augentq́; dolore dolorem.
Hæc tantum uidere[b] prius:tormenta ferebant,
Non ea lætitiam tribuunt quæ fœtibus aucta,
Inſuetas ſenſere faces,dum cinthius urit,
Et rapidum ſolem creuere occludere curſum,
Et tenebras aperire ſinus,horrentia noctis
Tempora terrificant miſeros,ſub nube,parentes,
Cuncta ſilent.quod terra tenet,quod in aere curſus
Dirigit in uotum tenui ſic garrula nuſq̃
Garrit auis,querulas tantum fœdiſſima uoces
Bubo parit,ꝓpriũ & uolitans quæ a ueſpere[c] nomen
Sumpſerat,& ſpetie genus ignorabile dira,
Terret adã:ſponſamq́; magis,TImor omne timẽti ẽ.
Credere poſſe malum,& fieri iubet unde quietis
Fons uiget,at timidos peccato hic omnia turbant,
Vmbra: quidem fruticis,uel ſi moueatur arundo.
MVLTA facit pauidũ,qui uult tutare timorem.
Audiuere lupos,miſeri timuere,minaces,
Apparetq́; iterum ſerpens:non uirginis ora
Amplius oſtentat,buffo turpiſſima campis
Saltitat,& multi ſerpunt animalia uirus,
Omnia terrorem pariunt,abſentia lucis
Territat ipſa magis.tandem conuitia amatæ
Coniugis ipſe[d] refert.uetitum ꝙ ſubdola pomum
Obtulit:ut lucis foret hic deiectus amœnis,[e]

a ¶ Offendunt reperiunt

b ¶ Videre prius.s. hec quæ nullam afferebãt lætitiam.s. arbores ſine fructibus. Tormenta dolores mentis.quia ſoliti erant videre arbores cum fructibus variis in paradiſo. Videre tenebras aperire ſuos ſinus.i.apparere.

c ¶ A veſpere & illa auis quæ ſuum nomen ſumpſit a veſpere. Genus ignorabile hoc eſt genus hominũ ignotum terret parentes. Omne timenti.i.timido omnia pariunt timorem quietis pacis.i. timor iubet timidus credat poſſe dari malum etiam vbi eſt pax. Fons quietis quies plurima. Hic.illic.

d ¶ Ipſe adam inuehitur in æuam.

e Lucis amenis paradiſo tereſtri.

Sol ubi perpetuus:frigus,[a] nec ſenſerat ignes,

a Frigus accuſatiuus.

Omne abſens nocuũ,timor omni,at umbra miniſtrat
Quæ officiunt, miſer inquit adam,quæ gloria molli
Complacuiſſe uirum? PRONA eſt fœtura puellæ

b Mulier vocatiuus eſt tu es error preuius.
Preſtabat melius erat.
Quã comparatiue : nõ relatiue.

Fœmina commiſſi mulier[b] tu preuius error,
Errorum materq;ſimul.tu cauſa doloris:
Quis comes adiunctus lateri? SVB dulce uenenũ eſt.
Præſtabat formaſſet adam,ſine coniuge,ſolum,
Quam deus huic lateri comitem iunxiſſet iniquam,
Plus aloes:quã mellis ineſt,mora paruula dulci

c Comitabit peſſum eũtes,vt ſe precipitent.
Simili verbo ſimili ſermone. Archiparens primus parens ſublatus vultum cœlo. Quo aliquo.
Commeret peccat.
Quis nec aliquis victus vi trahitur ad peccatum.
d Pluto nec deeſt.
Virtutis violentiæ.
Neſcia tentari.i.quæ prius non fuerat temptata & quid eſſet temptatio ignara. Si qua eſt lampas vel via aliqua. Tentanda eſt via.

Longaq; nox tenebris peſſum comitabit[c] euntes.
Ipſe gemens ſimili iactabat talia uerbo
Archiparens uultum ſublatus:& ora ſereno.
At genitrix contra:cur te tua crimine,coniunx,
Fœdauit turpi? ſi quo conamine nullus
Commeret iniuſte,trahitur nec ad impia uictus
Quis commiſſa miſer,pluto?[d] nec tartara cogunt,
Nec deus ad facinus,minus eſt hæc fœmina compos
Virtutis tantæ,tentari neſcia,& expers
Ipſa doli,tu dulcis amor:tu lumina uitæ,
Tu mihi dimidium cordis,tu preuia lampas
Abſq; errore uiæ,ſi qua eſt,quocunq; feramur
His pedibus tentanda meis,non rideo,ſi fles,
Par dolor ambobus,par & labor omnibus aruis
Ambobus ueniet,triplici ratione dolores
Augentur miſeræ,ſed te pœna unica tantum
Extorquet,tactu ſolum morderis ab uno,

e Prima ratio quia prima tentaui.
Secunda ratio patior pœnas.
Tertia ratio vxor mœret

Prima[e] ego tentaui,patior pro crimine pœnas,
Triſtitia mœretq; tua,cui detrahis,uxor:
Quid ſi gauderem:quid ſi mihi cinthius author
Luminis augeret lucem? tibi luna tenebras
Occultata daret miſero? tenebræ omnia nobis

Æquali

*Æquali terrent[a] miſeris præcordia uelo,*
*Non tibi nox:mihi clara dies,ſperemus amantes*
*Illius imperium,qui dat:qui uulnera & aufert,*
*Qui nos effinxit:terra te è uirgine patrem*
*Ex te me natam,dein nos coniunxerit ambos*
*Cōnubio[b] primos.QVIS nō faber optimus arte*
*Quod fecit defendit opus?ſi perdere uellet,*
*Non finxiſſet adam,nec me tua uiſcera,mundi*
*Conditor æthereas coſta duxiſſet ad auras.*
*Interea occeanis ſenſim prodibat ab undis*
*Luna nitens,toto cingebat circulus orbe*
*Inter candentes argentea corpora phœbes,*
*Perſpicuus ſtellas,dum ſolabatur amicum*
*Dulcis amans,& nata patrem:tum ſponſa maritum,*
*Nectar & ore gerit rogitans,mox lumina[c] lumen*
*Suſpiciunt terrena ſacrum,flexiq́; potentem*
*Ambo deum ſuplices fletu,& ſingultibus orant:*
*Hanc pater extollit uocem.TV iuppiter author*
*Sideris æterni,terræ omniparentis,& alti*
*Gurgitis,& gemina cœli penetrabilis ala:*
*Altera ſi nulla eſt commiſſi pœna,rubente*
*Deijce me telo:peccaui iuppiter.hæc me*
*Quam mihi iunxiſti comitem,blandita nefandum*
*Compulit ad morſum uerbis,q̄ dulcibus,uxor,*
*Sed decepta prius uafro demulſit,ab angue.*
*Grande quidem facinus:peccati pœnitet,an te*
*Pœnituit feciſſe hominem?ſic perdere tentet*
*Humanum tua dextra genus,ui fulminis ambos*
*Tu deus aut perdes,alios facturus? & orbem*
*Augebis,noſtri generis uel ſemina quercus*
*Seruabunt,homimes paſſim naſcentur & ulmis?*
*Si totum perdas hominem, cui terra parabit*

a ℂ Terrent.ſ. tenebræ.

b ℂ Connubio primos rationem ergo hoc ſactū eſt hominum caritate. Tua viſcera a ꝑpō. Duxiſſet alias traxiſſet. Inter candentes ſtellas.

c ℂ Lumina terrena hoc eſt parentum oculli. Lumen.ſ.lunæ,

Fertilis arboreos,[a] ſi qua & ſunt ſemina, cultus,
Tam lætas ſegetes: latis & munera campis
Sol cui, quem ſolem dico, ſua lumina preſtet,
Et ſoror: heu forſan reſtabit beſtia terris,
Terrarum ſola hæc, fructus frugalis & hæres,
Grande iterum motura malum, ſeruabis utrumq;,
Aut æuam tantum: minimæ ſit fœmina culpæ,
Quid ſine pulchra uiro mulier: ſine uir'q; puella,
Eſt oculus qui luce caret. ſine greſſibus & pes
Iuppiter aut manuum uiuens ſine munere corpus,
PARCERE magnanimi eſt, qd ſi delebis[b] ab orbe,
( Stat manibus mea uita tuis ) quos feceris orbi.
Hic fletus: longasq; preces protraxit, ut altas
Noctiuagans intraret aquas: & lumen in undis
Clauderet: ac alium uellet ſibi quærere mundum
Cinthia, qui contra partem miratur eoam,
Tum magis exclamat genitor, miſerere dolentis,
Lumina quid condis? quæ nunc ſolamina preſtas,
Iuppiter, heu grandis miſeris mortalibus error,
Nunc uetitum guſtaſſe cibum, ſine uectibus, atris[c]
Mortibus expoſui faciles e cardine, ualuas.
Contempſi præcepta miſer, ſine fine dolendum eſt,
Quo ferar in tenebris? & quæ fera dira uorabit
Me ſitiens? gelidæ ſeu quis mea corpora terræ,
Condiderit? tremulo mea fæda cadauera ponto
Forſitan abdentur, magnis cibus[d] aduena, phocis,
An iuuat errantis tenebroſa in funera tardos
Acceleret mors dira pedes? me deſtinet orco,
An potius commiſſa luam, nec gaudia noſtris
Hoſpita ſint laribus, QVÆ iuſta ex crimine fertur[e]
Pœna dolenda minus. nec me mea deſeret uxor
Quin pœnæ patiatur onus, quæ protinus omnem
Impleuit

a ℂ Arboreos cultus arborum fructus. & ſi ſemina ſunt, cui naſcentur ſegetes,
Hæc. ſ. beſtia. Fructus frugalis terræ. Motura malum propter ſerpentẽ: poteſt etiam intelligi ꝑpter brutorum bellum.
b ℂ Delebis. ſ. illos quos feceris orbi. s. adam & æuam.
Intraret & hoc apparenter quia tam breui non potuit ſpacio. Qui. ſ. mundus. Eoam orientalem. Contra. i. occidentalem plagam ſed hoc factum eſt in illo hemiſpherio: propter altos mõtes: non enim tam cito luna celatur quando in nocte apparuerit.
c ℂ Atris mortibus aperui portam iuuc. ſa. prima hinc ſubitæ mortes.
d ℂ Cibus aduena ap ꝓõ non ſuus. alienus a cibo piſcium. iuuat delectat diu viuam inſ. cl x.
Deſtinet. ſ. vt.
e ℂ Fertur datur.

*Impleuit clamore locum, ſua pectora plangens,*[a]
*Allidenſq; manum manui: tc ſegnius, inquit,*
*Pœna minor uexet, triplex menſura laborum*
*Inuadat miſeram, fas uexillaria culpæ*
*Pœnarum uexilla ferat: ſic iuppiter ardens*
*In me omnes uertat, uacuam uirtute, ſagittas*
*Coniuncto, ſua tela, teno, mors atra cruentas;*
*Accelerct cum falce manus, ſi forte luantur*
*Commiſſa cum morte truci, quid peius in orbe eſt?*
*Iuppiter aut longam, pœnarum carcere, uitam*
*Extendat miſere, MAgna eſt uindicta, dolores*
*Aſſidui longos ducant mortalibus annos*
*Quos*[b] *mors æqua necat. grauior ſit apolline cõiunx,*
*Et mox nocte dies, tibi ſol, tibi lucida phœbe,*
*Me tua torquerent nimium tormenta, dolores*
*Si paterere graues, quanto grauiora minantur*
*Ferre iugum, tanto collum nectetur aratro*
*Pronius, adde faces in me: modo manſuis adæ*
*Non memor extinguas patrati criminis, idem*
*Qui ſublimis habes lati regna omnia mundi*
*Parce precor, ſalueſq; uirum, ne gaudia, triſtis*
*Efficitur, turbaret enim quæ pectora lætant*
*Coniugis, ipſe miſer, perit hic: ne perdat amantem,*
*Ipſe minus peccauit adam: peccauimus ambo,*
*Demulſi ſeducta*[c] *uirum: luat impia ſerpens*
*Suplicia hauſurus, lentos qui crimine & aſtu*
*Decepit miſeros latitans in fronde parentes,*
*IN cautum laqueo facile eſt inferre latenti*
*Hunc ſerua: me dele ſolo:*[d] *tua fulmina ab alto*
*Diſcrucient auido miſeræ præcordia raptu,*
*Siue ignem patiar, rapiar ſeu fulmine, pontus*
*Aut noſtrum bibulis corpus deuoluat arenis,*

AEux ploratus.
a ¶ Plangens percutiens.
Inquit. ſ. æua.
Segnius tardius.
Ardens iratus.
Sua tella appo eſt.
Quid peius. ſ. mo: te.
Aſſidui dolores.
b ¶ Quos. ſ. dolores.
Necat finit. Apoline ſo-
le coniunx luna. i. dies ſit
mihi nocte peior. & nox
die grauiore.
Adde faces i med ũ modo
tu mitis ſis immemor pec
cati & extinguas faces in
adã. Nõ memor criminis
Ade datiuus eſt. Lætant
lætitia afficiunt ſenſus
eſt adam ne me t [illegible]
triſtis efficitur.
Gaudia coniugis.
c ¶ Seducta a ſerpente.
Lentos ocioſos. Ser-
pens hauſurus qui quãuis
haberet os puellæ tamen
ponit in maſculino quia
fuit demon in fronde re-
cte quidem in mundi va-
nitate.
d ¶ Solo a terra.

Aut lincum noua preda ferar, uel ab æthere uultur
Sentiat incuruo[a] mea fœda cadauera roſtro,
Me forſan rurſus tentans, mala beſtia, ſerpens,
Inſcia cui bibulas porrexi protinus aures,
Paſcetur diro corpus perfuſa ueneno.
Hanc iterum uidi: ſed non ſibi uirginis ora,
Conſimiles ſecumq; ſolo ſua pectora raptant,
Vt præcepta iouis: toto ſic corpore ſerpunt
Meq; iterum miſeram linguis inimica triſulcis
Excruciat: diri iactat tum tela ueneni,

a Incuruo valde curuo compoſitum eſt. Mala beſtia appō eſt Inſcia ſimplex Perfuſa corpus. ſinec. Ora non ſunt ſibi virginis. Solo per ſolum. Vt precepta .ſ. fuerunt.

Aſpera cuncta[b] mihi, miræ ſint omnia pœnæ,
Non tamen ex omni, iubeant ſic numina, parte
Dicar ego infœlix: ſi ſit ſine nube maritus,
Si ſibi clara dies: mundi niſi[c] iudicet author
Sexus utrunq; cadat, nec uir: nec fœmina uitam
Ducat in humanis: repleantq; animalia mundum,
Quæ æterna ratione carent: ſi nubila culpæ
Vaneſcant: comis uenias, miſereris:[d] utroſq;,
Mox ab utriſq; pie fundentur odoribus aræ,
Parce precor: Viuatq; precor, ueſcatur & aura.
Nec tantum[e] pietatis erit mihi ſæpe petendum.

b Cuncta .ſ. ſunt.

c Niſi author mundi velit delere hominem de terra. Vtrunq; ſexus neutro gener̄ auſo. i ternario ſuo. Veſta: ceres: iuno ſexus muliebre, ſorores ſed hic ſexus eſt de cōmuni vſu.
d Miſereris a miſeror raris.
e Hoc tantū. hoc pietatis a me tantū petendū eſt.

Aurora oceanis roſeo ſurgebat ab undis
Aſpectu, flauos monſtrabat ab æthere uultus,
Solq; uagus ſenſim[f] uenientem ex æquore uiſum
Præbebat: fugiunt ardentia ſidera lumen,
Auricomi fulgens oculi qui illuminat orbem,
(CÆLAtur maiore minor quia lumine lampas)
Vertit in hunc faciem primus pater, æua gementem
Compreſſit uocem admirans rutilantia ſolis
Corpora, de tenebris facie reduſſe ſerena,
Lætantur: ſpem pacis habent: & uota tonanti
Orantes ſoluunt: ſanctas & odoribus aras,

f Senſim quantum ad humanum intuitum. Viſum. qui fulgens

Ac

*Accumulant:fundunt ſuaues & dulciter hymnos,*
*Oraq́; dulciſona regnanti hac uoce reſoluunt,*
*Tu qui oculum mundi recludis iuppiter ingens*[a]
*Lumen, & e tenebris iuſiſti educeret ignem*
*Cinthius:omnimodo iuſte uenerabere cultu,*
*Cuncta meres,qui cuncta regis,ſapientia cuius*
*Omnia conflauit,miro te hæc omnia fabro*
*Conſpicio:uerumq́; diem ſub apolline*[b] *dicam,*
*Et noctem diana regat,quam ſidera comunt,*
*Quam ſtellæ ardentes:ueniat lux apta labori,*
*Noxq́; quietis erit: uultus ſudore parandum*
*Fas reperire*[c] *cibum:præſtabunt flumina potum,*
*Vellera oues raptim,direptaq; tergora coſtis*
*Veſtimenta parent:thalamumq; in uallibus umbræ,*
*Nocte patens ſtratum preſtetq́; in gramine quercus,*
*Ne moriar uirtute famis,mihi lata poteſtas*
*In uolucres:cunctasq́; feras:ſi retia non ſint,*
*Inſtruar ingenio quali arte natantia,noſtro*
*Imperio ſubdam,uenient ex arbore fructus,*
*Ignotæ haud nobis herba:cognoſcimus herbas,*
*Herbarum & uires,noceat:quæ proſit habenti*
*Ni te pœniteat me magne dieſpiter omnia*
*Hæc nudum docuiſſe hominem,ſint poma:uel uuæ,*
*Sint glandes:curuo ſudet ſubmiſſus aratro*
*Bos grauis:& campos proſcindam bobus inertes,*[d]
*CVNcta fames doceat,nec me natura relinquat*
*Auxilio,quæ pulchra docet,quæ turpia monſtrat,*
*Deſerat haud ratio:duo ſunt documenta:*[e] *duo ſunt*
*Lumina,quæ referunt,quæ ſint mortalibus apta,*
*Natura,& ratio.duo,quæ diſcrimina norint*
*Quæ bona:quæq́; ſecus:quæ ſunt uirtutis:& atri,*
*DISCERnit ratio quod crimen:& inclita uirtus,*

a ℭ Ingens lumen appeeſt.
b ℭ Sub apolline nomina omnia rebus ſunt ab eo impoſita tametſi poſteri ſint uiſi rebus nomen impoſuiſſe.
In ſudore vultus tui ueſceris pane tuo geneſis.3.
c ℭ Reperire verbi confuſio pro inuenire & querere. Parent a paro paras.
Quali arte omni conatu.
Noceat quæ noceat & q̃ herba iuuet.
d ℭ Inertes non ſteriles ſed non cultos.non exercitatos.
Pulchra bona turpia ⸗ mala.
e ℭ Duo documenta ſenſus eſt natura & ratio ſunt duo documenta homini & duo lumina ad proſequendum bonum & iuſti ad fugiendum malum.& vitium.
Quæ bona cognoſcunt diſcrimina eorum quæ bona ſunt & quæ mala q̃ ſunt virtutis & vitii.

Quod [a] iuuat a nocuo doceat natura nepotes.
Collibus interea radÿ:creſcebat & æſtus
Solis ab ardenti tecto naſcentis eoo,
Phœbus & inſuetis urgebat corpora flammis
Amborum,mirantur enim:quæruntur & umbræ,
Ad quas confugiunt pulſi feruentius umbras
Natura,placidum ſenſere in corpore frigus,
Eſuries:diraq; fame præcordia pungit,
Vmbra [b] nucis tectum primorum obſcura parentum,
Nux cibus:& dure miſeris ſubſtantia quercus,
Caſtaneæ:tribuliq; graues:triſtesq; lupini,
Sponte ſua:haud culta pingui tellure recepti,
Pomorum & dubÿ [c] miro ſtimulantur honore,
Poma dabat regio:nondum uiolentia cœlum,
Nec terram fœdarat enim fera criminis iſtam
Tempus errat preſens.NEC ſi,natura,neceſſe eſt
Defficit.in dubium tandem cecidere parentes,
Ne caderent in turpe nefas:uetita omnia credunt
Huius enim formæ quamuis cognouerat Adam,
Quæ fuit interdicta ſibi admirabilis arbor,
Nec ligni immemores [d] fuerant,nec muneris atri,
Nec uirtutis item,delapſi ad tartara pœnæ
Depulſu miſero,tamen ÿ uaga munera cernunt,
Et uoto quæ poma iuuant [e] feruentius optant,
Mirantur:munuſq; ſciunt differre quod audent
Accipere.a primo:dextram ad pendentia tendunt
Securi:mox poma manum delapſa ſequuntur
Oſcula dant,fructumq; manu ter uentilat adam,
Terq; ſoror:pariter ſuaui lætantur odore,
Ora fames ſtimulat:timor arguit, omnibus horrent,
Tuta timent miſeri:rurſum dant oſcula pomo,
At dira eſuries:ſtimulis:calcaribus urget,

Igne

a Quod crimen:i ratio diſcernit virtutem a vitio Natura autem bonum .ſ. naturæ a malo.i.quod iuuit:& quod officit.

b ℂ Vmbra nucis fuit tectum.

c ℂ Dubÿ quia pomi eſu peccauere. Honore pulchritudine.virg.i. ene.& lætos oculis afflarat honores. Idem in geor. Frigidus & ſiluis aquilo decuſſit honorem. Violentia fera. Necenim Preſens propitium. Natura non deficit in neceſſarÿs.

d ℂ Nec immemores muneris.i.doni.nec atri.ſ.uitii.nec virtutis atri ſubſtātiuum ſit'. Ad tartara ad terrorem pœnæ.

e ℂ Iuuant delectant poma.n. quæ iuuant optant optamus delectabilia.

*Igne[a] coquit: miſeris pauidum fugit atq; timorem,*
*Ipſa moras rumpit ſegnes: ueſcuntur & ambo*
*Ore auido ætherei, diuinaq; munera fructus*
*Delectant: auidum quæ runtq; a flumine potum,*
*Fonte fluunt latices: tenui perlucidus unda*
*Decurrens bibulas riuus uerſabat arenas,*
*Non ulua: non iuncus erat: non canna paluſtris*
*Deformi extremas uelabant margine ripas*
*Herpillum uirideſq; roſas: & odora[b] parentis*
*Naturæ[c] ingenuum producit munera littus,*
*Lilia candeſcunt: longæuæ umbracula palmæ*
*Perſpicuas ſolamen aquas cernentis inumbrant,*
*Et circum cantillat auis, ſi cernere dignum eſt*
*Dignius eſt roſeis cuiq; ſorbere labellis,*
*Ergo bibunt: repetuntq; uagas, a potibus, umbras,*
*Et quoniam miſeri noctem, ſine lumine: fletu*
*Inſomnem duxere graui: ſua membra reoſluunt,*
*Somnus & ingenuos alte perlabitur artus,*
*In noctem & uertere diem, dumq; ipſe parentum*
*Irriguus ſopor altus habet præcordia, uiuax*
*Mens tamen humano fuerat de crimine patri,*
*Flebat adhuc, mœſtum cernens in gurgite centrum*
*Letebo exurens: amploq; ex ore triſauces*
*Cerbereas: latrabat enim latratibus ardens*
*Tergemino in patrem crudelis cerberus ore,*
*At phœbi interea cælantur in æquore crines,*
*Incubat & tremulo ſtatim nox humida ponto,*
*Et bruta in tenebris placidam petiere quietem,*
*Cuncta ſilent: gelidum uelat ſua corpora frigus,*
*Inuoluit plus membra ſopor, NOX apta ſopori eſt.*
*Se ruſum accingit ſerpens: ſua tela reſumit,*
*Fallat ut incautos fraudi: ſerpentica formam*

a Igne ardore. deſiderio.

b Odora munera parentis naturæ.

c Eſt. n. natura omni parens cuncta ſunt terre munera quæ & omni parens eſt. Longæuæ ratione naturæ ſuæ quia diu viuit. non autem ad temporis. quod non habuit, rationem. Solamen cernentis appo eſt A potibus poſt potas. parentum. ſ. ade & æuæ.

d Cernens m x.t.ī centrum exurens in gurgite & cernens triſauces cerbareas. Ardens feruens. Dormienti ade dæmon in humana ſpetie apparet

*Fraus rapit humanam: memoriq́; ex ordine lapſum*
*Innouat huic dæmon, quem ſpe deterret inerti,*
*Cum ioue pacis adam,*[a] *ſtrata niſi coniuge, curſum*
*Ipſe fuga arripiat, campis uxore relicta,*
*Seq; iouem finxit, tanti quia cauſa doloris*
*Prima fuit: mortiq́; auidas primaria fauces*
*Recluſit: mecumq́; truces male ſuſcitat iras.,*
*Hæc indigna uiro: mœrens ignobilis orbem*
*Per uaſtum, priuata ſuo miſerabilis erret,*
*Digerat uſq; dolum ueniam mercatur & æuo*[b]
*Pœnarum longo: uel ſi placet altera: perdas*
*Hanc uita indignam: miro formetur honore*
*Altera: quæ inuidiam ſedet: pacemq́; reducat,*
*Ad uirides iterum fœlix cumulaberis hortos*
*Fructibus: & fuerit nulla admirabilis arbor.*
*Interdicta tibi, ceu fert ſententia, carpes*
*Munera: & æterno uiues fœlicius anno.*
*Surge ergo: peſtem fugias: aut percute ſaxo.*
*Saxum erat hic preſens, uita & priuabis iniquam.*
*Hanc priuare licet. quæ ſe damnare triumpho*
*Auſa fuit: uoluitq́; ſuum fœdare maritum,*
*Ergo putre amoueas a toto corpore membrum,*
*Ne totum infœlix tabo tibi ferueat atro*
*Corpus, & hæc dicens marcentia pectora ſomno*
*Excuſſit manibus: fallax & beſtia, ſurge*
*Intulit extremo, fugiens per inania,*[c] *uerbo,*
*Ter uiridi ſopitus adam de gramine membra*
*Excitat, exceptum ſomno ter gramina corpus*
*Suſcipiunt: tenet ipſe tamen præcepta*[d] *fideli*
*Pectore. fingentis turpi mendatia iuſſu,*
*Aſſurgit: digitiſq; oculos putredine purgat*
*Lumina cœlanti: nigras & ſuſcipit umbras,*

*Ingemit*

a Adam ſtimulatur a demone ſpe vana pacis cū deo niſi vxorem aut perimat: aut relinquat. Strata dormiente. Campis in campis. Mecum .i. incitat me ad iras. Ignobilis ignota.

b AEuo temporis, prolixitate in pœna. Honore pulchritudine. Sedeta ſedo ſedas. i. quæ odium remouerat.

c Per inania per aera aut per euaneſcens quando quidđ euaneſcere eſt quoddā inane.

d Præcepta. ſ. dæmonis fingentis mendatia. Putredine deeſt. a. Suſpicit quia primo cum aperiuntur oculi, cœlum ſuſpicimus.

*Ingemit: & geminas tendens ad ſidera palmas*
*Verba parit tremulo, nudus ſua pectora, uerbo,*
*Tuq;, ait, o noſtri genitor: qui noſcis ab omni*
*Parte tuum, quod fingis, opus: cui[a] ſemita uaro*
*Sit depreſſa pede: recto uel regula greſſu*
*Sit ſeruanda uiæ, qui ex ordine cuncta recenſcens,*
*Ante actum faciunda capis: præcor, inſpice mentem*
*Qualis adæ adſurgat: ſimilis ſibi præmia formæ*
*Et reddas, ſi iuſta peto, tenebroſa quid umbræ*
*Vela parant triſtes, iterantq; fidelia morti*
*Tempora[b] pallenti; nec adhuc pia lumina ſolis*
*Læta ego percepi facie, da cernere, uultum,*
*Aut phœbi: aut oculis argentea pectora phœbe,*
*Luminis uſuram preſta: quo iure pupilla eſt*
*Inſita mortali capiti, DATA lumina proſunt,*
*Terrorem grauis umbra parit. mox iuſſa capeſſam,*
*Ecce uagas præclara comas dat cinthia cœlo,*
*Et paſſim magnæ ſpargit ſua munera terræ,*
*Gaudet Adam nitido. comitemq; in uallibus idem*
*Spreturus triſtatur enim: dein[c] nocte ſepultam*
*Somno lenta gradu mulier, cum fletibus antro*
*Linquitur infœlix ſuſpenſo: & pœnitet alta*
*Verborum ſerie comitem fleuiſſe relictam,*
*Ergo ſilet: ſenſim graditur: ne ſuſcitet, hæret,*
*Progreditur: retroq; ſimul ſpectabat amator*
*Coniugis, ardentes ſeruatq; in pectore flammas,*
*Vſq; fluunt lachrimæ: reprimitq; extempore uoces*
*Plorantis gemitus: iterum ad ſua pignora flexo*
*Reſpicit aſpectu: parit & ſuſpiria menti,*
*Fallacem tamen ipſe dolum putat[d] eſſe tonantem,*
*Hinc timor egreditur: ne iuſſa ingentia temnens*
*Suplicij maiore gradu uexetur iniquus,*

a ¶ Cui ſemita qui noſcis cognoſcis a quo ſemita depreſſa ſit erratico pede aut a quo ſeruanda eſt itineris rectitudo.
Mentem adæ qualis ſit.

b ¶ Tempora fidelia morti .i. noctem & tenebras. Vſuram vſum.
Quo iure propter quam cauſam .i. propter lumen dati ſunt oculi.
Cœlo .ſ. cœlo.

c ¶ Dein deinde & ob id quia nox erat. mœrebat adam vxorem dimittere
Antro in valle miſeriæ.
Hæret dubitat.
Ex tempore ſtati ex temporis condictione.
Gemitus genitiuus eſt.

d ¶ Putat tonantem eẽ dolum .i. illum dolum parere qui fingit ſe tonantem. Timor hinc oritur
Iniquus tanq̃ iniquus

Ne ruat a diuo, centri lapſurus, amore
In foueam ardentis. ſine fine incendia flammæ
Paſſurus caue infernæ. ſed coniugis ardor
Retrahit a iuſſu: timor[a] hinc, amor inde repente
Naſcitur: & cruciant miſerum de iuſſibus ambo,
Hæc metus in medium: quis non præcepta minacis
Obſeruet mandata iouis? cui fulmina dextræ
Aſſurgunt: uibratq; manu, dum accenditur ira,
Hoc patet, expulſo: culpa cui iuppiter atra
Nunc data regna uetat: placuit dare, diſplicet hortos
Ingrato donaſſe uiro: non dona merenti,[d]
Fas[b] & iura uolunt abſint data munera, lapſu
Præcipiti, primus doceat uim fulminis error,
Tormento maiore alium, ſi in uota ſequentem
Plectendum, declinet amans ſe nectere culpæ,
Oppoſitum ſtimulabat amor: qui talia mœſto
Exardens fundit multa ratione timori,
Poſſe errare hominem conflauit iuppiter, errat[c]
Cui pietas monſtranda foret? ſi criminis expers
Eſſet adam? minus eſt, pœna ſic ipſa minori
Plectitur æua minor, patrati criminis æue,
Pondus enim, facinus q̄ quod commiſerat adam
Maioris miſeret, cur non pietate puellam
Adiuuat? auxilium, quod mi coniunxerat author,
Amborum clemens, genus & quo ſemine ſurget
Humanum, quod ſi cupiat delere: quid orbi
Præfecit miſerum, ſolus quem rexerit orbem,
Altera ſi dabitur: uel ſit terrena? uel undis,
Aut igni conflata truci, quid in aere poſſit
Gignere? quod uiuat, non tam perfecta reſurget
Vt caro noſtra fuit: uiuens præponitur iſtis,
Si[f] mage lapſura eſt: niſi ſit ſibi ſerua uoluptas

Peccandi

a ℭ Timor hinc. ſ. ſeruilis. Timor & Amor pugnant.
Hæc metus protulit.
Cui dextræ pro cuius dextre. Hoc patet. s. homini expulſo propter atram culpam.

b ℭ Fas & iura volunt data munera abſint precipiti lapſu. non merenti dona. Primus error. ſ. luciferi doceat alium ſequentem errorē ſi amans declinaret in vota ſua fiat vt liget culpe puniendus
Senſus eſt.

c Error primus ſiue luciferi ſiue ade doceat ꝙ maiori punitione peccator puniendus eſt qui ſe obligat culpe inobediens. quia cum quis ſemel ceciderit rurſus cedens maiorem pœnam, meretur. vel ſi alterius exemplum habuerit. Minus eſt eſt. n. pondus criminis æue q̄ peccatum quod commiſit adam ſic ipſa æua plectitur minori pena.

d ℭ Facinus peccatum patrati comiſſi. pondus magnitudo. Plectitur punitur. Maioris miſeret. ſ. criminis vel adæ qui maior eſt.
Auxilium appo, mi pro mihi.

*Peccandi, uel ſponſa polo deſcendat ab alto*
*Tunc ego ſeruus ero? iouis & uiolabile uerbum,*
*Quo me rectorem magno præfecerit orbi,*
*An me iterum [a] formet diuina potentia lapſum*
*In ſponſam, ſomno quid erit niſi formet eandem*
*Iuppiter ex carne hac, æuam diuinus eadem?*
*Hac contentus ego: tibi quæ ſententia turpis*
*Obijcitur, confundis enim timor omnia demens,*
*Fas facis eſſe nefas: uili te e fomite crimen*
*In lucem æduxit miſerum, QVÆ gloria uiuo*
*Fallere ſopitam? fortaſſis imagine fallor*
*Falaci, ſerpens rurſum mendacia finget*
*Credere conſueto, quid ſi uaga ſomnia ſint hæc?*
*Somnus erat, ſomnoq; graui mens frigida compos [b]*
*Non fuit ipſa ſui, ſpetie phantaſmata turpi*
*Deludunt, quos craſſa premunt uelamina ſomni,*
*His uerbis cogebat amor reuocare parentis*
*Propoſitum, ſed turpis item pauor arguit, addens*
*Exemplum angelicæ (cui multa audacia) formæ*
*Mors fuit in lapſu, ſentit quæ incendia regni*
*Horriſoni, æterno premiturq; miſerrima telo,*
*Tuq; in iuſſa nimis (dixit timor impius) audax*
*Præmia quæ meriti memoras, quid iuppiter æquus*
*Contribuit tandem? ſanctis e partibus exul*
*Per totum infœlix erras miſerabilis orbem,*
*Eſto age: fallaces rurſum complectere flammas,*
*Dulcis [c] amor, cupido certa qui morte minatur*
*Et flammam: exitium miſero qui ſeruat amanti*
*Inſequere affectum mentis, QVÆ dulcia lætant,*
*Victus amor demum tacitis ſe ſe abdidit umbris,*
*Occulto & fugit ſponſam, miſerabile, curſu*
*Vir mœſtus, gaudetq; timor præcepta iubentis*

a Me iterum .i. femina ex me. In ſponſam in mulierem. Lapſum ſomno dormientem eandem æuam ex eadem carne. Hac .ſ. ſponſa: hac eua. Vili te e fomite timor ſeruilis peccati filius & frater, criminalis.

b Compos mens non fuit ſui iuris. Deludunt illos quos craſſa ſomni uelamina premunt. In lapſu angeli caſus fuit ei mors. Quæ forma angelica quia angeli in inferno cruciantur. Nimis audax .i. amor in iuſſa contra iouis præcepta.

c Dulcis amor quintus eſt irronice dictum. Inſequere affectum mentis qui ſeruat miſero amanti exitium & minatur mortem. Lætant læto: & morte afficiunt. Curſu ſolicitudine abeundi.

Noſcis:& unde dolor referat ſine fine querellas;
Vna tibi tantum eſt,tantum tibi deſtinat una
Hos gemitus,diras inter uiuacibus umbras
Vulturibus deſerta,lupis aut præda futuris,
Æua [a] ego iuncta comes,cur non diſceſſimus ambo,
Lætitia,aut lachrimis hinc?huc ſi uenimus ambo,
Venturos moror ipſa lupos,mea uiſcera ſcerpant,
Aut fuluos in me uideo ſæuire leones,
Non abſunt tigres,urſi:noua præda ſuperbis
Sum data nunc brutis:pereo:ſuccurre ſorori.
Quid mala commerui? poſt interdicta tonante
Poma tibi? infœlix nocui:nocumenta dolores
Infandos pariunt:ſed cur non ignibus atras
Addis inique faces,pœnam cum ſanguine poſcens,
Te odiſti ſi noſtra fugis.duo corpora ab uno
Naſcimur:a proprio data ſum caro corpore corpus,
Cur ergo tua facta fugis,tua uiſcera,natam [b]
Sæue parens,miſeram refugis germane ſororem,
Sic ſponſam ſponſus,tria magna ligamina cogunt
Commiſcere parem pectus fugientis amorem.
Nec natura negat:nec me,qui iuppiter ex te
Hoc uetat effinxit:quia ſunt duo corpora ab uno,
Sic unum ſcit uelle ſimul.SED ſoluere turpe eſt
Quos deus [c] adiunxit firmo ſine crimine,nodo,
Te ſine quid faciam?ſine me quid perfide coniunx.
Solus eris?magno cum iam ſocientur in orbe
Bruta ſimul.paribuſq; pares iungantur amore,
Non tamen ex alio cretum [d] NOS dicimus unum,
Vt caro ſit carnis:nec habet rationis honorem,
Hæc natura regit:næc ab hac ſine lege docentis
Naturæ abſcedunt.naturæ detrahis,adam
Nec minus ipſe ioui,quia me ſcelerate relinquis,

a ℂ AEua ego ſum. Comes huius vie tenebroſe. Mala nominatiuus eſt. A proprio corpore a tuo. Ego caro.ſ.tua.

b ℂ Natam.ſ. fugis. tua viſcera a ppo eſt. Cogunt pectus.i. cor a de fugientis me commiſcere parem amorem. Nec iuppiter qui me effinxit ex te hoc vetat.

c ℂ Quos deus math.9. quos deus coniunxit homo non ſeparet. Sine crimine quia deus iunxit ſponſam cum ſponſo non interueniente peccato.

d ℂ Ex alio cretum ſenſus eſt vnum bruttum nō ex alio bruto eſt ſicut æua ex adam vt in bruto caro ſit carnis.ſ.alterius bruti: nec bruta habent rationis vſum ſed tantum natura viuunt a qua minus diſcedunt tamen ſe amant ad inuicem. Sine lege non obſeruata lege nature.

a ℂ Arguis mihi peccatū quod non eſt in brutis. Vt vota optant merentur iungere ſe paribus. Nec ſit diſcrimen nec merentur inter ipſa ſit lis aliqua. Horto deeſt ab

Arguis [a] huic labem miſeræ:ſine crimine uiuunt
Bruta adam dicis,ſic uota merentur ut optant
Iungere ſe paribus:nec ſit diſcrimen in illis,
Aſt ego commerui fateor, peccauimus ambo,
Non tamen expulſi uita:tum ueſcimur aura
Ætheris,& placido depulſi uiuimus horto,
Cur me igitur quæris deleri ingratus ab orbe,
Qui nobis [b] communis habet quæ proferat uſu,
Cuius erit mundus,modicum ſi nonſtra ſuperſunt
Corpora:cuius erit mens ut delapſa reſurgat
Sponſe iouis pietas:nobis diuina pepercit
Maieſtas:ſic parcat item uenerabilis adam
Coniugis errori,nec ſic miſerabilis erret
Deſerte in ſiluis latitans,ubi luſtra ferarum
Obſeruant rapidas,damnoſa cubilia tigres,
Grande quidem facinus uoto commiſimus uno,
Grande bonum fiat:magni ſi erroris utrumq;
Pœniteat.pœnaſq;ſimul patiamur amaras,
Commiſſo nec pœna minor,ſi poſſumus,angat
Nos miſeros,ueniat diro prognata reatu
Pœna quidem,mala mater [c] enim,mala filia creſcat
Inſontes:fortiq; manu tum tela miniſtret
Iuſtitiæ,ut rutilo pretium purgabitur igni.
SIC ſæua emaculant mentem tormenta doloſam.
Viuamus,ſic iuſſa petunt,qui finxerit ambos
Sudore:& manibus tellus ſua munera noſtris
Culta ferat,partumq; mihi dira hora merenti
Augeat immenſo,modo ſim tibi iuncta, [d] dolore
Omnia ſæua feram,nec erit quod quærat iniquum
Innumeris compreſſa malis euadere turpi
Æua fuga,tecum [e] uiuat,morietur & omnes
Hæc eadem tecum poſtq̃ compleuerit annos,

b ℂ Nobis ad noſtram vtilitatem. Vſu vſui & vtilitati. Cuius erit pietas vt anima ſurgat a peccato ſi ſtatim morte puniatur. Pepercit quia nō necauit. Damnoſa cubila appō. Pœna peccati filia. Peccatum malum eſt : & pena mala fiat.

c ℂ Mala mater .ſ. eſt quod eſt peccatum : mala filia quæ pœna. Precium.i.aurum. Sæua magna. Iuſſa illius qui.

d ℂ Tibi iuncta in recōciliatione. Iniquum crudele q̄ eua q̄rat euadere turpi fuga

e ℂ Tecum moriatur poſtq̄ compleuerit omnes annos tecum,

Hæc

*Hæc inſcribantur noſtro pia carmina ſaxo,*
PRIMVS[a] *homo, cui nata ſoror, cui filia coniunx,*
*Hic iacet, ambo iacent, quorum concordia uitæ*
*Concordes gelido fecit poſt fata ſepulchro,*
*Legit adam, perlegit item, poſt lecta relegit*
*Carmina: quæ infandum*[b] *miſero fecere dolorem,*
*Ingemuit, faciem lachrimæ fœdare decoram,*
*Miſcuit & mœſtos, ſimul & ſuſpiria, luctus,*
*Intonuit ſpelunca caua teterrima caute,*
*Diffugere feræ, ſonitum*[c] *timuere minaces*
*Fornicis, hic echo ſtrepitum referente, leones*
CVNCTA *hominem metuunt,*
*Sola canis domino plaudit, blanditur & ipſi*
*Gannitu: ſequiturq; pari ſub nocte dolentem,*
*Nunc præit, & lateri placide modo proxima torquet*
*Ora ſuo regi, nares modo prona ſagaces*
*Telluri incuruat, mœſto comes apta dolori,*
*Nec minus obſcuræ, duræ & canis ipſa miniſtra eſt*
*Fida uice in tenebris tandem comitatur euntem*
*Audiuit gemitus coniunx* VIGILAN*tius audit*
*Ardenter quæ ſemper amat: uenit obuia:*[d] *noctis*
*Æua malis charo tenebris oppreſſa marito,*
*Offendit*[e] *lapides: paſſus ſemel icta recellit*
*Vulneris hæc expers, iterum lachrimoſa reſumit*
*Noctis iter: ſenſimq; premit ueſtigia calce,*
*Incidit in ſentes, diuinaq; brachia uepre*
*Vexantur: cernitq; feras latitare ſub umbra,*
*Delituit pauitans uaſto ſua membra receſſu*
*Montis, amor prodire iubet, timor improbus urget*
*Celare: & duro ſeſe commitere ſaxo,*
*Ecce uolat: reuolat pariter turpiſſima proles*[f]
*Quã tenera implumes membrana reſoluit in alas*

a ℂ Epitaphium primo- rum parentum. Con cordia vitæ quorum.

b ℂ Infandum magnum. Fœdare fœdarunt.

c Sonitum fornicis. Hic tunc virg. i i. enei. Hic regina grauem gem- mis auroq; popoſcis. Ci. Hic ego multa ſimul cogi taui. Sub. per. Miniſtra ſerua.

d Obuia charo marito Oppreſſa malis tenebris.

e Offendit reperit. paſſus quartus pluralis & Icta percuſſa. Recellit retrahit. Pauitãs ſua mẽbra ſinec.

f Proles .ſ. illius quam .i. vſpertilio. Implumes ſine plumis.

Conſcelerant mortale genus:caput ipſe [a] doloris,
Non mea ſit coniunx,tamen ipſa miſerrima languet,
Ipſe ego mortali uitæ ſine prole ſuperſtes:
Et ſine dimidio cordis:quibus ipſe dolores
Narrabo:ſi morte luis commiſſa nefandos
Infœlicis adæ:quis me ſoletur in aruis
Errantem:ſine luce [b] caput:miſerere cadenti
Iuppiter,& celeres mortis frenato ſagittas,
Si uiuat:ſi morte iacet.mihi redde,rogatur,
Rurſus in uxorem clamat:lachrimatur,anhellat.
Palpat item,frigentiq; manus,ſed corda calorem
Obſeruant,ſperat,fiat ſibi uita ſuperſtes,
Interea prebebat equos aurora fugaces
Solis:& ipſe diem rutila uectare [c] quadriga,
Tum facta eſt manifeſta fides:q; ſomnus inumbrat
Pectora caſtiginæ,ſine morte,profundius æuæ,
Miratur miranda parens ſic uirginis ora,
Vt pia ſopitæ cogatur ad oſcula natæ,
Oſcula dat pulcher pulchræ meliora ſorori
Nectare,quod multis ſiculorum collibus hibla
Temperat,æthereo genitrix dat lumina cœlo,
Diſcutiturq; graui,miratur & inſcia,ſomno,
Et non inuentum [d] mulier reperiſſe parentem,
Nec minus ipſe pater gaudet,pro coniuge mœſtus
Ammiſſa,inuenta pro coniuge ſuſcipit idem.
Gaudia:tum ſummo referunt ſolemnia patri,
In uallemq; pari genitor,uel mater opacam
Deſcendere gradu,multis quæ conſita lauris,
Atq; ibi myrtetum ſerpit latera omnia collis,
Qui facit huic ſeptum,medium ſapit unda ſalubris,
Cernentesq; iuuat: [e] lento par gramina curſu
Propter aquas ſedere duces,ſub frondibus,ambo

a Ipſe .ſ. ego ipſe.

b Luce .i. oculis.

c Vectare vectabat ipſe ſol.
Virginis æuæ,vt in tantum.vel q.

d Non inuentum re perifſe. Solmenia gratias agunt patri. vel etiam. Huic.ſ.ualli.

e Iuuat delectat curſu. Duces feminis humani.

Seminis humani ſtructa'q; in fluminis ara
Littore gramineo,ſoluunt,cum fructibus,hymnos.
Atq; cibant tenui ſua corpora fœtibus,eſca
Arboris,& multo cocunt [a] in ualibus æuo
Ducere crudelem uitam,ſperare ſalutem
Decernunt auidi duris in cautibus ambo [b]
Igne grauis pœnæ,donec pia dextra tonantis
Oſtendat ueniæ ſignum,ſic fletibus omnem
Impleuere locum:ſonitant & uerbera palmis,
Obliquant ac ora humili manantia terræ,
Vſq; [c] pijs lachrimis:nec ſe cœleſtibus audent
Credere contuitu laribus,uaga flumina & intrant
Nocte,ſub humenti lunæ mutabilis orbe,
At repetunt ſub luce ſolū,qua cinthius orbem
Obluſtrat,genibus duras,pro crimine,cautes
Ambo præmunt,totumq; diem ſingultibus implent,
Et ſemel abſumunt gemina [d] ſub luce,fauentem
Ore cibum uite,mortem ſine morte petebant,
Se uita indignos cenſent:qui crimine uitam
Conſcelerare ſuam:pariter ſine fine,reatum
Claudere [e] tentarunt pœnis:uicibuſq; frequentant
Vulnera ſæuitiæ duro triplicata flagello
At deus e magno diras pregrandis olympo
Eſſe manus cernens hominum: crudelibus horum
Vſibus ingemuit:cœlo & demiſit ab alto
Mercurium,ſedaret atras cum ſanguine pœnaſ.
QVANDO quidē punire licet,nō tradere morti.
Angelus excelſo delapſus ab æthere formam
Sumpſit hic humanam generiſq; ante ora parentum
Aſtitit humani,quibus hæc ſermone reſoluit.
MAGNE pater,q ſurgis [f] humo,uel ab æthere ꝓdis,
Terrigenum quid dira geris tibi uulnera culpæ?

a ¶ Cocunt conueniunt.

Ordo eſt.

b ¶ Ambo auidi ſperare ſalutem decernunt ducere vitam duram in duris cautibus igne grauis penæ.
Igne,tormento.

c ¶ Vſq; aſſidue.
Vaga vagantia
Cœleſtibus laribus.
Contuitu, oculorū viſione. Sub humenti orbe lunæ.

d ¶ Gemina .ſ. in die:& nocte ſemel tantum comedebant. Sine morte voluiſſent & mori & viuere reſpectu diuerſorum.

e ¶ Claudere finire pœnis peccatum:& emaculare ſcelus.
Ingemuit vſibus: mercurium.i.angelum.
Parentum humani generis.

f ¶ Surgis humo quantū ad corpus ab æthere prodis quantum ad animam terrigenum terrigenarum diro flagello pro diri flagelli.pœnas minacis mortis æquare culpe.

*Inſtruis & ſponſam pœnas æquare minaces*
*Mortis? an hæc ſcæleri diro ſint apta flagello*
*Flagra tuum delere nefas? tibi grandia ſumis,*
*Non ſimilis ſit plaga doli: nec ſufficit adam*
*Et minus æua poteſt: ſcelus hoc delere nefandum,*
*Hoc ſcelus æternum eſt: pœna at finita: dolorq́;*
*Hæc inter, credatis enim, proportio[a] nulla eſt,*
*Credite ueranti, miſeri peccaſtis: at ille*
*Cui fraus extructa eſt, pondus portabit amari*
*Criminis: & uetiti purgabit uulnera[b] ligni,*
*Sancta ſalutifero figens ſua brachia ligno,*
*E ligno mors atra uenit: uitæq́; ſalutem*
*Ligna dabunt: fructum uirgo cum oblata tonanti,*
*Reddiderit furto ablatum iudæa nefando,*
*Ne fuge tu ſponſam, neq; enim mendatia credas[c]*
*Fallere qui tentat miſeros, ſerpentis iniqui,*
*Sub iouis aludens ſpetie: fuge querere mortem*
*Pœnarum mucrone truci: ſatis eſſe dolentem,*
*Pœniteat feciſſe malum, ſeruetur & ordo*
*Humani generis, tua per connubia, longus,*
*Vxorem haud pellas: ſancta hæc coniunctio, magni*
*Hoc iouis eſt uinclum: nec homo diuortia tentet.*
*Dixit: & aligeros, p inania, ad aſtra uolatus*
*Suſtulit: & pauidos facies diuina parentes*
*Præcepto[d]: celeriq́; fuga, formidine liquit.*
*Hæc præcepta iuuant[e] ambos, tum iuſſa capeſſunt,*
*Hoc præter, natura homines ſtimulabat ad arma*
*Concubitus: nec feruor erat praui inguinis ardens,*
*Nil erat in uenerem feruens: nil ſanguinis audax*
*Sed tantum generantis opus natura petebat,*
*At ſpeties[f] diuina trahax ſtimulabat amorem,*
*Alter in alterius ſpeculatur imagine, & ardet,*

a ℭ Proportio nulla qa finiti ad infinitum nulla eſt proportio primo cœli & mundi.

b ℭ Vulnera ligni vetiti venit preſens eſt.

c ℭ Neq; tu credas eſſe mendatia ſerpentis iniqui qui alludens &c. Fuge noli. Mucrone cruciatu pœnarum. Satis.ſ.eſt te eſſe dolentem. Vinclum preceptum.

d ℭ Precepto ſenſus eſt angelus re'inquit parentes formidoloſos propter peccatum tale & fugam celerem.

e ℭ Iuuant delectant. Hoc preter.i.preter preceptum dei omnino natura impelebat parentes ad venerem & hoc quantum ſat erat ad generationem non autem ad luxuriæ incentiuum.

f ℭ Speties diuina .i. venuſtas æuę & adæ. Diuina.ſ.a deo effigiata.

*Ambo pares* [a] *forma:flamma ac uredinis ambo*
*Aſpectu pulchri;cum magna intentio creſcit*
*In formam, ASPEctu premitur natura uenuſto.*
*Candet uterq; parens, coniunx in coniuge mammas*
*Miratur:duo poma rubent albedine mixta,*
*Æuæ atq; angelicum maſſa eſt argentea pectus,*
*Regula*[b] *uentre pari laudes lauedſq; merentur*
*Crura graui inceſſu, fabro ſunt cætera miro*
*Admiranda nimis:ſed quæ uaga munera texit*
*Natura ambroſiam uincunt:& dulcia mella*
*Pube nitet flaua locus ille:iuuatq; maritum*
*Ingenuos intrare locos:coniungere carnem*
*Et carni,nanq; una fuit,ſic fabula narrat,*
*Fœmina mixta uiro fuerat:titania bella*
*Iuppiter expertus timuit grauiora duabus*
*Bella fore ex formis,ipſi quando unica ſimplex*
*Intulit exitium:iunctas ſic dextera partes*
*Diuidit,ex una fiunt duo corpora carne,*
*Sic ambo adlectant,membris fulgentibus,ambos,*
*Hinc præcepta iouis magis hos ſtrinxere uolentes,*
*Hinc quæ pulchra placent:nec amor diſertur amore*
*In uenerem tranſfertur item:ſancta oſcula iungunt,*
*Iungit adam:repetitq; uices:iterumq; frequentat*
*Oſcula pulchra parens,calidæ de more columbæ,*
*Ardebant in*[c] *uota alacres tentare,ſed ambo*
*Herebant facinus quod iam natura petebat*
*Quodq; deus iuſſit:quoniam cecidiſſe,timorem*
*Incutit erranti,*[d] *pallent formidine:flagrant*
*Igne tamen ueneris:maiorq; impulſus amoris,*
*Quã timor* [e] *exanimet,MENtẽ pulcherrima cogũt*
*Obiecta:& ſtimulant proprios uiolenter ad uſus*
*Humanum ſenſum,quanuis præcepta tonantis*

Magna

a ℭ Pares conuenientes quia in primo libro dictum eſt ꝙ eua erat formoſior.
Premitur premitur ſuperatur appetitus naturalis venuſtate obiecta.n.mouent potentias.

b ℭ Regula congruentia membrorum merebatur laudes & crura:vel regula corporis. Miro fabro .i. deo. munera quæ natura uaga texit uincunt ambroſiam.

**FABVLA**

Iuppiter facto giganteo prelio vidit vtrunq; ſexū vni extimuit dicens.ſi vniꝰ ſexus gigantes tantæ virtutis fuerunt contra me quid erit homo habens vtrumq; ſic diuiſit alterum ab altero.

c ℭ In uota in deſideria. Herebant dubitabant tentare facinus.
d ℭ Erranti qui errauerit
e ℭ Quam timor magis erat libido coeundi:q̃; timor commiſcendi.
Obiecta cogunt quia obiecta mouent potentias nam obiecta trahunt humanos ſenſus ad proprios vſus etiã ſine precepris dei quoniam faciunt vt obliuiſcãtur mandatis & non cogitent ad interitum:præſertim ſi pulchra ſint.

*Magna ſecus iubeant:amb eſt[a] obliuio mentem*
*Præcepti:ſi obiecta placent,nec tartara,pœnas,*
*Suppliciaq; & flammas uerſant qui dira frequentant*
*Crimina,quæ oblectant:quanto mage pulchra petunt*
*Quæ[b] præcepta iubent:ſi contra iuſſa regentis*
*Optantur:natura cupit:delectat amantes*
*Quod pulchrum adſurgit:fiat quoq; iuppiter inſtat,*
*Ergo petunt iterum amplexus:atq; oſcula figunt,*
*Oſcula mellifluo labiorum orientia fonte,*
*Inq; uicem[c] roſeos tangunt uredinis artus,*
*Pruritu:dulciq; ferunt ardentia uerbo,*
*Propter aquas fluuij,ueneris præludia[d] magnæ,*
*Atq; parant dulcem læti uerſare paleſtram,*
*Quæ demiſſa fuit ſurgit caro pendula terræ,*
*Suſpicit & cœlum rubro contecta galero,*
*Tunc mage complexu cocunt duo corpora ſtricto,*
*Et mage tentat adam latices ructare ſalaces,*
*Dum cernit tumido ꝙ mammæ in pectore fratrant,*
*Ergo petit ſtygij genitor uiuaria fontis,*
*Atq; ſubit:ſonuitq; cauo graue robur in antro,*
*Aruaq; ſanguineo replentur ſemine:gaudent*
*Quod natura dedit:necnon pia iuſſa[e] tonantis*
*Impleri iuſſere uiro ſeruanda parenti,*
*Officium peragunt:ſurgunt amplexibus ambo,*
*Ambo ioui referunt meritos,qui iuſtus,honores,*
*Et grates dixere deo,qui nectare cellas*
*Naturæ impleuit:rurſum pia prælia tentant:*
*Suſcipit & geminos mater pulcherrima fœtus.*
*Semen idem diuerſa facit:fit maſcula proles:*
*Fœmineum pariterq; genus:ſpes[f] apta futuro*
*Quod minus eſt clarum,timidam formaſſe puellam*
*Creditur:& leuius uolucrem finxiſſe maritum,[g]*

a Ambeſt circum eſt obducit & ligat mentem precepti obliuio.
Verſant conſiderant.
Quanto mage quanto magis homo inclinatur ad pulchra obiecta & ad eorum actus ad quos deus iubet ſicut ad actus cócubitus.

b Quæ quartus plurali s eſt .i. quanto magis petuntur pulchra quæ precepta dei iubent adimpleri ſi optantur ea quæ ſunt contra iuſſa dei.
Adſurgit natura appetit, & delectat amantes illud quod pulchrum adſurgit .i. quod uenuſtum exit tanto magis ꝙ deus inſtat,vt fiat.ſ.precepto ſuo

c Inq;uicem tmeſis eſt

d Preludia appoſitio eſt magnæ ueneris.
Propter iuxta.
Fratrant tumeſcunt.
Gaudent.ſ eo bono quod natura dedit.

e Pia iuſſa iuſſa precepta ſeruanda eſſe a viro ſeruanda eſſe a parente.
Impleri obſeruari a uiro.
Nectar naturæ ēt cellas nature. Pia domeſtica non nocentia.

f Spes appõ eſt.

g Maritum.i. marem. qui tamen eius & maritus fuit.

a Duodena .ſ. dies. qa duodecim dies fit membrorum conſolidatio. Grauis dificilis & putidus. Neſcia ignorata.

Sexq; dies ſeruant in iacto ſemine lactis
Effigiem: reliquisq; nouem de ſanguine tractat
Semen, opus duodena[a] tenet, membra omnia uiſco
Colligat: & reliquum tempus producit ad ortum
Hinc capitis uertigo ferit: grauis halitus exit,
Et ſtomachi laſſatur amor: graue pondus in aluo
Perſentit genitrix: calidoq; in pectore turgent
Quæ nimis adlectant mammæ: tum neſcia partus
Hora uenit primi: genitrix miratur: & adam
Ante ſuum queritur, miſeret[b] pietate dolentis,
Hortaturq; iouis iuſſos ferat ipſa dolores
Tormento ſic ipſe graui prædixerat atram
Eſſe horam partus: rapido quia lubrica morſu
Prima cibum rapuit uetitum: tum flexit amantem,
Hæc decepta uirum: falſo & ſubiecta draconi
Tunc tremor in mēbris: & plurima fulmina crebris
Inuaſere nimis prægnantem æuæ ictibus aluum,
Vagitus ac æua truces ter ſenſerat alui,
Infantum luctamq; grauem: terq; inuida ſerpens
Obuia fit memori: terq; eſt maledicta furore
Materno: cognouit enim graue fœmina diras
Hic[c] pœnas genuiſſe ſcelus: ſic iure dolendum,
Augentur pœnæ uentris: conſtrata gemellos
Æua parit: minuuntur enim ſæuiſſima partu
E gemino tormenta ſibi: fit ſedula nutrix
Quæ ſua mater erat. CELEREM uiolētia claudū
Eſſe facit, ſponſusq; iuuat matremq; ſatosq;
Frondibus inuoluit pueros: & flumine purgat,
Non latices ex igne lauant torpentia membra,
Frigida ſed tantum tetigit uaga fluminis unda,
Faſcia nulla fuit: neq; enim lini affuit uſus
Nec tela ulla manus matri laſſauerat albas

b Miſeret dolenti æuæ vel miſeret pietate dolentis: & afflicti imagine. Iouis dolores .ſ. quos ipſe minatus eſt dicens. In dolore paries. Lubrica nimis credula. Falſo actiue fallaci. Materno fœmineo.

c Hic, tunc, dolendum .ſ. eſſe.

Tradiderat

Tradiderat natura modum. dat protinus æther
Signa mali: mœſta & pluuias dat iuno [a] feraces,
Fit ſonitus: tonuere graui, tum flamina, ponto
Incumbunt ſtepitu: feruens totum intonat æquor,
Inq́; gemunt uolucrum ſpecies: terramq́; colentum
Tota cohors, natura mali dat ſigna futuri,
In ſpetie plorantis enim ſic naſcitur infans,
Nuntia [b] ploratus uox eſt motura querellas,
Vt cadat: e ſtricto latas ſeu fertur ad oras,
Aut quia de calido [c] tepidus proceſſerat aluo
In faciem patriæ frigentis, ſiue ꝙ arcta
Egreditur foſſa: geminiſq́; eliditur oris
Orchei fontis: ſeu luce exteritus expers
Luminis: aut pœnas plorat ſenſurus iniquas
In tenebris mundi, multi mox fœmina cultus
In ſpetie matrona potens, docet omnia matrem
Humanæ gentis, quæ ſit factura, monetq́;
Infantem, quæ infantis erant, nec defuit unꝗ̃
Ambobus. [d] natura fuit: uaga gloria mundi
Omniparens. comitata modis uariegata multis
Profluit unde cruor, nodo deuinxerat uno [e]
Os uentris, lini nondum confluxerat uſus,
Nam genito lætatur adam, praui inſcius æui
Quem uocat ipſe chain genitor: nutritur & infans,
Nec minus ipſa ſoror perfecte tollitur [f] albo
Lacte piæ matris: nec ſunt faſtidia fletus,
Hoc natura iubet, natos ſeruare parentes,
EFFECTVM ſua cauſa fouet, tum ſemen arator,
Inq́; uirum creſcit: minus & præcepta parentis
Suſcipit infœlix: genitor quem duxit ad arua,
Quæreret [g] arte cibum: primæuæ & ſemina matri
Spargeret ipſe manu, ſic ſtant præcepta tonantis.

a ¶ Iuno aer. Tonuere flamina. i. venti graui ſtrepitu tum incumbunt põto.
Speties. i. contenta ſub ſpeciebus. Inq; gemunt tmeſis.
b ¶ Nũtia ploratus vox ploratus nuntia eſt motura quærellas propter cauſas ſequentes.
Vt cadat ſeu plorat ꝙ fertur ad oras latas a loco ſtricto: vt. i. tanꝗ̃ cadat.
c ¶ De calido vel quia venit e calido ad frigus.
Eliditur vel. ꝙ ſtrictis labris colidetur egrediens.
Expers ſeu terretur luce.
Pœnas vel diuinat mũdi pœnas quas paſſurus eſt.

d ¶ Ambobus. i. matri & filiis. Fœmina multi cultus matrona potens in ſimilitudine potentis matronæ docet matrem humani generis omnia quæ ſit factura & docet infantem quæ naturalia ſunt, hec. ſ. natura fuit.
Appoſitiue vaga gloria mundi, variegata variis modis pictis, & comitata multis modis.
e ¶ Vno. i. ſolo.
f ¶ Tollitur nutritur albo puro.
g ¶ Quæreret. ſ. vt priſmæue matri. i. terræ.

*Forte, die quadam, patula ſub fœmina quercu*
*Propter aquas fontis, tenui confuſa ſopore,*
*Pulchra iacet, quam uidit adam: ſomnoq́; iacenti*
*Oſcula confixit: ſponſam compreſſit & adam*
*Concubitu:[a] generatur abel fætura ſecundo*
*Altera, ſic proles magnum procedit in orbem,*
*Mitis abel: clare ſoror & pia proditur orbi.*
*Gaudia cuncta[b] docent: labor eſt non improbus æue*
*Tollere quos genuit, DVRAS ſi conterit uſus*
*Corporis ærumnas, longa experientia primi*
*Enixam partum docuit tolerare ſequentem.*
*Ignauæ haud liquere manus ſua uiſcera luſtris*
*Degere: uel putri foſſarum horrentia cœno,*
*Cælat ab arctoo,[c] uentis ſpirantibus, orbe*
*Infantes deffendit item, ne feruor adurat,*
*Ne eſuriant: ſitiantue cauet: ne mucor utrumq;*
*Inficiat, tuſſiſq; obſit, uel cruribus ijdem*
*Vatraces fiant (tanta eſt clementia matris)*
*Iis chain inuidit: toruoq́; inſpexerat hircquo*
*In fratrem, uultuq́; minax: & perfidus ore.*
*Hunc ſtimulat perſæpe manu, & pede pellit iniquo,*
*Hunc ſubſanat item, naſi ſub imagine torti*
*Chara patris ſoboles fit cura parentibus ardens*
*Ne ruat in fratrem prima: & turpiſſima proles,*
*Bile tumens uitrea, CVM re macreſcat opima*
*Inuidus: & uultu fatuus marceſcat honeſto.[d]*
*Quicquid agat pater: audet abel præponere fratri,*
*Creſcit abel: cui creſcit item cum corpore uirtus.*
*Creuerat ante chain: uitia & creuere maligno,*
*Conuocat hoſq; parens: natas compellat & idem,*
*Voceq́; nectarea conſueta ſilentia rumpit,*
*O Nati. nate q; meæ: mea uiſcera: mundi*

Mecum

a Secundo concubitu abel gignitur. Altera appoſitiue ſecunda fætura

b Cuncta nominatiuus eſt. Gaudia accuſatiuus eſt. Docent demõſtrãt. Tollere educare.
Si ꝑ quia primi. ſ. partus vſus enim minuit ærumnas corporis quoniam ex aſſuetis non eſt tanta paſſio. Et longa experientia primi partus docuit enixam tolerare partum ſequentem.

c Arctoo ſeptentrionali. Vatraces varicoſi. Chain vna ſillaba ſit. Ore ſermone. Sub imagine ſub ſimilitudine.

d Honeſto honeſtato honoribus hora. primo ſermonum ſaty.

*Mecum participes, mecum tentate labores*
*Multiiugos: mecum pariter poſt nubila,[a] ſolem,*
*Perq́; uicem fruges dent arua, ferantq́; colenti*
*Prouentus: tardosq́; ualens ſubmittat aratro*
*Dextra boues: pecudesq́; homini ſplendentia lactis*
*Munera: nectareo retrahat quoq; dona receptu,*
*NIL fruſtra natura dedit, ſudore paranda eſt*
*Eſca cibo: dominemur enim, namq́; omnia noſtro*
*Imperio ſubiecta iacent: ſi limpha placebit,*
*Limpha quidem, potus: ſed nos ſi uina iuuabunt*
*Vua dabit latices pedibus compreſſa, potenti*
*Aut ui preſſa manu:[b] quæ uult, eſt noſtra uoluptas,*
*Vos quoq; fœmineæ ſtripis uirtute minores*
*Accipite hæc animis: leuibus nec inania uentis*
*A mente abſcedant, rapido ceu flamine floci*
*Raptantur: ſudore graui nunc uiuite parto,*
*Penſa trahant ueſtráq; manus: & corpora lino*
*Velctis, lana pariter, non frondibus apta,*
*Ocia tollantur: non dat ſua munera tellus*
*Ni bobus diuiſa ſuis: laſſata ligone*
*Fit glacialis humus: frigentia flamina perflant,*
*Frigida nox horret: mutantur tempora: curſus*
*Cœlorum uarij: modo ſol: modo luna: quietem*
*Nulla[c] ſapit nobis, bene ſi comprendimus, hora,*
*Solus utriſq; labor: chariſq; nepotibus inſtat*
*Commiſſo amborum quod uos in uincula nectit*
*Ergo omnes pariter ſudent, peccauimus omnes,*
*Fas punire malos: ſerpens punitur, ab alto*
*Delapſi ad partes, flammis urentibus, imas*
*Angelici plectuntur item, pro crimine, uultus,*
*Vos mater diris oppreſſa doloribus orbi*
*Protulit: & miſero ueniant ſudoribus ade,*

a ℂ Poſt nubila poſt labores experimini lætitia.

Pecudesq́; ſerrant. Receptu a receptaculo mella trahat manus a fauo. Nil fruſtra .3. de anima natura nihil agit fruſtra.

b ℂ Preſſa manu potenti vi ſeptimus caſus eſt .i. virtute. Voluptas quæ vult eſt noſtra.

Parto reperta ſudore. Corpora non apta frondibus. Diuiſa .ſ. ſit. Curſus .ſ. ſunt varii Nulla hora.

c ℂ Vtriſq; nobis maribus & uobis femellis q̃a duo partes ſunt .ſ. marium & feminarum.

Quæ ſunt apta cibis & conuenientia uitæ
Ergo chain qui primus ades, qui fortior annis
Incole tu terram, curuo ſuccumbat aratro
Taurus: & ingentes uertant ſua robora glebas.
Quid pariunt peccata homini, fera uincla, dolores,
Eſuriem: triſtemq; ſitim, formidinis auctum
Exilium, inuidiam, lachrimas, ſine fine querellas,
Pauperiem, doxæq; [a] inopes, ſeruire iubenti,
Interitum lapſis, tot poſt tormenta, tenebræ
Suſcipiunt mortis, quos dira ſuperbia uexit
Per uentos uanæ, laſciua & flamina, doxæ,
Ergo laborandum, poſtquam commiſſa labores
Inculcant, [b] & quæ grauiora laboribus arui,
Ergo per hos uirides ad pinguia pabula, ſaltus,
Tu minor obſerua pecudes: armentaq; pingui
Paſce minor campo, caueat pia cura luporum
Incurſus: ubi pugna frequens, uictoria nulla
Contingit pecudi: tardo portabis aſello
Pondera, præſtabunt uictum ſilueſtria nobis
Corpora: tum pecudes dapibus ſua uellera iungent
Mitis abel tu ſume pedum: [c] tibi mantica tergo
Hæreat: ad uictum ſerua quod conuenit, atq;
Supplicijs [d] magnum prius hic laudato tonantem,
Vos natæ: ſeruate patris præcepta iubentis,
Mollia lina colum retegant: [e] & ſtamina fuſum,
Tela iugo incumbat, radius per aperta recurrat
Fila, premente pede, & retro ſecernat arundo,
Arguto & telam componat pectine uirgo, [f]
Subtili ac operetur acu: ſua corpora uindex
In frigus ſua dextra tegat: depellat & æſtum,
Corporis hæc [g] ſerua eſt, quantum iubet alta uoluntas,
Sitq; domi cuſtos mulier: mas arua reſcindat
Vomere:

a Doxæ gloria.
b Inculcant cumulant.
c Pedum baculum incuruum.
d Supplicijs ſacrificiis
e Retegant quia ſepe colus lino inuoluitur: & filo fuſus.
f Virgo puella.
g Hæc. ſ. dextra.

*Vomere: uel raſtris: paſcentem bucula campum*
*Intret: item pecudes: mortali & ſeruiat hero*
*Hoc genus: & præcepta ferat* [a] *dominantis ubiq;*
*Humani imperij: nec ſit diſcordia uobis.*
*Vade chain. diſcedat abel, tum iuſſa capeſſat*
*Veſtra manus: manus apta aruis: manus apta labori,*
*His dictis docuit tellus, quo munere: fiat*
*Fertilis: & læto ſua ſemina prodere campo,*
*Quæ frumenta ferant, quæ craſſa legumina: lentes,*
*Quæq; fabas dent arua rudes: uilemq; phaſellum,*
*Quæq; ferat regio primi* [b] *calidiſſima mundi,*
*Quæq; cadentis equi: rutilum ſuper æthera ſolem*
*Qui uehit: & medium regio quæ continet orbem,*
*Atq; ea quæ* [c] *contra eſt ſtridentia frigora perflans*
*Stellarum numeros docuit, tum robora, uires,*
*Virtutesq; ſuas, ſegeti quæ turpiter obſunt,* [d]
*Quæ proſunt, quod tempus item ſementis: & unca*
*Falce dies* [e] *meſſis: creſcentia gramina campis*
*Atq; manu extirpare ſuis, herbasq; fluentes*
*Luxuria: ſerere atq; graui, pro fructibus, agro*
*Arboreos, qui macra uelint: qui pinguia, truncos,*
*Arua ſudes: qui ſaxa petant: qui lumina: & umbras,*
*An montes optent plantæ an lata æquora: ualles*
*Siue magis poſcant, fœtus: prædixit & omne*
*Quod decet agricolas: cultrum: uomeremq;, trahamq;*
*In curuum fieri docuit, graue pondus, aratrum*
*Bobus: & inſtabiles plauſtri uoluentis ad arua*
*Cum tauris aptare rotas: & figere raſtros*
*Dentibus: & duro connectere ſarcula ligno,*
*Vertere tum terras: ferrum ſupponere frugi,*
*Et premere inflexis humentes falcibus umbras,* [f]
*Quid faciat lætos adamus: quid temperet agros,*

a Ferat precepta humani imperii dominantis vbiq.

b Primi mundi.i. orientis.
Cadentis occidentis.
Qui.ſ. equus

c Quæ contra ſeptentrio.

d Quæ.obſunt.

e Dies accuſatiuus .ſ. docuit.
Lumina ſolem.
Graue pondus bobus appo.eſt.

f Vmbras.i. incidere ramos inumbrantes terrã

Quidq; urat læta arua nimis morientia ſicco
Prædixit:bibulas ferroq; cauare lacunas
Ipſe,chain iuſſit:multæ ne meſſibus undæ
Proluuium noceat:duro dein frangere ſaxo
Farra:uel intritas[a] cribro ſecernere fruges,
Mos erit hic uitæ.tum facta ſilentia texit.
Suſcipit ipſe chaim patria fortiſſimus arte
Arma manu,intactæ quæ cuncta decentia terræ,
Sic parens armenta ſui,quæ mitia,patris
Iuſtus abel ſeruat:paſcitq; uirentibus herbis
Mitis inerme pecus:pecudes,cum uxoribus hircos,
Lactigeras nutritq; boues in uallibus imis,
Dorcades,& damæ uolucres comitantur inertem
Cum paſtore gregem:lepores & in arua fugaces,
Ceruaq; cum capris curuis in montibus errat.
Lanigero ſe gaudet equus miſcere triumpho,
Saltat aſellus iners,canis & blanditur eunti
Ad ſuccoſa gregi prono uillaticus[b] ore
Paſcua,& hic pecudes campo comitatur ouantes,
Omnia læta ſuos ouibus dant pabula fructus,
Pingueſcant,reddantq; ſuo de fructibus hero,
Fert tellus ſegetes:diſtendunt ubera mulctram
Non olidæ inuite ueniunt ad mulctra capellæ,
Copia ſed largi lactis mulctralia replet,
Gaudet adam,genitrix pariter uaga munera cernens
Et terræ & pecudum,phtongos,[c] & dulciter himnos
Ambo canunt,laudesq; pias dant ambo tonanti,
Lætus abel tanto iubilat pro munere:lætus
Ipſe chaim ꝙ terra ferat:ꝙ munera tellus
Porrigat:& ſe ſe iactat ſtirps atra parenti,
Detrahit & fratri iaciens conuicia:fructus
Præponit telluris item,quos[d] ubera mittunt,

Incitat

a Vel etiam intritas ual de tritas.
Vitæ viuendi.
Suſcipit manu arma terre quæcunq; ſunt decentia, conuenientia ipſi terre.
Parens obſequens mitis abel.
Se miſcere.
b Canis villaticus blanditur gregi eunti prono ore .i. capite & deflexa ceruice.
Campos deeſt ad.
Ouantes gaudentes.
Pingueſcant .ſ. vt
c Phtongos ſuaues.
Laus terre.
d Quos .ſ. illis fructibus quos ubera mittunt.

Incitat & pugnam uerbis:rationibus addens
Argumenta ſuis,ꝙ ſit terra omnibus author[a]
Omniparens dicatur item caro facta parentum eſt,
Qua ſine nil uiuit:quæ dat ſua plurima uitæ
Munera:& omnigenam præbet uiuentibus eſcam,
Fontibus emanant latices:ceu corpore ſanguis,
Hæc alit & pecudes:hæc magna armenta ſaginat,
Diuitias:[b] tua regna tibi:populumq; potentem,
Atq; ignis tellure latet:tum munus:& aurum,
Fertq; ſuas homini(ſplendentia munera) gemmas,
Adlectantq; oculos etiam ſine fructibus arua
Herboſo dum flore uirent:& uiribus almas
Herbarum quam[c] terra meret ditiſſima laudes,
Vnde domus,ni terra foret? quibus omnia fiant,
Hac lapides formantur enim,figulare ualemus
Hac etiam lateres,nobis ingentia tecta,
Non deſunt reſonæ.tamen hic,pro nocte cauernæ.
Sed teneant nos arua die:ſic iuſſa parentis,
Ergo meret tellus:magnarum præmia laudum,
At quid bruta[d] miſer? quorum præcordia terræ,
Prona meæ tantum:nec habent niſi uiſcera curæ,
Hircus olet:ſus putet:ouis turpiſſima proles,
Taurus & ipſe ferit,duro fera bellua,cornu,
Quem mea dextra domat:curuo & ſubnectit aratro,
Hos mea terra cibat,noſtro depaſta labore
Eſt ouis:& taurus:uili & cum coniuge,capre,[e]
Ergo ego ſum maior:noſtra ergo meretur honorem
Maiorem uirtus:poſuitq; ſilentia doxe,[f]
Mitis abel contra:tantum ſua iura tuetur,
Laudat oues:armenta ſimul,quæ mitia paſcunt
Se duce florentes,& pinguia gramina,campos.
Carne cibat:ſic lacte hominem.ſed uellere ueſtit,

a ℭ Author comunis generis ouidio .4. faſto. optima tu proprii nominis author eris.
Dicatur & dicatur
Vite viuenti.
Corpore a corpore.

b ℭ Diuitias : ſua regna. Populumq; potentem appō. Tellure in tellure Munus & aurum end. Munera appo.

c ℭ Quā quantū meret.

Sic pater adam iuſſit.

d ℭ Quid bruta.ſ.merent Cure ad curam.
Fera bellua appo.

e ℭ Capre pluralis eſt.

f ℭ Doxæ glorie ſuæ.

Pelle pedes defendit item,mea munera proſunt
Dixit abel:læto pingueſcunt ſtercore campi.
Qui ſteriles,pecudum caro ꝗ̃ mage fertilis exit,
Bruta quidem uiuunt:uegetos animalia ſenſus
Participant:a dulce nocens [a] animalia norint,
Improbat haud terram:terræ non detrahit almæ,
Non ait in terra ſerpens:turpiſſima buffo:
Et uermes:putres'q; ferunt fœtore cloacæ
Turpia:fert ſpinas tellus,fit'q; horrida duris
Sentibus:interdum condunt ſua pectora [b] uepres,
Obſeruat'q; ferax confecta cadauera tellus
Deformi tabo:& ſanie:ſi pulchra reſeruat,
At tacitum iuſtus clipeo ſe texit honeſto,
In fratris fera tela ſui,dein protinus ore
Obticuit uocem'q; piam ſine murmure rupit,[c]
Senſit adam rixas:primi & conuitia fratris.
Æua'q; rumores odij,ꝗ̃ mœſta,feraces
Audiuit:gemino retulit timor omne parenti,
Aduocat hos genitor:placido ſermone remulcet,
Aut quærit mulcere chain,de fructibus alto
Ardentem uultu,nimio'q; tumore ſuperbum,
Amborum'q; extollit opes:ne iurgia ſurgant,
Inuidiæ'q; oriatur onus:graue pondus [d] habenti,
Hortatur'q; ad ſacra duos libamina fratres,
Cognoſcat factura ſuum:pietate parentem,
Qui dedit hanc terram:terræ qui iuſſit inerti
Proderet hos fructus:& uiuo munera limo
Funderet hæc grauida terrenis frugibus aluo,
Offerat ergo deo,ſi qua eſt clementia,fructus
Primæuos terre natis pia dextera,dixit,
Oppiperis [e] ſacram reple tu fructibus aram,
Terreno cognoſce,chain,tu munere cœlum,

Quo

a Nocens amarum. Alme terre matri terre & altrici. Serpens.ſ.eſt. Turpes cloacæ .i. fetide

b Sua pectora. Confecta tabo.

c Rupit uocem.i.tacuit. Rumores feraces odii. Gemino parenti.ſ. ade & euæ. Aduocat ad ſe vocat. Superbum de fructibus terræ.

d Graue pondus appoſ nam inuidia eſt pondus habenti. Cognoſcat deeſt hortatur ut. Viuo limo hoc eſt homini. Hæc.ſ.terra Dixit natis.

e Oppleris pinguibus & affluentibus.

Quo ſine nil terræ eſt, uirtus naſcentis ab alto
Sidere declinat, quid enim?[a] niſi phœbus in aruis
Proderet ingenuas ſoror & ſua cinthia,[b] uires?
Hos tamen æterni fœcundat gratia patris,
Cuncta ſuæ fecere manus, ſua pluribus offer
Supplicijs dilecte chaim, data munera creſcunt.
Tu[c] teneram prebebis ouem: tu carne litato
Nate minor: mulcentq; iouem præcordia parui
Corporis, AD LEctant puriſſima corda tonantem.
Erexere aras, uiuo de caſpite, colli
Arrident[d] frondes uiridi, uelamina, mirto
Decliuæ uallis: carpunt uirgulta diones,
Et phœbi ingenua uelant altaria lauru,
Turaq; legit abel, ſpirant & odoribus aræ,
Vilia dona chaim, lini dat ſemina magno
Pauca ioui ingrata, uaniſſima munera, mente,
Fumus ab oblata totam circumrotat aram,
Nec flamma illuxit: frater minor omnibus unam
Selegit gregibus, uilis candentibus, agnam,
Hanc pronus: terræq; humilis mucrone reſoluit,
Extaq; ſupplicibus, toto cum corpore, palmis
Offert mitis abel: mox ignis ab æthere luxit,
Mox pia dona deus cœlo proſpexit ab alto,
Qui prius hunc iuſtum uidit, ſua dona uolentem
Offerre, AT nil dona ualent: ſi ingrata[e] uolũtas.
Mox ſumpſit pia flamma dapes, tum protinus atrox,
Inuidia anguigeris repleuit crinibus atro,
Felle chaim: liuore chain: dein feruidus ira
Fraude uocat fratrem, frater crudelis, ad arua,
Tumq; chaim percuſſit abel uexatus erymni,
Sic pie[f] nodoſo percuſſus fuſte quieuit.

Libri Tertij Finis.

a ℂ Quid enim. ſ. eſſet.
b ℂ Et cinthia ſua ſoror. Gratia patris. i. honorem datum cælo & luminibus cœli, omnino prius erit dei qui omnibus uirtem preſtat. offer deo ſua quæ. ſ. ipſe fecit. & tibi dedit. Supplicijs ſacrificiis.
c ℂ Tu abel.

d ℂ Arident colli frondes.
Vellamina appõ.
Diones veneris hoc eſt mirtum.
Munera appo.

e ℂ Ingrata. iolens.

f ℂ Pie quieuit.



## ARGVMENTVM IIII.

Quartus habet lachrimas: & pectora pulſa parentũ,
Seq́; chaim cellat, quem iuppiter ore minaci
a Rogat Interrogat.
Encecto de fratre rogat,[a] tumulatur & antro
Iuſtus abel: dirusq́; chaim cadit ipſe ſagitta,
Prædicit uentura pater: docet omnia natos
Doctus adam, ſperanſq́; polum migrauit ad orcum.

Ioannis

# IOANNIS MARIÆ VELMA*tij bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum, Cardinalem tranenſem chriſteidos liber quartus incipit.*

VERTITVR *in lachrimas*
*cœlum: uaga lumina titan*
*Obcœcat. radij noctem ſubicre ſilentem,*
*Dat ſigna in tenebris ſplendentia feruidus æther,*
*Dant ſonitum nubesq́; feræ: tonitruq́; mouentur,*
*Terra fremit:*[a] *mugitq́; ſolum: trepidæq́; uolucres*
*Aera percurrunt totum, ſtridentibus alis,*
*Atq; metu horrendas trepidant habitare cauernas,*
*Beſtia quæq; fugit: ſolito nec territa luſtro*
*Tuta iacet: formidat humus*[b] *pro pe littus, & æquor,*
*Sola domus tacitæ iubilat miſerabilis umbræ,*
*Quæ claro fit mœſta die: ſtupet inſcius adam,*
μιp[c] *ſtupet & genitrix tenebras incumbere terris,*
*Nulla docet ratio cœlum nigreſcere tetro,*
*Corda pauor pulſat: tenebroſum deſerit antrum,*
*Arua petit primusq́; parens ubi uita*[d] *reliquit*
*Ingenuum crudelis abel, & repperit aruo*
*Vulnere confoſſum, capiti quod fuſte refixit*
*Ter ſub luce chaim ſcelerati teſte reatus,*
*Vulnere mox oculis in multo ſanguine lapſum*
*Cernit abel: tepidum ſpumantemq; ore cruorem,*
*He heu, proclamat genitor. proſternitur atræ*
*Pronus humi, & rigidos calcans complectitur artus,*
*Nate, manus quæ dira tibi læto abdidit*[e] *atro*

a ℂ Fremit ꝓpter ventū.

b ℂ Humus formidat. Domus vmbræ infernus.

c ℂ μιrce te.

d ℂ Vita crudelis. Ingenuum abel. Aruo in aruo. Quod.ſ.vulnus. Refixit bis & ter intulit Sub luce teſte ſcelerati reatus. Vulnere propter vulnus. Atre propter cruorem pronus humi atræ.

e ℂ Abdidit quæ dira manus abdidit leto atro vitam indignam honore & confecit vitam indignam formidine mortis .ſ. non merentem horrorem & formidinem leti.

*Horrore indignam, & mortis formidine uitam,*
*Confecit? quid nate ioui tua debilis ætas*
*Commeruit? peccauit adam: te pœna flagellat,*

a Ab alto mundo.
Crimine noſtro.

*Vmbrarum loca cæca petis. tu primus ab alto*[a]
*Crimine depulſus noſtro: tu dira parenti*
*Tecta paras fili, perfers & nuncius orco*
*Crimina mundana, e ſtirpis confecta cruore,*

b Commiſſa cura a parente eſt.

*Frater ubi eſt? cui cura tui commiſſa*[b] *parente,*
*Inflixit tibi nate chaim miſerabile uulnus,*
*Qui tibi frater erat: dolor: ó dolor impie mentis*

c Breuiato uitam annis meis ne ipſa compreſſa longo tumultu procedat. i. diu viuat.
Tenus cruore.

*Anguſtæ, breuiato*[c] *meis, ne longius, annis*
*Procedat, uitam. longo compreſſa tumultu,*
*Sat mihi ſit uixiſſe tenus, tenus ipſe cruore,*
*Et nati uidiſſe necem, quæ pœna nefandi*
*Criminis ex adam: ſicut diuina minata eſt*
*Maieſtas, ligni morſu, mors horrida tardas,*
*In mea damna pia es? fateor peccaſſe: moraris?*
*Ipſe ego ſi mortem meror: conuicta reatu*
*Præda malo celeres acue in mea corda ſagittas,*
*Mille quidem mortes uideo: nec terreor una,*
*Vna ſatis tantum eſt, leniat una dolorem,*

d Quem nequeo pati viuens niſi moriar.
Necto. ſ. abel filio.

*Quẽ nequeo*[d] *ſine morte pati. MORS uita dolẽtũ eſt,*
*Fœlici mors pœna uiro, dein plurima necto*
*Oſcula conduplicat: fœdataq; puluere ſiccat*
*Vulnera: & ad lachrimas elementa liquentia mœſto*
*Inuitat: fletuq; feras & uoce querenti,*
*Antra boant, reboant iterum clamore ſupine*
*Conualles uaſto, arrectas & protinus aures*
*Coniugis impleuit clamor: quæ percita campos*
*Tranſilit: & uocem planctu lachrimoſo ſonantem*
*Arrecto aſpectu: bibula miratur & aure,*
*Ad loca delicti uenit: loca plena doloris,*

Cernit

*Cernit & ingenuum confoſſum tempora natum,*
*Puluere & aſperſum fili caput, hei mihi, mater*
*Exclamat: lachrimæq; fluunt per uulnera nati,*
*Et nullum ſolamen erat, medicamina pœnæ*
*Nulla quidem miſeris. lachrimæ ſunt omnia mœſtæ,*
*Cordibus & ſentes ſunt omnia: & omnia uepres,*
*Omnia flammarum pœnæ diſtenta [a] ſuperbæ,*
*Nulla quies, mors ſola quies, ſi accederet, ergo*
*Nulla quies: miſeris auget dolor ipſe dolorem,*
*Compellant clamore chaim conuitia iactant,*
*At miſer in tenebris latitat contectus in umbra*
*Speluncæ, & patriam fugit, [b] ſibi conſcius, iram,*
*Corpus abel humeris referunt mœrore parentes*
*Aſperſi: ſuauis [c] fundunt & odoribus herbæ,*
*Officium faciuntq; pium: dant tura ſepulchro.*
*Laudibus & tumulant defunctum corpus: & himnis*
*Aere uitali: deſunt nec carmina ſaxo.*
*IVSTVS abel [d] iacet hic fraterna morte peremptus,*
*Humanæ pars ſexta perit æquiſima gentis,*
*Intonuit geminis mala fama ſororibus atræ*
*Sortis: [e] & impleuit mœſtas rumoribus aures*
*Inuidiæ in fratrem fratris ui: & cæde peremptum,*
*Hæ flentes tacitos incuſauere perentes,*
*Qui diram tacuere necem: qui funera [f] fratris*
*Iuſtitio priuata ſuo: tum proxima conſors*
*Temporis in partu, pœna torquetur eodem,*
*Quam dira alecto ſceua & proſerpina multo*
*Inſtruxit liuore truci: furioſa ſororem*
*Perderet ingenti ſaxo: uel callida fuſo*
*Inſontis [g] tenui inocuos terebraret ocellos,*
*Cuius frater abel fratrem confecerat atro*
*Fuſte chaim, obtutu iactabat lumina toruo*

a ¶ Diſtenta plena. ſ. ſunt flammarum pœnæ ſuperbæ. i. magnæ.

b ¶ Fugit preteritum eſt.

c ¶ Suauis herbæ. Fundunt corpus.

d ¶ Epitaphium abel. Perit pro periit & longa eſt.

e ¶ Sortis caſus. Rumoribus inuidie in fratrem peremptum violenti cæde fratris.

f ¶ Qui funera tacuere. Iuſtitio fletu. In eodem. i. quæ nata fuit in eodem partu cum abel multum cruciabatur.

g Inſontis ſororis. Cuius. ſ. ſororis. Obtutu obtuitu.

a ℭ Iniquos inimicos.
Innocuæ ſorori.
Canibus .i. furiis rapta.

b ℭ Hanc ſororem abel.
Filia quintus eſt.
Quæ pia .ſ. es.

c Liuore odio.
In ſimilem in ſororem.
Qua ope.
d Sororem ſine fraude .i. inſontem.
e Quid tibi miſeræ cũ fratre chaim.
Mea cura parenti eſt .i. mihi parenti.
Maiora morte & dextra chaim .i. maiora mala me remur q̃ mors abel. & q̃ dextra chaim qua abelus fecit ſarculo.
Cauendum eſt in futurum ne ruamus contra iuſſa io uis facientes maiori lapſu
f Ne vertamus terga tonanti miſſuro illos qui fedarint crimine ſuperbo iuſſa: & precepta regentis mundum.
Nocentia nobis & vobis Conſuluit ſtatuit ducere vitam celibem.
g Natiua incendia naturalia appõ eſt. non obſtat q̈ ponat veterem dione natam. deinde dicat ſpumigenam quia poete has veneres confundunt ſic de mercurio. & aliis diis. Ordo eſt adam cõſuluit decreuit uitare ue neẽ r ſpumigenam dione natam. Diſplicuit æue q̈ mors dira fuit cauſa q̈ adam diu volebat ſtare ſine ea.

*Mœſta ſoror nacti: atq; oculos uertebat iniquos[a]*
*Innocuæ, canibus rapta, & male ſana ſorori*
*QVID non ira facit rabido uexata furore?*
*Ira furor breuis eſt, furor eſt inſania turpis.*
*Hanc[b] compellat adam, fraternæ filia cædis,*
*Quæ pia (quæ lachrimas: luctus: ſuſpiria mœſto*
*Pectore fundebat, ſæuos & tecta dolores*
*Corde gerens vultum macie: liuore:[c] ueneno &*
*In ſimilem, poſcebat opem, qua traderet orco*
*A prauo ingenio, inuiſam, cum fraude, ſororem)*
*Filia quis furor eſt? & quæ te inſania raptat*
*Filia? quid fatuo laceras turpata dolore*
*Cor patris? & fletu mœſtæ genitricis amaro,*
*Et mordes liuore tuam, ſine fraude,[d] ſororem?*
*Quid miſera[e] cũ fratre chaim? mea cura parenti eſt,*
*Tu mea cura ſequens, deme ipſa dolore dolorem,*
*Nos deus excruciat: mala nos maiora meremur*
*Morte pij fratris: tum dextra fratris iniqua,*
*In magni præcepta iouis de errore cauendum eſt,*
*Ne rurſus maiore gradu, de iure, ruamus*
*Criminis: & ſummo uertamus[f] terga tonanti,*
*Miſſuro orcheis laribus: qui iuſſa ſuperbo*
*Crimine fœdarint, mundum, & præcepta regentis,*
*Deſine flere: ſat eſt fratrem fleuiſſe ſepultum,*
*Sic iuſſit qui iuſſa prius dedit illa parenti,*
*Ne raperent uetitum noſtra ora nocentia pomum*
*Et nobis: uobisq; ſimul: tum uerba coegit*
*Pectoris in curuis laribus latitare ſilentis,*
*Conſuluit neſcire torum: depellere charos*
*Coniugis amplexus: & ſe uitare dione*
*Spumigenam uenerem, natiua incendia,[g] natam,*
*Diſplicuit mors dira piæ nocitura parenti,*

*Perpetuam*

Perpetuam ſeruaret adam, ſine coniuge, uitam,
Amplexus fugeretq́; ſuos, TOT flumina pontum
Incurrunt: multo ſatur eſt nec flumine pontus
Quas uomit abſorbet tellus miſerabilis undas,
Fœmineos ſic plura locos pungentia tela
Inculcant: ſtigij ſatura eſt nec gurgitis orca,
E ſumo interea pietas, comitante caterua
Virtutum, cœlo terras uiſura, cruore
Immerito aſperſas, mœſtos delapſa parentes[a]
Alloquitur: gemitus patrum miſerata ſeueros
O genus humanum: manuum factura tonantis,
Diuina deprompta typo: quæ lurida peſtis
Vos agit in lachrimas? paſſis[b] quæ uerbera palmis
Pectora diſcruciant? magno reſonantia cœlo,
Fingebat neſcire malum (quando omnia nouit)
At pater in gemitu trepidans pallentia rauce
Ora manu lambens decreta ſilentia ſoluit.
Heu diuina cohors, miſerum me, ſacra propago,
Quis mihi ſolamen tribuat? quæ terra lituras
Suſcipit in lachrimis? ſi detur copia patri
Pro nato, fontalis aquæ: ſuccurrat[c] amaro
Luminibus mœſtis, cæcidit qui fraude doloſi
Fuſte chaim, diuina chaim facturus ad aras
Supplicia[d] æterno: languenti pectore parca
Munera parua manu terræ de frugibus aræ
Obtulit: oblatis & nunq̃ flamma reluxit,
Mactat abel teneram, uilis candentibus, agnam,
Pinguis erat: primo ſurrexerat ungula menſe,
Manſuis ac aræ fuerat, ceu prona tonanti,
Enſe cadit. delapſa foco diffundit odorem
Victima: ſidereo tandem conſumitur igni,
At furor indomitus, triſtis genitura,[e] malignæ

a Pietas parentibus.
Factura appõ eſt.

b Paſſis apertis.

c Succurrat .ſ. vt patri amaro copia lachrimarũ Qui abel doloſi .ſ. chaim.

d Supplicia ſacrificia.

e Genitura appõ. eſt. Furor inuidiæ filius.

Inuidiæ: ſtimulatq; chain: ipſiq; miniſtrat
Arma potens:[a] perimit, perſtricto fuſte, pudicum
Sæuus abel: ſtygio fratrem demittit & orco,
Hæc angit me cauſa potens, quis triſtior unq̃
Adam erit? & miſeros odij uiolentia torquet,
Vna[b] duos perimit: mærens & liuida natos
Inuidia. pariter perimentem, & fuſte parentum,
Hic uitam iuſtus multo cum ſanguine fudit,
Ille animam turpi ſcelerauit crimine: uterq;
Ergo perit: merito ſurgunt ſuſpiria, fletus
Accelerant lachrimas, gemitus uoluuntur ab imo
Pectoris arcano: ſi nos uexilla reatus
Extulimus primi: ſcelus & deforme parentum
Morte piat[c] genitus geminos quis talia cernens
Temperet a lachrimis oculos, ubi peruius error
Ducit ad infernas patrati criminis ædes,
Amplius[d] in uenerem noſcendæ coniugis adam
Venerit, ut gignat, ſi primum ſemen abhorret
Vitales auras, & ligna ardentia flammis
Adijciunt geniti: nocuit, peccaſſe parentes,
Flebat hic, articulis inter ſe pectine iunctis,
Depreſſo ijs non ulla genu ſolamina carpens,
Cui pietas induta humili, ſate uirgine terra,
Hæc reddit: tu liber homo: tibi libera proles,
Sin[e] homo non ille eſt: ni ſit ſibi laxa uoluntas,
Nil agis aſtrictus, ſæuo in tua facta iubentis
Imperio: pariterq; nihil tua germina promunt
Inuite: haud ullo coguntur ad impia uinclo.
QVOT[f] capita inſtabiles, tot p̃ diſcrimina mundi
Inſurgunt mentes, & erit uariabilis uſus
Viuendi: & certo non uno fine uoluptas
Corporis humani proprios direxerit actus,

Omne

a ¶ Potens. ſ. furor.
Perimit. ſ. chaim.

b ¶ Vna ſola inuidia.
Perimentem participium preſens pro preterito.
Hic abel.
Ille chaim.
perit periit.
Primi reatus, uel nos primi.

c ¶ Piat expiat abel morte ſua parentum ſcelus
Peruius aſſuetus.
d Amplius adã uenerit
Pectine pectinatim.
Depreſſo genu.
Iis. ſ. articulis.

e ¶ Sin ſi non ſin autem homo non ille eſt. i. homo non eſt homo ſine libertate.
Nil agis ſuperbo iubentis imperio in tua facta.

f ¶ Quot capita tot ſententie tot uſus. hoc eſt tot operationes quæ ſententias ſequuntur.
Voluptas humani generis.

*Omne hominum uulgus ſtudia[a] in diuerſa feretur.*
*Hic uallem, cum rete canes, currentia ceruos*
*Armenta, incenſo, capiat, ſeruabit[b] amore,*
*Ille arua inflexo pronus proſcindet aratro,*
*Tertius ad termulum, curuatis nauibus, æquor*
*Portabit merces latum, cum mercibus orbem*
*Viſurus: uanos aliquis tentabit amores,*
DIVERSI *diuerſa petent. non una uoluptas*
*Ergo erit in uobis, paria & non præmia, bellum*
*Qui uolet, accipiat ſæui terrentia belli*
*Vulnera, qui pacem pacis ſolamina[c] ſanctæ*
*Iniuſte qui nectus abel redolentia cœli*
*Dona habeat, fœlix æterna pace fruatur.*
*Temporis a[d] multo, digeſto crimine pœna*
*Arborei fœtus noſtræ pietatis amaro*
*In genus humanum, (ſic ſtat ſententia) iuſſu,*
*Sentiet infernos, frater qui perfidus, ignes*
*Fuſte dedit fratrem diro, tua uiſcera, læto,*
*Pœniteat: ni forte ſui ſine fraude, reatus,*
PARCI*tur in miſeros, quorũ mens prona potenti eſt*
*Pro uenia: pro pace ioui: ſin tartara: & æſtus,*
*Sentiat horriſonos: diræq; incendia flammæ,*
*Hoc mea iuſta comes nudo in ſcelerata mucron:*
*Præcipit, hoc aliæ cupiunt ſeruare pudicæ*
*Virtutes: & ut una ſuo non detrahat unq̃*
*Imperio alterius: ſed ſit connexa poteſtas,*
*Cætera turba fremit:[e] mœſto & diſcedit ab antro*
*Inuentura chain: miſer hic latitabat in umbra*
*Dumoſi nemoris, multæ, ut[f] fera lurida, ſiluæ,*
*Horriſono inuentum quem ſola aſtrea tenore*
*Compellans: ubi frater? ait. qua in parte moratur?*
*Armentis qui læta chain[g] noua paſcua latis*

a ℭ Varia hominum ſtudia.

b ℭ Seruabit obſeruabit vallem. Amore ſtudio. Armenta appõ eſt. Capiant. ſ. vt canes capiant.

c ℭ Solamina. ſ. accipiat Abel qui iniuſte occiſus eſt.

d ℭ A poſt multum temporis. i. poſt paſſionem chriſti. Fetus genitiuus eſt. i. partus Digeſto deleto crimine pœna fœtus arborei. Amaro iuſſu noſtre pietatis erga humanum genus quod tamen pium fuit quo ad hominẽ. ſed amarum quo ad mortem chriſti. In erga vir. eneidos accipit in teucros Cice. offi. i. videndum eſt ne non ſatis id quod apud platonem eſt in philoſophos dictum eſt. Tartara & æſtus endi. Iuſta comes. i. iuſtitia In ſcelerata in flagitia.

e ℭ Fremit cõſentit virg. i. talibus illioneus cuncti ſimul ore fremebant.

f ℭ Vt tanq̃ fera chain latitabat in ſiluis. Quem inuentum.

g ℭ Chaim vocantis eſt his latis agris læta pinguia.

His tecum præbebat agris, cuſtode relicto,
Dic age cur pecudes non ulla in ualle morantur?
Pars nemora alta petunt: pars flumina curua retentant,
Nulla quies pecudi, nec ibi ſtat limphagus[a] ardens
Paſtor at ipſe lupus: pecudes non iuſſa receptant
Humanæ uocis, trepidant ſub matribus agnæ,
Dic ubi frater abel? cui protinus inuida proles.
Forſan ego cuſtos fueram: & tutella minoris
Ipſe ego ſim fratris? quo uult: qui liber oberrat,
Duraq; qui gemino retinet pede uincula nusq̃;
Huic dea, proclamat iuſti uox ſanguinis ad me
Vlciſcar quem fuſte, chaim,[b] demiſeris orco,
He heu commiſſum maius grauiora minatur
Vulnera reſpondet: nec ait perimiſſe: nec idem
Peccaui infœlix: ſed deſperatio tantum
Armauit liuore chaim: tum protinus addit
Sim data præda feris: cœlum mihi, maximus æther,
Aura leuis: pontusq; ſimul fera prælia tentent,
Viuentum genus omne petat mea pectora morſu,
Degam ego per ſiluas, mea nec conſortia ſiluæ,
Nec fera ſæua uelit: neget & ſua pocula flumen
Terra cibum fugiat:[c] moriar ſine morte: fugentq;
Quæq; creata chaim: quis me infœlicior alter
Vnq̃ erit in toto: magis & miſerabilis, orbe?
In tenebras uertatur item prælucidus æther,
Sitq; die nox atra magis, phlegetonta parabis
Summe deus miſero ſceleri non ulla medella eſt,
Nulla ſalus ſeruata chaim, flamma impia tantum
Oſſa urat ſcelerata chaim. feruentius ignes
Mens[d] ferat ardentes, hec ſint ſolamina: tandem
Me perimat quicunq; uidet: clementia deſit,
Dixit: & ad rapidos celeri ſe parcitus amnes

Contulit

a ℭ Limphagus canis lupum comedens.

b ℭ Chaim vocantis eſt Deſperationem chaim. Reſpondet.ſ.chaim

c ℭ Fugiat neget. Fugent a fugo gas.

d ℭ Mens anima magis crucietur æterno igne.

Contulit:in præceps ut ſe daret exul ab ipſo
Hunc furor inuaſit triſtis:proſerpina torquet,
Tiſiphone,alecto cruciant:ſæuitq; megera
Hunc reliquæ rapuere deæ phlegetontis iniqui:
Inde loco,[a] ac aliæ cæſſit prudentia turpi,
Et dea,[b] quæ gemino liquidas contemperat undas
Vrceolo,herculeum domitat quæq; illa leonem,
Nec minus enſitenens:pietas ibi nulla:receſſit
Virtutum decus omne decens:dolor improbus arces
Occupat humanas:& peſtis lurida:liuor[c]
Impietas inimica bonis:diſcordia mendax,
Inuidia,& rabies:furtum:dementia,rancor,
Et tremor in labijs:macies:mens effera:nusq;
Tuta fides,odium,tum torui luminis atra,
Ingenij & ſpecies:error miſerabilis:ingens
Pauperies.QVI pulchra fugat,fit turpibus hoſtes.
Et mala cuncta chaim miſerum comitantur euntem,
Terruit at rapidus miſeri pauitantia gurges,
Exanguis,fluuij uiſis exorruit undis,
Retraxitq; a morte pedes.TImor[d] omne timenti eſt,
Conſuluit ſiluas:ac antra horrentia:cautes
Eſſe ſibi,[e] dum uita,lares,perfunderet artus
Vitali uirtute,ſuos:& uiuere raptu.
FVRTA decent ſegnes:uitæ quibus horrida uirtus,
Terra quidem miſero uictum perfuſa[f] negabat
Sanguine fraterno.COELI cui gratia deſit,
Quam mage telluris deerit pia copia magnæ.
At repetit diuina cohors,ubi maximus adam
Primus in orbe parens queſtu antra:& ſaxa[g] cancro
Replebat:natæ pariter:mage flebilis uxor,
Pectora:& ora ſimul multo ſuffuſa rubore
Se dabat in lachrimas,& poſt ſolamina:patri

a ¶ Turpi loco pruden-tia receſſit.ac aliæ virtu-tes a turpi loco.
b ¶ Prudentia.
Temperantia.
Fortitudo.
Iuſtitia.
Pietas cũ aliis virtutibus.
c ¶ Liuor appõ peſtis lu-rida.
Inuidia & rabies end.

d ¶ Timor naturalis.

e ¶ Eſſe ſibi lares.
Viuere raptu conſuluit.

f ¶ Perfuſa fraterno ſan-guine tanq; excomuni-cata.

g ¶ Antra & ſaxa endi.

Coniugium carnale iubent: ne ſemina iniqui
Dira chain totum repleant crudeliter orbem,
A ueteri ſed ſurgat adam, ſtirps mitior orbi,
Vnde homini cœleſtis eat[a] latura ſalutem,
Læta parat genitrix uiuo de ceſpite, iuſſu
Tura focis: ſanctæ ſpirant & odoribus aræ,
Exilit: & circum diuino altaria cantu
Æua nimis iubilans: ſtimulatq́; ad ſacra maritum,
Sacra ioui referunt: & mox in uota uoluptas
Surgit: & inuictæ recolunt præcepta parentes
Naturæ: ſtirpemq́; ferunt, ut prima, gemellam,
Progenuit, fœtura, duos, uoluentibus annis
Natos cum proprijs genuere ſororibus ipſi
Quamplures: mas ſponſus erat: ſed fœmina coniunx,
Sic populos auxere ioui, cum patre, nepotes,
Nullus erat diſcors: concordia ſola regebat
Primorum ſub lege patrum: maioribus æuo
Parebat qui ætate minor: uita inclita tandem
Patris adæ, a natis[b] multo proceſſerat anno:
In dorſo curueſcit enim, ſubeunte bacillo
Dextra regit corpus: genibus tremit: ora ſituq́;
Palleſcunt: rigidæq́; manus: dolor ingruit:[c] horret
Frigore iam totum corpus, pituita fatigat
Pectus adæ: ac optat uite natura calorem,
Mors acuit celeres, horrentia tela, ſagittas,
Innouat & ſerpens iterum noua prælia, ad undas
Vt ſcopulus dureſcit adam: nec tela: nec iras
Permouit crudelis hidræ,[d] RApit ipſe uolentem
Demon: & incumbens nolenti inglorius armis
Circunſtant nati carioſum tempore patrem,
Hic petit a ſummo ſummæ pietatis oliuum[e]
Cœlorum fabro: ueniamq́; mereatur obortis

Pectoris

a ℂ Eat veniat. Vnde a quo adam veniat ſtirps cœleſtis .i. Criſtus laturus homini ſalutem ſed nō de ſemine chaim. Læta iuſſu .ſ. virtutum in adam vt procreet filios. Aræ de uiuo ceſpite. In vota contra vota: Præcepta nature ſunt vt coeatur. Inuicte inuiolabilis: inuincibilis. Vt prima fœtura progenuit duos. Voluentibus volubilibus. Nepotes rectus eſt auxere populos. Nullus erat diſcors cum patre.

b ℂ A natis poſthabitos natos.

c ℂ Ingruit augetur. Optat calorem ergo deeſt calor. Horrentia tela appo eſt. Nec tela: nec ira endi.

d ℂ Hidræ dæmonis qui iam ſerpentis formam ſumpſerat. Inglorius .ſ. eſt.

e ℂ Oliuum pietatis oleum miſericordiæ.

*Pectoris in gemitu lachrimis:dein uoce reſoluit*
*Quæ latitant ſub mente graui:docet omnia natos,*
*Vt ſileant uerboq́;[a] iubet pater optimus,alto*
*Materiam ſermonis habet,ſic talia fatur.*
*Iuppiter eſt factor cœli:ætheris:aeris:undæ,*
*Telluris pariter,craſſoq́;[b] & corpore uiuunt,*
*Et ſine quæ ſapiunt:cui credere uita,periclum eſt*
*De fabro hoc ſentire ſecus,priuatio uitæ,*
*Vera ſalus trino iungi mortalibus unum,*
*Credentes uniq́; iubet concludere trinum,*
*Et neq; perſonas fas ſit confundere ternas,*
*Nec maneat diuiſa trium ſubſtantia diuum,*
*Hoc ego,per mentem[c] noſco quæ trina poteſtas,*
*Quam ſibi perſimilem conflauit iuppiter æquam.*
*A nato perſona patris diſtinguitur,atq;*
*Spiritus a primis perſona diſſidet,horum*
*Doxa erit æqualis:diuina æterna poteſtas*
*Qualis erit genitor,talem meditabere natum,*
*Talis adeſt ardor[d] patrem ſed nemo creatum*
*Proferat:& germen:ſimilis ſibi tertius adſit,*
*Principium:mediumq́; ſimul,ſimul unctio,grandis,*
*Eſt pater æternus,proles,dilectio,& horum*
*Non tantum æterni tris ſunt,æternus at unus,*
*Immenſi nec tres,ſolum proponimus unum*
*Immenſum,immenſus pater eſt,ſic natus,& ignis,*
*Hic pater:hic natus:fons hic:deus unus:& alter,*
*Tertius & deus eſt,dominus,dominus,dominusq́;,*
*Hic,ille,ac ille eſt,dominos nec dicere fas tres,*
*Nec dicas tris eſſe deos:pater omnipotens eſt,*
*Filius omnipotens,eademq́; potentia dono,*
*Nec tantum hi tres ſunt diuiſi cuncti potentes,*
*Perſonam nos quamq; deum compellimur unam,*

a ℭ Verbo præcepto,alto ex alto.

b ℭ Quæ.i.eorum quæ. Quæ ſine corpore ſapiunt.i.viſibilium:& inuiſibilium.ſ.angelorum.
Cui deo credere vita eſt mors autem non credere.

c ℭ Per mentem.per animam. Hoc ego conſiderans animam ſimilemq; deo faciens adam conſiderauit trinitatem perſonarum:& eſſentiæ vnitatẽ.
A primis a patre:& filio
Doxa gloria.

d ℭ Ardor ſpiritus ſanctus.
Germen filius.
Tertius ſpiritus ſanctus.
Principium pater.
Medium filius.
Vnctio ſpiritus ſanctus.
Proles filius.
Dilectio ſpiritus ſanctus
Ignis ſpiritus ſanctus.
Fons ſpiritus ſanctus.
Vnus hic pater.
Alter.i.filius
Tertius ſpiritus ſanctus.
Dominus pater.
Dominus filius.
Dominus ſpiritus ſanctus

a ℭ Crimen.ſ.ſeſt.

*Et dominum,tris eſſe deos ſed ponere crimen*[a]
*Eſt pater a nullo:non ulla creatio patri,*

b ℭ Satus.i.filius.

*Non idem factus:ſatus*[b] *a genitore uenitq́;,*
*Quem pater haud fecit,genuit,non ipſe creauit,*

c ℭ Ignis.ſ.ſanctus.
Flammæ ſpiritui ſancto.
Fonti ſpiritui ſancto.
Satus unus filius unus.
Amorq; ſpiritus.ſ.

*Ignis*[c] *ab utroq; eſt,ſed nulla creatio flammæ,*
*Atq; neges factum,ſola eſt proceſſio fonti,*
*Nanq; igitur pater unus erit,ſatus unus,amorq́;,*
*Ter deus:una tamen ternis eſſentia ſacris,*
*Nil prius in trino hoc:non ille nouiſſimus horum,*
*Nil maius,nihil atq; minus.quæ gloria patri,*
*Hæc eadem genito,coæternaq́; doxa miniſtro,*
*( Vt iuſſum eſt ) igitur uobis ſit ter deus unus,*
*Vnus ter:terq́; unus erit dominusq́;,deusq́;,*
*Sentiat hoc:æterna cupit qui gaudia mente,*
*Quicquid ineſt primo deus eſt ( nec falimur ) ente*
*Quicquid habet genitor nati uult eſſe benigni,*
*Perſonæ æquali pariter referuntur amore,*

d ℭ Superæ oræ regioni ſuperiori.

*Solus amor ſuperæ*[d] *nunq̃ conceditur oræ,*
*Nanq; in perſonis ſumma eſt concordia ſacris,*
*Hoc unus:uult alter idem,tris,unica mens eſt,*
*Tres uidet ipſe,deo ſe ſe dum cernit in uno*

e ℭ Cum luce ingenii Trina figura.

*Iuppiter,hic hominem trina cum luce*[e] *figura*
*Ingenij conflat,toti quem preficit orbi,*
*Sed ruit ingratus ſummo delapſus olympo*
*In præceps:ueſterq́; parens ſecum omnia traxit*[f]

f ℭ Traxit nos ad omnia mala.
Quæ mala omnia.

*Ad mala: uos ulla charos,ſine lege,nepotes,*
*Quæ defecturum uaſtis bis cladibus orbem*
*Oſtendent:flammis mundus rapictur:& unda,*

g ℭ Lupa auaritia allicíat.
Ignifero voraci.
Caro luxuria.

*Vt lupa*[g] *quæ ignifero mundi uorat omnia dente,*
*Alliciat rapidas tormenti in uincula fauces,*
*Vt caro,quæ uenerem ſuccendit ab inguine fœdam*
*Reprimat ignitas,extincta uredine,flammas,*

Quidq́;

*Quid'q; ſuperba fames? [a] quid deſperatio torquens?*
*Quid'q; alia hic peccata dabunt, uelut inuida proles*
*Torminis [b] erranti: uah mundo a crimine, cœlum*
*Signa dabit: motus'q; graues feret horrida tellus,*
*Horriſono turbata ſonent ingentia fluctu*
*Æquora: gens genti ferro exitioſa minaci*
*Bella ciet: iuſtas'q; dabunt mortalia pœnas,*
*Pectora: fraternis ſurget diſcordia uinclis,*
*Nullus amor patriæ: pietas & nulla parentum*
*Vim dabit in natis: ſæuas tentare rapinas*
*Tantum erit ingenium: promittere multa tonanti,*
*At nullam ſeruare fidem: fraus omnia turpi*
*Fœdabit promiſſa dolo: quæ caſta puella?*
*Quæ ſoror a ſimili [c] fuerit ſeruata marito?*
*Quæ'q; torum caſtæ dilecti coniugis uxor*
*Obſeruet? ne ter putens ibi ſaltitet hircus?*
*Dira necem pariet conſorti: & tela puellæ*
*Non minus exacuet coniunx, qui uincula nuptæ*
*Senſerit alterius, cæco deluſus amore,*
*Bella foris non atra parum.* FERVEN*tius urunt*
*Ligna faces. quanto calidus mage proximat ignis,*
*Peccati portabit onus iouis unica proles,*
*Et mea ſublimi purgabit crimina ligno*
*Iuppiter [d] humanus: parcet pietate uolenti*
*Nolentem uexabit enim formidine pœnæ,*
IMPVNE *non atra hominum peccata uagantur,*
*Nec uirtus mercede caret. uidet omnia grandis*
*Iuppiter omnipotens: [e] ſua quis celauerit? ille*
*Neſciat? atq; manus fugiet mœrore tonantis?*
*Semper ubi'q; deus bonus omnia iuppiter implet,*
*Totus hic in toto: totum pars quæ q; iouem'q;*
*Continet: eſt præſens iuſtis pius: arduus atris.*

a ℭ Superba fames. i. ſuperbia.
Deſperatio. i. iram.

b ℭ Torminis tormenti
Erranti peccatori quid dabunt.
Proles tormenti quia inuidia eſt ſui primum mordax.

c ℭ A ſimili. a fratre ſuo.
Marito ne prius. ſ. a fratribus violetur.
Hircus mentula a putoris & pilorum ſimilitudine.
Pariet. ſ. uxor. i. vxor molietur necem in maritum & uir æquæ in vxorem.
Bella foris mala ſunt: ſed fiunt intra domus ſeptū grauiora quia propinquiora.

d ℭ Iuppiter humanus deus humanus.
Impune nullum bonum irremuneratum nullum malum impunitum.

e ℭ Omniſciens.
Ille neſciat. ſ. vt.
Vbiq; ſemper eſt.

*Non ullus tegit ante ipſum ſua crimina:quicquid*
*Proſpicit a longe:meritis pia ſidera:prauis*
*Tartara:iuditio ſed quæ non iudicat æquo*
*Iuppiter:e uultu ſacer ille minatur utroq;*
*Enſis:& æqualem grandis defulgurat haſtam,*
*A ioue & æquus amor (bene uiuite) cernit ubiq;,*
*Si rurſum mihi uita comes fœlicibus annis*
*Eſſet,& ad primos mihi uita reſurgeret annos,*
*Indulgere mihi ſcirem ſi numen iniquo*
*Iuppitris æterni,tum uoto parceret:omnes*
*Atq; homines neſcire malum:terræq; poliq;*
*Errare in patrem (ſi fas ſit credere) ſed fas*
*Dedignarer adhuc: DIrum mors improba crimen* [a]
*Tela feras,claro uiuas modo nectus olympo,*
*Pro ioue mors uita eſt:uinci uictoria:carcer*
*Libertas:miſer hic:plenis ibi campus ariſtis,*
*Supremam uitæ nati* [b] *uouete ſororem*
*In terris:ubi regna uigent æterna,puellæ*
*Imperio,ut læti primæ fiatis,eoſdem*
*Extento iubeat miſa uos deducier æuo,*
*Has ego tres uitæ,ſic uos ſeruate puellas,*
*Iuppiter* [c] *hanc primam finxit:natura ſecundam,*
*Extremam peccata ferunt:concordia tresq;*
*In patre diuerſo ſtabiles facit eſſe ſorores,*
*Et celeri uitæ producunt ſtamina fuſo.*
*Quiſq; igitur fugiat ueſtrum commiſſa,nec inſtar*
*Præduri ſecum faciat commertia calli,*
*Octo quippe gradus peccatum continet:hæc mens*
*Non aſſueta malo eſt,onus importabile primo,*
*Proximus ut graue ſit:leue tertius:& minus ultra*
*Quartus erit:menti crimen ſine pondere fiat*
*Mens ſi praua,gradu ſit delectabile quinto,*

Optatur

a ℂ dirū crimen eſt mors
b ℂ Natio nati vouete, capite extremam ſororem vt fiatis læti imperio primæ,& media ſoror iubeat vos deduci longo æuo Hoc de tribus fatalibus vitæ ſororibus.i.cupiatis mori vt ſemper viuatis.
c ℂ Iuppiter hanc primā iuppiter dedit primam quia dedit vitam ade. Natura ſecundam natura dedit ſecundam quia creatus homo natura ſubſtentatus eſt. Peccata ſed peccatum abbreuiauit vitam hoc quantum ad primum hominem.quia in aliis natura omnibus operatur. Primus homo fuit preter naturā quantum ad creationem.
Has ego ſcilicet ſeruo.
Octo gradus peccati ſunt primus eſt vt peccatum importabile. ſecundus graue ſit peccatum. tertius ſit leue. quartus ſit ſine pondere.quintus fiat delectabile:ſextus deſideretur.ſeptimus defendatur octauus vt hominem infatuet.

*Optatur ſexto: defendit ſeptimus, atrum*
*Octauo infatuat, miſerumq; ad tartara ducit,*
*Hanc animam, aſſiduo quæ ſit torquenda flagello,*
*Arrigite ingenuas, hoc uos quoq; terreat, aures.*
*VNA quies tantum dulcis: ſed ſæcula flammis*
*Infinita malos feriunt ſæuiſſima manes,*
*Hora breuis[a] dulci: diro at protenſa ueneno*
*Nec uos decipiat cæci fallatia mundi,*
*Illaqueat qui crura malo, qui uertitur orbe*
*Dulcia promittens triſti conſperſa lupino,*
*Stare ait hic fugiens, recipit, cum murmure,[b] pacem*
*Rixarum: riſum pariter parit ipſe dolorem,*
*Clara nigris miſcet, donec præcordia fallat*
*Credentum tenebris, modica eſt quia gloria mundi,*
*Proditor hic, fallax. quid enim fallacius unquam*
*Eſſe poteſt mundo? plaudens magis ipſe timendus*
*Quam nobis ſi dirus eat:[c] ſua uincula ponit,*
*Nec minus hic mamon laqueos, ut retia ponto,*
*Rara dat ad piſces: ruit hic ingratus olympo,*
*Inuidus inſidias homini, cum fraude, tetendit,*
*Vt ruat in in præceps: multas rapit ipſe figuras*
*Ad multos mamona dolos. modo uirgine tentat,*
*Et modo nummorum uexabit imagine pronos[d]*
*Argento: ſpecieq; boni: modo gurgitis alti*
*Ad lapſum impellit miſeros, ſic decipit author*
*Criminis incautos. DOCEANT elapſa futurum,*
*Ex alto miſer ipſe parens delapſus in antrum*
*Vos trahit in præceps, miſeri,[e] miſer ipſe, futuri,*
*Nec minus eſt uobis, ueſtrum eſt quod cernitis omnes,*
*Et uiſis maiora dabit pater optimus orbis,*
*Ni contemnatis ueſtro data dona, reatu,*
*Seth[f] pius at patri lachrimis orditur obortis,*

a ℭ Hora breuis quæ-quæ momentaneum eſt quod delectat æternum vero quod cruciat. plus aloes q; mellis habet. Lupino amaritudine.

b ℭ Cum murmure rixa-rum. Riſum parit: & pariter dolorem.

c ℭ Eat veniat .i. magis mundus timendus eſt ſi blandiatur q; ſi dirus ve-niat: & crudelis. Ponit. ſ. mundus. Hic demon. Varii modi tentandi de-monis.

d ℭ Pronos argento .i. auaros.

e ℭ Miſeri .i. eſtis futuri miſeri.

f ℭ Seth patrem interro-gat.

*Ergo pater ſemotus abis? quæ cauſa parentem*
*Cogit ad interitum? quid mors tam dira? quis horror?*
*Quoue anima hæc effuſa ruit? quæ manſio nobis?*
*Poſt mortem? quis finis erit mortalis habendus?*
*Quiſquis an interitu partes migrabit eodem* [a]
*Ad ſimiles centri moriens: quo ceſſerit unus?*
*Et quantum manſurus ibi, qui uiſerit orcum?*
*Anq; orbis longo ſemper durauerit æuo?*
*Dic age? ni tedeat, nato quoq; parce moleſto,*

a Eodem interitu. an quiſquis eadem morte cadat. i. eodē genere mortis, & omnes migrent ad eundem locum, Manſurus. ſ. ſit.

*Tunc pater ingemuit: geminasq; ad ſidera palmas*
*Suſtulit: & tardo ſermonem ponderat ore.*
*Nate parentis amor: nati, mea uiſcera,* [b] *caſtis*
*Auribus occidui doctrinam haurite parentis,*
*Virginea formatus humo: quo ſurgitis & uos.*
*Veſter adam, qui terra prius ioue frigida fabro*
*In terram uertatur item: ſic præcipit ordo*

b Mea viſcera: appō eſt Caſtis obedientibus: & non vacillanti auditu. Quo a quo. ſ. adam. Qui terra. ſ. fuit. Eidem terræ.

*Naturæ: quod terra fuit reddatur eidem,*
*Ignis & in flammas redeat, quodq; aeris* [c] *aer*
*Fiat in interitu, ficti liquor æquoris, undas*
*Viſitet: hæc data ſunt elementa liquentia terræ*
*Corporis humani: tanta eſt diſcordia in iſtis,*
*Quattuor: ut ſapiant noſtræ diuortia uitæ,*
*Vt repetant hæc cuncta ſuos elementa priores,*
*Hinc diſiuncta lares: quamuis mortalibus arbor*

c Quod aeris, quod ꝑtinet ad aera: Fiat aer i hominis morte Liquor ficti æquoris. i. compoſiti. Elementa liquentia ignis. aer. aqua hec data ſunt corpori humano quod e terra compoſitum eſt.

*Vitæ* [d] *erat arbitrio, longum demorſa per æuum.*
*Hæc ducebat adam, donec manus aurea cœli*
*Ad cœlum duxiſſet adam pietate tonantis,*
*Æternum uixiſſet opus quod flauerat author*
*Orbis: at in terris degens ſine crimine, tandem*
*Senſiſſet mortis celeres hæc uita ſagittas*
*Natura:* [e] *& mortalis erat: ſed nate reatu*
*Mors citius, quæ iuſta,* [f] *pedes celerauit amaros,*

d De arbore vitæ.

e Natura ablatiuus eſt

f Qui iuſta. ſ. eſt hora. Lib. car. od. 3. poſt ignē ætherea domo. Subductū macies: & noua febrium, terris incubuit cohors. Semotiq; prius tarda neceſſitas. Læti corripuit gradum.

Altera

*Altera cauſa fuit:calor hic minuitur agendo,*
*Decoquitur: multo tandem ſic interit ictu,*
*Et mors atra rapit corpus miſerabile,rurſus* [a]
a ℂ Rurſus item.
*Infecta eſt hæc noſtra caro,peccauimus omnes,*
*Quis uideat cum carne iouem? mens* [b] *deſerat ergo*
*Hoc corpus:repetatq́; polum,data uenerat unde*
b ℂ Mens animi.
Quis videat,deus non vi-
debit me homo & viuet.
Augu. anima mea cur illã
immarceſſibilem gloriam
cernere non potes, certe
eſt infirmitas corporis.
*Corporis huic moli,purgata labe ſub umbras,*
*Sed magni pietate iouis:mors illa duorum*
Pietate iouis non meritis
ſuis.
*Quam bene iunctorum fili,diuiſio fertur,*
*Quæ* [c] *dicta ratione datur,* MORS *uita bonorũ eſt,*
*Carceris obſcuri finis,tum crimina mortem*
c ℂ Quæ.ſ.diuiſio datur
propter ſuperiores cauſas
Vita bonorũ eſt: & finis
mors obſcuri carceris
*Fecerunt:tamen ipſa nihil:priuatio uitæ eſt,*
*Tantum horror nobis fragili diſcedere ab orbe,*
*Et ſtigios habitare lares,pro criminis ortu* [d]
d ℂ Pro ortu criminis.
*Hæc anima infernas habitat,poſt funera,partes,*
Vbi anima habitat.
*Donec eat qui noſtra ſuo peccata piabit*
Eat veniat.
*Sanguine:ſi iuſta eſt,magnum remeabit olympum.*
Si iuſta eſt.ſ.anima.
*Si turpis deuota manu loca cæca fouebit*
Deuota maledicta.
manu iouis.
*Non lota pro labe,iouis:non altera nobis*
Varius monendi modus.
*Manſio,de fine incertum eſt,quo fine cadendum*
*Sit generi humano:nec ubi,nec tempus amicum eſt,*
*Vt referat quæ ſcire cupis:modo febris aduſti*
e ℂ Calores aduſti
*Conficient corpus ſubito feruore calores,* [e]
*Et modo uexabunt torpentia frigora flammis*
*Pectora legitimis* [f] *humana carentia,ſæpe*
f ℂ Legitimis naturali-
bus.
*Enſe cadet mortalis homo:modo gurgite uaſto*
*Gaudebit mors dira homines rapuiſſe natantes,*
*Aut igne in cineres hominis uertiſſe cruorem,*
*Hic alacri raptatus equo,ille horrentia læti*
*Tela ferat* [g] *ſummo iacta de culmine teſta,*
g ℂ Ferat patiatur.
*Toxicaq́; inſurgent:magniq́; uenena pericli,*
*Herbarum uireſq́; truces,miſcenda maritis*

*Pocula ſulphigero demittunt protinus orco,*
*Quos ſtatim immerſos diro damnabit[a] auerno*
*Crimine[b] deformi, gula quot, q̃ uaſta, ſepulchro*
*Addicet miſeros, & quot calor impius inde*
*Læto eneruabit: nec ubi moriatur habendum eſt,*
*An prope cognatos: tepidæ uel coniugis armos*
*Innixus decedat amans, ſeu ſilua receptet*
*Interritum triplici pereant ſeu corpora ligno*
*Aeris incertum[c] eſt, ſubtili pendula tecto,*
*Sub cœlo, quis tempus habet: ſub ſole: uel umbra*
*Hic cadat: an iuuenis: puer ille: uel ille ſenectam*
*Aſpiciet curuatam humeris, carioſus obibit*
*Natura[d] ſine febre cadens, ut poma minori*
*Impulſu delapſa cadunt ſine pondere ſica*
*Cortice, ſeu tumido ſemen marceſcat in aruo[e]*
*Concuſſum modico uentris ſua uincula tactu,*
*Aut oritur, uix lacte ſemel nutritus adibit,*
*Non ergo interitu quiſquis decedat eodem,*
*Ad partes moriens nec deſcenſurus eaſdem,*
*Et morte: & tenebris quem deſperatio clauſit*
*Sentiat hic ſtygias, tormenta horrentia, partes*
*Sulphura cum tædis: ubi dant incendia diris*
*Manibus: & cruciant, ubi nulla redemptio uitæ,*
*Nulla reuertendi ſpes[f] ad cœleſtia nutrit*
*Merſorum in tenebris pariter præcordia: & igni,*
*At quos pœnituit peccaſſe: ingentia dantur*
*Tormenta hic ſi pœna minus ſuffecit eunti,*
*Diuerſis diuerſa locis, ſint frigora: & ignes,*
*Donec ligna dabunt: & ligni pœna ſalutem*
*Ammiſſam ligno, ſed ſi decedat amaro*
*Pœnarum gemitu[g]: uel & hic perpeſſa dolores*
*Senſerit innumeros longum uexata per æuum*

Hæc

a ¶ Damnabit. ſ. mors

b ¶ Crimine quia dixit auerno quo itur pro pter peccata. Inde ex gula. Vbi moriatur homo.

c ¶ Incertum eſt an cor pora pendula ſub tecto aeris pereant ligno. Sub ſole in die. Sub vmbra in nocte.

d ¶ Natura naturali curſu.

e ¶ In aruo i aluo matris Concuſſum ſua vincula ſi necd. aut moriatur in al no matris in ſemine aut iam creato filio: aut ſta tim natus. Quo anima ſeparata ua dat. clauſit pro clauſerit Deſperati damnãtur pro cul dubio.

f ¶ Nulla ſpes nutrit præ cordia merſorum in tene bris & igni êndia. Dantur. ſ. illis quos hic in mundo ſi peccati pœna non fuit ſufficiens ad ma culæ deletionem. Eunti morienti. Penitentes ſaluãtur dige ſta pœnitentia.

g ¶ Amaro gemitu. i. ille qui paſſus fuerit multos dolores in vita in morte ſua ibit ad limbum inibi mãſurus ad liberationem a meſia

*Hæc anima in tenebris limbo latitabit opaco,*
*At ueniet uenturus, opem qui inferna piabit*
*Sanguine: & horrentem proprio ſpoliabit auernum.*
SCIRE[a] *dei tantum magni eſt arcana futuri.*
*Extento, ut quantum mundus durauerit æuo,*
*Noſcatur, uacuas quando repleuerit arces*
*Lapſorum in barathri rapidas pro crimine fauces*
*Elato:*[b] *anq; iterum ſurget uiuatior hidra*
*Alter homo: cum iam totum combuſſerit orbem*
*Iuppiter: aut idem ueniat cum patribus adam,*
*Vel iudex tantum partes impleuerit ambas,*
*Æthercam meritis: infernamq; auxerit aulam*
*Supplicio ignotum eſt, ſunt hæc præcordia regis,*
*Qui regit imperium mundi, quem protulit idem,*[c]
*Non ueniet mortale genus, duriſſima proles*
*Amplius excidio formæ: qua uiuit & audet,*
SOLA *dei cura eſt: ſolum bene uiuite, magno*
*Omni animo ſeruite ioui, qui mente ſuperbos*
*Eleuat*[d] *interitu: atq; humiles ad ſumma reducit,*
*Sidera, legitima trutinat deus omnia lance,*
*Tum qui*[e] *uerba prius mœſto, nec uana, parenti*
*Fecerat, hic repetit miti ſermone ſalubrem*
*Doctrinam: patremq; rogat, quæ iuſſa receptant*
*Grandis in amplexus animas iouis? impia quæ ſunt?*
*Ne ruat incautus ſpreto, per deuia, calle*
*Virtutis lapſans,* MINOR *eſt fallatia cauto,*
*Cui pater: o fili quæſita prioribus hæc ſunt*
*Grata magis: quia ſancta nimis, quæſitaq; proſunt,*
*Mens*[f] *ad ſumma mali rapiet ſe inferre ſuperbo*
*Fratribus imperio uires: & ſubdere gentem,*
*Comprime uentoſam: nihil eſt ut frena relaxet*
*Ingenti ſeruire deo: quam lutea claudit,*

a Scire futura dei eſt. Vt noſcatur.

b Elato crimine.

c Idem. ſ. rex Non veniet hic aſſertive dicitur hominem amplius reuerſurum ad animæ interitum. Solum tantum.

d Eleuat deprimit interitu ad interitum.

e Qui. ſ. ſeth.

f Mens mali ad ſumma ad alta. Superbo imperio ablatiuus eſt. Rapiet ſe vires inferre fratribus. Comprime ventoſam mentem relaxet. ſ. vt ipſa mens non repugnet ſeruire deo.

Et terrena domus, TERRA eſt mortalis ubiq;
In terram uertetur item: quis ſeruus in orbe?
Hic [a] niſi qui turpi retinet præcordia cœno
Conſcelerata miſer, parto quis regna triumpho
Tuta regit? regiſq; ſacrum ſibi uendicat omen,
Quis ſuperat uitioſa, truces [b] fortiſſimus hoſtes.
Ille igitur ſæuo gentes qui uertere ferro
Quæret: & hoſtili cupiens hoſtilia uultu
Pectora deleri. rapiet ui regna potenti
Magna manu: ſua uota prius præmat, omnia miro
Vicerit auxilio ſua ſola potentia, ſoli
Tantus honor: ſibi fama: ſibi uictoria pugnæ,
Quid iuuet infrenas ſeruili [c] in uincula, gentes
Subdere ſeruitio? curuo & uincentia eundem
Tradere colla iugo? MAGNA eſt uictoria culpe,
Iuppiter [d] hos omnes fecit: pater ipſe minoris,
Qui magni eſt genitor: nulla eſt diſtinctio patris,
Sic eſtis uos patre pares: terra omnibus auxit
Corpora: diuinæ nec erunt diſcrimina formæ,
Quilibet ad mortē properat, MORS omnibus unus
Finis erit, mortalis homo eſt. quæ cauſa ſuperbum
Erigit hunc? tumidam fas ergo in uincula mentem
Nectere, DANT humili ſuperbas cœleſtia ſedes,
Siq; auri miſerum uexat ſcelerata cupido,
Diſcat auaritiam [e] ſpreto frenare metallo,
AVRVM pernities mentis: damnatio uitæ,
Perpetua rodenſq; animam formidine coſſus,
Non regit, at regitur, pretium qui ſperat auarus,
Non ſuus. alterius bibit ille: ſititq; bibendo,
Sat uictum legiſſe ſibi, ſunt cætera, nati [f]
Quæ ſuperant, magno miſeris ſudaſſe labori,
Hanc igitur frenato lupam, [g] quæ plena reſumit
Vſq;

a ℭ Hic pro ille.

b ℭ Hoſtes truces appō eſt.
Vitioſa res vitioſas.
De victoria ſui ipſius.

c ℭ Seruili ad differentiā ſeruitii liberalis: & non coacti quale mancipiorū eſt. Vincentia vincere ſolita.

d ℭ Iuppiter hos omnes fecit tangit cauſa efficiēs genitor confuſe dictum pro facto: Terra auxit Ecce cauſam materialis. Diuinæ formæ cauſa formalis.
Quilibet ad mortem cauſa finalis inſurgit.

e ℭ Taxat auaritiam.

f ℭ Nati vocantis eſt.
Quæ ſuperat miſeris ſudaſſe magno labori.i.eſt tantum inſudaſſe quia nihil horum opus eſt.

g Lupam auaritiam.

*Vſq;[a] cibos: nunꝙ̄ ſatur eſt ſibi uenter habendo,*
*Gurgitis ingluuies claudatur, origo furentis*
*Luxuriæ: exardens ad cultaq́; edulia guttur,*
PARVA *quidem natura petit, ſic feruida uirtus*
*Lumborum depreſſa perit, caro putrida peſtis*[b]
QVOD *iuuat hoc breue ſit, ſed ꝗ uexabit iniquos,*
*Nempe erit æternum, flamma eſt inimica ſodali,*
*Quæ citat ad uenerem, fiant connubia: nullus*
*Frangat adulterio pactum ſociale iubetur,*
*Connubio iunctis ſtabili iura omnibus ergo*
*Seruentur fraterna uiri:*[c] *quia cura parentum*
*Vos eſtis fratres uno prognata parente,*
*Ira ſuas ponatq́; faces,* FVROR *impius omnem*
*Extincta ratione ebetat, fera beſtia, mentem,*
*Vince iram fili, nec te ſtrigoſa moleſtet*
*Inuidiæ macies: ſi te maioribus alter*
*Diuitijs uincat, multo fœlicior auro,*
*Inſpicit inuidia, ſi qua*[d] *hic lucentia uultu*
*Sint cuiꝙ̄ toruo, cordiſq́; occluditur antro,*
*Gaudet ad oppoſitum, ſi quis uexetur iniqua*
*Sorte miſer, ſua pena, dolor, contagio fœda hæc*
*( Vt me deciperet ) feralem inſtruxerat anguem,*
*Impulit iſta chaim fraterna cæde parentes*
*Cogeret*[e] *ad lachrimas, liuore infectus edaci,*
*Sunt hæc iuſſa patris: ſint hæc præcepta futuram*
*Omnibus in patria condonatura ſalutem,*
*Hæc uia*[f] *mortali eſt, uitæ migratio amaræ,*
*Hoc quod ego, commune datur mortalibus, uni*
*Prædico: non uni diuina parantur: & ignes.*
*Non tua pigreſcant ſacro præcordia cœlo*
*Ingenti ſeruire ioui, uigilantibus offert*
*Præmia: lucifugis tetras parat ipſe tenebras,*

a ℭ Vſq; aſſidue.

b ℭ Putrida peſtis.ſ. eſt. Iuuat delectat quæquæ momentaneum eſt quod delectat æternum vero quod cruciat.
Inimica ſodali hoc propter adulteria.

c ℭ Viri o mariti ſeruētur fraterna iura omnibus iunctis.
Cura prognata appō eſt vno parente.
Ponat aphæreſis eſt.
Fili ſeth.

d ℭ Si qua hic .i. aliqua in mundo ſint cuiꝙ̄ optima. Gaudet triſtibus.

e ℭ Cogeret.ſ. chaim.
f ℭ Hec via, beati immaculati in via.
Hoc quod vni dico omnibus dictum ſit.
Non vni ſoli parantur cœli. Nec vni tantū flāme
Pigreſcant admonet ignauiæ vigilantibus offert eccleſia.
Surgite vigilemus.
Venite adoremus.
Quiā promiſit dominū
Coronam vigilantibus.

a Quatuor virtutes cardinales.

Iuſtitia [a] & ſit fida comes, prudentia nulli
Deſit, & urceolis liquidas quæ temperat undas,
Et ne commereat [b] firmæ ſint robora menti,

b Commereat præcet. ſ. mens ſint robora quæ eſt fortitudo.

Hoc ego legaui cunctis, hæc regna paraui,
Omnibus, hoc uobis: ueſtriſq; nepotibus ingens
Offero legatum, fiat ſuper omnia tandem
Quiſq; memor [c] læti, paruo hic conduximus orbem.

c Memor leti eccle. in omnibus viis tuis memorare nouiſſima tua.

Ecce inter lachrimas: inter præcepta parentis,
Atq; pij legata patris, lux luce refulſit
Æthereæ: & totũ in tenebris reſplenduit antrum.
Obſtupuere omnes, uox corporis auribus hæſit
Nuda [d] ſui, quid, chare pater, tam ſerus ab orbe
Diſcedis? quæ tanta mora eſt? quid corporis uſus
Hic [e] animæ confert? animæ niſi turpe grauamen,

d Nuda ſui quæ anceps tor dicitur.
Abel patri morienti ait
e Abel inuehitur in corpus. & etiam.

Mentis & id tenebra eſt, ſenſus caligo: potentum
Formarum ſpecies, homines illudere craſſos,
Præmia quæ [f] ſperas genitor, ſi tempora differs
Mortis? & hic fugias quæ nulla potentia poſſit,
Et ualida uitare manu, teterrima clades,
Carcer item graue corpus erit mortalibus ingens,

f Quæ. i. mortem.
Et etiam.
Carcer ingens.

Nulla quies mentis: VITA eſt mortalibus atrox
Pugna, ſeneſcentum uita eſt, quæ [g] fortibus eſt mors
Dura nimis, genitor uenias: & uincula rumpe

g Illa res quæ eſt mors fortibus dura nimis. i. iuuenibus eſt vita ſenibus.

Corporis: hic ſatis eſt manſiſſe, fugalia ſunt hæc,
FVNCTVS enim tanũ uita eſt quæ fine paratur;
O pater, occidui nimium labentia mundi
Sat compleſſe nouem mortalis ſæcula uitæ,
Rumpe moras genitor: te noſtri obliuio cæpit,
Nec dum læthe tetigiſti flumina ripæ,
Sum qui nectus abel. qui prima morte peremptus
Fœdaui patrios, lachrimis manantibus, orbes,
Et mecum mea chara parens, gratiſſima coniunx

Te

Te tua cum nato felici in morte moratur.
Coniugis ad nomen genitor ſubriſit: & ægrum
Erexit, cum uoce, caput: tum talibus inquit,
Chara[a] mihi coniunx: & tot comes una laborum,
Veniſti tandem multos optata per annos,
Et tu cura mei, ſuperum qui ſurgis ad orbem,
Iuſtus abel, cum matre tuo noua gaudia patri
Accumulas. reddant meritas pia ſidera grates,
Pro tanta pietate, manent immota fauore
Præmia digna tibi. pius hic amor exeat orbi
Per famam, & populos, mea te benedicat:[b] & alti
Dextra iouis, benedixit abel pater omnibus adam,
Tunc ſeth, cum reliquis, patri, quæ indigna repellit
Cauſa patrem, ne nos moriens benedicat? & una
Vna omnes cum pace pater ſua grata relinquat
Pignora, quando uno hoc gens hæc prognata parentē,
Nulla nec inuidia eſt: iuſto ſi hæc premia fratri
Des genitor.[c] maiora meret, ne, oratio noſtra eſt,
Degeneres facias, petimus, benedictio fiat
Communis, commune bonum es, communis & omni
Qui ſumus hic, genitor, tunc per ſuſpiria uocem
Alta trahens adam: geminaq; ad ſidera palma
Erecta, hæc infit, magni qui conditor orbis
Iuppiter:[d] humenti qui me tellure potentis
Formauit uirtute manus, ſpiramina maſſæ
Qui inſuflauit item, fœlicis premia uite
Aurea det uobis, clarus ſua lumina titan
Pandat & auxilio uitæ. tum cinthia crines
Nocte ſuos pariat: nox & fœlicior alma[e]
Luce die ueniat: ſic nocte beatior & ſol
Terra paret fruges: & ſit ſine labe iuuentus,
Et ſenium fœlix: & mors ſociata beatis

a ¶ Adam euæ & abel. Vna ſola.

b ¶ Adā benedicit abel pater. qui. ſ. eſt pater omnibus. Seth quæritur. Vna ſimul.

c ¶ Oratio non ab eo quod eſt oris ratio quia ratio habet primā breuē ſed tanq; ſit verbale ab oratum oratu.

d ¶ Iuppiter qui conditor eſt orbis. qui me &c. Iuppiter nominatiuus eſt. Humenti tellure. Manus patrius eſt. Aurea præmia præmium eſſentiale q eſt beatitudo.

e ¶ Alma luce nox ſua alma luce ſit die felicior. Sol. i. dies ſit melior nocte ita vt bonum ſemper augeatur. Paret a paro paras.

a Pia doxa quia glorie patris eſt filius ſapiens.

b Multa magna. Pars natorum. Suſpirant pulmone. Gemunt corde.

Acri lupo.

c pontus mundus iſte.

d Clamant certum eſt ꝙ hoc fiat.

e Ponas deponas Dura inexorabilis obſtinata.

f Oratio ab oratum oratu non ab eo quod eſt oris ratio, ratione metri.

g Adam filiis & nepotibus moriens.

*Spiritibus: benedicta dies qua uiuitis omnes*
*Vnanimes, ſine fraude ſimul, conſortia tanti*
*Cœtus: & ueſtri ſemper pia doxa*[a] *parentis,*
*Sit benedicta manus, quæ uos benedicat: & omnes*
*Deflexi terræ lachrimis lætanter obortis,*
*Suſcipiunt humiles pacem, proni oſcula figunt,*
*Pars pedibus: pars multa*[b] *genis: pars brachia pandunt*
*Natorum patris miſerum uelantia corpus,*
*Suſpirant: & corde gemunt: cur noſtra relinquis,*
*Seth ait o genitor? quæ cauſa indigna dolenti*
*Te mihi diuellit genitor? cur deſeris acri*
*Armenta hæc mordenda lupo? cui credita puppis*
*Exitio ſorbenda truci temone relicto?*
*Prælia dum miſcet feruens horrentia pontus,*[c]
*Omnia mergantur facile eſt: noua præda marinis*
*Piſcibus, hoc certum eſt, fiat. pater unice, clamant,*[d]
*Cur tam lætus abis? an non tua cura nepotes*
*Non nati? ut cæcum tam læto uiſeris orbem*
*Corde pater: ſi te tangit chariſſima coniunx,*
*Si te iuſtus abel: & non hæc cura momordit,*
*Pœna tamen nobis, ſine te pater unice, uitam*
*Ducere: ſed ſi ſtet ſententia firma tonantis*
*Vt ponas*[e] *hoc carnis onus, quæ dura uoluntas*
*Oppugnet præcepta iouis? tibi iuppiter aulam*
*Præparet æthercam, durent dum ſæcula, fœlix*
*Sis pater: & noſtri miſerere: nec immemor: & nos*
*Ante deum genitor præcibus, ſi oratio*[f] *prodeſt,*
*Aſſiduis defer: pronos ad uincula miti*
*Suſcipit amplexu, tum facta ſilentia claudunt,*
*Hinc pater*[g] *exiguam ſenſim de pectore uocem*
*Depromit, mœſtoſq; humili ſic ſuſcipit ore,*
*Vos omnes nati noſtro de ſemine, cuncti*

Cura

Cura mihi:ſi corpus abit:mens uiuida nunꝗ
Deſerat hos genitos,& pignora[a] chara,nepotes
Sic placet altiſono:ſic ſtant ſua uota,tonanti,
SERIVS.aut citius,nobis,ut finis eundum[b] eſt,
Corporis humani,naturæ & iura receptant
Hæc præcepta iouis:nulla ratione dolendum eſt
Quod placet æterno:ſola eſt compaſſio carnis,
Quæ uana eſt,ut bulla tumens,me me ipſe peremi,
NEMO fleat qui ſponte perit.poſt talia tandem
Sermonum in tenebris,digeſto fine,quieuit,
Cui uitam coniunx libamine[c] traxit ad orcum.

a ℭ pignora chara appõ eſt.

b ℭ Eundum eſt nobis,vt finis quia finis noſtri corporis eſt morti animæ autem ſtui deo.

c ℭ Libamine oſculo oſculata eſt æua adam & ſibi attraxit animam.

Ioannis mariæ uelmatij bagnacaballi Criſteidos Liber Quartus explicit.



## ARGVMENTVM V.

a ¶ Saxo:& antro eid.

b ¶ Quis quibus.

c ¶ Mortalis humi.i.hominis, medio orbi. huic mundo qui eſt medius inter cœlum, & infernum.

*Quintus habet lachrimas: ſaxo [a] tumulatur: & antro*
*Corpus adæ: genitorq́; uetat, tum terra recepit,*
*Effigiat geminasq́; tubal, ex arte, columnas,*
*Quis [b] cantus gracili uarios, & carmina ferro*
*Commiſit perfecta tubal, pater ille canentum,*
*Et medio mortalis [c] humi concreuerat orbi*
*Turpe ſcelus, generiq́; furit tum iuppiter ardens*
*Humano: ſuperosq́; uocat fit concio, gentem*
*Perdendi humanam: totumq́; effunditur æquor,*
*Digeſta lætantur aqua, dein dulcia cantant,*

Ioannis

# IOANNIS MARIÆ VELMAty bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum, Cardinalem tranenſem Chriſteidos liber Quintus incipit.

MVLTORVM genitor,[a] poſtq̃ diſceſſit ab orbe
Aeris: infernas & adam conceſſit ad oras,
Tota cohors planxit: pariꝰq; recondere ſaxo
Mæſta parat corpus: feſta & uelare cupreſſo,
Sed monuit ſeth umbra patris: ne membra ſuperbo
In tumulo cælaret adæ, quem terra potenti
Complcuit formata manu, terra[b] inuida rurſus
Suſcipiat, ferali; item nec membra cupreſſus
Velet adæ, qui iterum poſt tempora multa redibit,
Multiplicis[c] quercus rutilo uiuacior igne,
Æterno æternam ſignat mortalibus æuo
Hæc arbor[d] mortem: non iſta regerminat ullo
Acta mori ferro: uires nec ſecta reſumit,
Surgat[e] ut in ſimiles, uiuentia germina, ramos,
Ergo omnes[f] nati raſtris, ut iuſſa, nepotes
Incumbunt, terræ pariter, terrentia cogunt,
Quamprimum fodere ſolum: uiridantia ferro
Abſcindunt: caueam comunt: & odoribus implent.
Dulciſonos cantus recinunt: & carmina cuncti
Cantillant, fecitq; modos pater ille canentum,
Et pia metra tubal,[g] qui mox ut ſenſerat orbem
Lapſurum flammis, & aqua, quæ peſſima clades,
Prima foret mundo: geminas ex arte columnas

a ℂ Multorum genitor quo ad eos quos ipſe genuit proprio ſemine ante obitum ſuum. & quantũ ad genus, & gignendi primam originem.

b ℂ Terra formata in formam hominis reducta Manu virtute.
Feralis quia ſecta nõ pullulat.

c ℂ Multiplicis quercus .i. lignis additis.

d ℂ Hæc arbor .ſ. cupreſſus.

e Surgat deeſt vt. germina appõ eſt.

f ℂ Omnes politice: non logice .i. multi.
Vt iuſſa cogunt.
Terrentia.
Viridantia .i. ramos virẽtes ſcindunt.

g ℂ Tubal pater canentiũ.
Senſerat per ſeſe nouerat.

a Neſcius quæ clades prima eſſet ignorans. an ignis an aquæ.
b Fluuias fluentes.
Bitumine fabricauit colū nam vt obſtaret igni. alteram marmore, vt obſtaret aquæ.
His in his columnis.
Carmina muſicam & cantillenas notauit.
Diuæ diuinæ vſum artē.
Nocens participium eſt.
Tubalchim ꝑ tubalchaim
Quis primus ferrum excoluit.

Neſcius,[a] effinxit: ſolidum quarum altera marmor,
Altera terra fuit, noſtri dixere bitumen
Eſſe tenax, fluuias[b] poſſet contemnere flammas,
Marmor ut obſtaret ſubitis uenientibus undis,
His cantus gracili uarios: & carmina ferro
Inſcripſit perfecta tubal, nec poſterus artem
Neſciret, diuæq; liquor, uel perderet uſum
Flamma nocens artis, docuit quam malleus ictu
Multiplici, incubuit rigidi cui dextra tubalchim,
Hic primus ferrum domuit. cerealiaq; arma
Mortales docuit feruenti educere maſſa,

c Hæc dum fornax dabat tela ſed fuit tantum ad vſum ruſticorū ferrū.
Finem eundem ſeruauit. ſ. vt ferrum tantum ſeruiret campis non militiæ.
d Ætas aurea.
Ardens labori.
De lege naturæ.
Regenti. i. maiori.
Pro quorum tutella.
Minores deſcendentes.

Nec dum[c] mauertis feruens horrentia fornax
Tela dabat miſeris, tantum cultoribus agri
Vſus erat: finemq; manu ſeruauit eundem
Hic faber: hæc ætas[d] erat aurea: nulla uoluptas
Regnandi: ſed quiſq; ſuo ſine litibus ardens
Officio contentus erat, de lege, labori
Naturæ, parebat enim minor ipſe regenti,
Bruta coercebant tantum: pecudeſq;: boueſq;,
Pro quorum ſinuoſa Iabel tentoria fecit
Tutella: ſecumq; domos deferre minores
Mortales docuiſſe patet: ne perfidus auſter
Funderet hos denſo, uentis perflantibus, imbri,

e Diuerſarum voluntatum diuerſe operatiōes & actus. i. de generatione & iiii. meteorum.
Magis melius.
Tollere nutrire.
f Furor carnis & voluntas terret.
Laſſo diſſoluto.
g Prodere excludere manifeſtare.

ET quia diuerſi[e] faciunt diuerſa. uoluntas
Non eadem cunctis. aliqui ſudore parandum
Eſſe magis dixere cibum q̄ tollere furto
Scilicet infantem: grauida torpedine multos
Segnities: multoſq; furor[f] ſine lege domabat
Carnis: & ex laſſo cupiebant uiuere uoto.
Sic tandem omnigenos, diuerſo limite, campos
Metiri cœpere homines: & prodere[g] ſegnes.
Peccauit fattura iouis, ſine crimine magni

Diuina

Diuina conflata manu, q̄ turpius [a] eror
Eſſe poteſt reliquis, ſceleratæ & crimina maſſæ
Enormi commiſſa uiro, ratione relicta
Humanum uiuebat opus, rapido æquore uortex
Atq; gulæ: ingluuies genti dominata nefandæ
Luxuriam peperit: nec erat diſcrimen in illis
Aut ſoror: aut neptis: uitio ſeu maſcula proles
Eſſet in interitu diuinæ in corpore uitæ,
Sola gulæ mens uaſta fuit, poſt prandia centrix
Vafra petebatur, rapidus poſt inguina uenter,
Iuppiter ingemuit: cordiſq; dolore ſuperbum
Pœnituit feciſſe hominem: tum protinus omnes [b]
Conuocat in uerbo, præſentia numina, cœli
Cœlicolas: ſceptroq; ſedens orditur ab alto
Inſignis: cuncti, de more, ſilentia ſeruant.
Dijq;, deæq; omnes ueſtro dilecta parenti
Pignora, uirtutes quarum mens noſtra uoluptas,
Arrigite his animos: nec uos ſententia pœnæ
Terreat immenſæ, quæ formidanda fideli, [c]
Quiſq; repugnantem uidit cecidiſſe tonanti
Luciferum: & lapſu cæcas habitare cauernas,
Obſcuraſq; domos crebit: uæh iuſſa neganti
Omnipatris, qui uota iouis contemnit: & ipſum,
Hæc alijs exempla dabunt tormenta futuri
Supplicij: infligam prauis ſi uulnera, dixit,
Et formidabunt [d] diuinæ in uincula legis
Surgere qui tumido trutinant ſua uerba palato,
Sæua leena pauet catulo, fera beſtia, cæſo,
Et leo mulcetur, uiſo poſt terga flagello,
Nonne magis catulus trepidet ſi uerbera dextræ
Dira leena ferat? nam quæ tutella [e] minorem
Deffendet: ſi magna cadunt: ſi lucifer alto

a ¶ Turpius aduerbium eſt.i. Quanto magis poſſunt peccare poſteri.
Et crimina poſſunt eſſe turpia a magis ſedo commiſſa.
Humanum opus, homo ab homine deſcendens. quod erat opus hominis.
Æquore feruore. vortex reuolutio.
Vite diuinæ animæ creatæ ad imaginem dei.
In interitu ad interitum.
Rapidus venter.i.gula.

b ¶ Omnes cœlicolas in verbo in præcepto.
Præſentia numina appō ab alto, a principio lapſus inſignis ſceptro.
Dilecta pignora veſtro parenti.
Voluptas.ſ.eſt.

c ¶ Fideli quæ etiam timenda eſt timore.ſ.filiali
Væh neganti iuſſa omnipatris.
Væh illi qui contemnit.
Hæc tormenta.

d ¶ Formidabunt ſuperbi ſurgere in nodos: & legis ligamina.
Fera beſtia appō.
Poſt terga.ſ.heri.
Trepidet trepidare debeat.
e ¶ Quæ tutella quomō erit minor ſecurus a fulmine ſi maior percutitur magnitudine.ſ.virtutis.non molis quia ſic altiora magis feriuntur.

E' cœlo cecidit, primo fuit ergo timendum
Humani generis patri QVIA lapſa [a] futurum
Prudentes, quæ facta docent, peccauit & adam
Cuncta ſciens, eiectus adam ſunt mœnia flammæ
Fructiferæ quæcunq; domus: genus horrida tellus
Humanum laſſat magno ſuffulta labore,
Nec minus humanæ carni ſubiere dolores
Multiplici tormenta [b] modo: ſed uiuitur uſu
Peiori: SÆVVS ſæuo mage ſæuit honore,
Aſſiduo cæſus dureſcit & ipſe flagello.
Fuſte chaim confecit abel: quem cæcus ademit
Neſcius, arte lamech, certæ [c] ſine fraude, ſagittæ,
Multaq; præterea nigro ſcelerata ueneno
Facta mouent animos: & me iuraſſe fatentur
Cæſurum ſubitis orbem: nec pœnitet, undis
PRAVA [d] nimis proles hominis. quæ pronior atro,
Quàm nitido: peccare magis, q̃ ſurgere lapſu,
Delectat miſerum: ſic quæ uomit ille, reſumit,
Decreui delere hominem, tum protinus omnem
Impleuit clamore locum rutilantis olympi
Mœſta nimis pietas, paſſis quæ flexa capillis
Ante iouem miſeris pie pro mortalibus orat,
Magne pater diuum: ſator & mortalis arenæ,
Nam mea quæ [e] uirtus? ad quæ mea brachia tendunt
Robora? patrato, pereunt, ſi cuncta, reatu,
Magne pater diuum fruſtra perflaueris orbem
PARVA mora eſt homini uitæ ſi deſtruis unda
Viuentum gñus omne, ſolum quod paſcitur ingens
Iuſtitia & tantum rigidas teterrima uires
Peccanti. exacuit tum formidanda ſagittas,
Magne parens hominum: ſi nulla potentia noſtra eſt
Cur habitem cœlum? cur hæc diſtinctio nobis?

Si

a ℭ Lapſa ſacta preterita. Eiectus. ſ. eſt Quæcunq;. i. omnia mænia. Horrida in comparatione paradiſi deliciarũ quæ eſt domus frugifera quia inibi cuncta bona.

b ℭ Tormenta appõ eſt. Sæuus ſuperbus. Sæuo magno.

c ℭ Certe infallibilis neſcius ignorans inibi eſſe chaim arte ſagittæ arte ſagitte certe: non neſcius arte. Facta ſcelerata: nigro ab effectu.

d ℭ Praua. ſ. eſt. Lapſu a lapſu.

e ℭ Quæ virtus. ſ. eſt. Vite genitiuus eſt. Paſcitur deponens eſt: Ingens ſolum. Teterrima peccatori non ex natura ſua. Peccanti peccatori. Nobis. ſ. eſt.

Si noſtra uirtute pares:[a] comiſſa requirunt
Tormenta: at magni bonitas punire tonantis
Diſſuadet: cæco ſatis hæc ſæuiſſe profundo.[b]
PARCERE magnanimi eſt: miſeros punir̃ ſuperbi,
His dictis: ſuffuſa oculos diuina nitentes
Aſſiduis lachrimis pietas ſurrexit: & imo
Pectore cœlicolis coram uirtutibus ardens[c]
Ingemuit: nimio nec non confecta dolore.
Tum uero enſitenens: prauis tetterrima: iuſtis
Grata nimis: ſæuo[d] profert de pectore, uirtus,
Humanæ uitæ interitum: nec pauca minatur
Humano generi: ſed erat contentio magni
Ponderis ambabus: niſi facta ſilentia diuum
Sancta forent: clauſitq; ſuas prudentia uoces,
Talia quæ cunctis: uos ô clariſſima proles
Vsq; iouis, quæ magna iouis ſecreta fideli
Pectora ſeruatis: quid enim contentio prodeſt
Quid uelle? & quid nole iuuat? ſententia prima eſt
Deprimere hos, qui bella uolunt: ſeruare ſequentes
Vota iouis: punire malos: & tollere[e] iuſtos
Ambroſia, a primo peccauit lucifer ortu,
Lucifer eiectus cœlo,[f] punitur auerno,
Cætera ſpirituum magno pars conſona regi
Lætatur cum rege merens ſtipendia belli,
Tum commiſit adam: miti punitur & adam
Exilio: peiora meret qui in uota tonantis
Sancta ruit. dirusq; chaim deliquit: & idem
Interit admiſſa tranſfixo corde, ſagitta,
In tenebras ceciditq; miſer: pars illa ſuperſtes
Auxilio eſt ſeruata meo: ſic iura regentis
Præcipiunt. legesq; dei, fœda omnia mundi
Sunt nobis delenda freto: gens munda reſurgat,

a ℭ Pares. ſ. ſummus.

b ℭ Profundo in lucife‑rum.

c ℭ Ardens dolore qui latet in corde.

d ℭ Sæuo magno. Grata virtus. Profert manifeſtat interi‑tum humanæ vitæ. Ambabus. pietati & iuſti‑tiæ. Diuum diuarum. Vsq; aſſidue ſemper.

e ℭ Tollere munire

f ℭ Cœlo deeſt. e Auerno deeſt in. Commiſit peccauit.

a ¶ Ingrata valde grata.ſ. vidi.cognoui bonos & malos.

b ¶ Chari nepotes cū matribus ſeruentur a ſubitis undis.

*Vidi ego quos uirtus irato ingrata[a] tonanti*
*Commendat:quos turpe ſcelus proſtrauit auerno,*
*Eſt noe uir iuſtus,ſimplex:ſeruetur ab unda*
*Hic tantum cum prole ſua,fidiſſima coniunx,*
*Et nati:nataeq; ſuae.chariq;[b] nepotes*
*A ſubitis ſeruentur enim cum matribus undis,*
*Nam uelit hoc pietas:& ſit demerſa profundo*
*Caetera pars mundi,placeat,quae punit iniquos*
*Iuſtitiae:ſic gens,digeſta labe,tonanti*
*Grata renaſcenti ſurget uiuacior hidra,*
*Ergo ſciat faciunda noe,tum protinus alto*
*Nuncius è caelo,cecinit quae facta michael,*
*Quae a ſummo decreta ioue:& ſecreta recluſit*
*Pectoris aeterni:q; ſint mergenda tonantis*
*Omnia ſub caelo iuſſu ſua ſola ſuperſtes*
*Chara ioui ſoboles fuerit,tumq; ocyus arcam*
*Precipit adfingat cuius tutella reſeruet*
*Humani generis ſemen:genus atq; uolantum*
*Quadrupedum pariter:nec ſint praecepta iubentis*
*Vana ſeni iuſſit,relegit mox aera penna*
*Praeco iouis uolucri,faber & non ſegnis ad arcam*
*Hic caepit praecepta dei,dolet ipſe ruina*
*Humani generis,ſed cum ſibi parcat & omni*
*Dextra iouis domui natorum, mitius omnem*
*Fert mundi paenam,ſola eſt intentio ab undis*
*Se,& ſaluare ſuos rapidis:facta arca recepit*
*In numeris diſtincta locis bruta omnia caeli,*
*Telluris pariter,ſic quae uiuentia poſſent*
*Paſcere multarum caelauit ſemina rerum*
*Ipſe noe:terraeq; genus quod conderet aluo,*
*Ludebat feralis homo:ſacriſq; relictis,*
*Quiſq; puellares tacita ſub nocte choreas*

Ductabat

*Ductabat, fraus omnis erat, uenus omnia tactu*
*Fœdarat: turpisq; cara crudele tenebat*
*Corporis imperium, primos[a] ubi ſuſcipit ortus,*
*Ac ubi ſol recubat: nec erat pars dextera mundi*
*A labe immunis: nec quæ é regione tuetur,*
*Solares æſtus: quæ nunc regio africa fertur.*
*Sparſerat omne nocens, cœnum mortale uenenum,*
*In ſua pruritus totam, ceu germina, carnem,*
*Et quæ mortales contagio morbida cunctos*
*Inficit excidio uitæ.* MORS *atra recurua*
*Falce metit mortale genus tum tota ſepulchrum eſt*
*Terra potens paſſim rurali effoſſa ligne.*
*Interea uocat ære duces[b] delapſus aquarum*
*Vertice ſtellifero iuſſu iouis ipſe michael,*
*Nilus[c] enim celeri primus præcepta reflexu*
*Suſcipit, & latum promens á gurgite uultum*
*Intendit patulas horrendis uocibus, aures*
*Præconis cœli, currentia flumina ſecum*
*Magnus habet proprij commites per pinguia curſus.*
*Indus item ganges campo formoſus amœno*
*Decurrit parens ſcythica delapſus ab alpe,*
*Euphrates armenus aqua frugalis, & auro,*
*Currit ad imperium: meander: phaſis: & eſper*
*Euleus, fœnix, gloſpes qui tardus arenæ.*
*Impiger accelerat ſegnes per inania curſus,*
*Iordanis dinomen: item gemmoſus idaſpes,*
*Eridanus: nar albus aquis: cidrinus: & hiſter*
*Ac flumen rhenum, uultu quod cernit amico*
*Gallia: ſic tygris toto qui cognitus orbe,*
*Timbraq; troiani non ſegnis gloria campi,*
*Et ſimois: fontes pariter ſenſere tonantis*
*Iuſſa dei: magniq; lacus: nigræq; paludes,*

a Primos vbi. i. in omni parte mundi genus corruptum erat.
Pars dextera ſeptētrio ab orientis reſpectu ad occidentem. Quæ e regione videt ſolares æſtus.
Cœnum mortale. i. homo in ſua germina in ſuos filios. ſicut pruritus in totā carnem & morbida contagio quæ.
Excidio ad excidium.
Falce metit. i. dum contagio regnat.
b Duces aquarum.
c Nilus. totius orbis maximus fluuius.
Ganges indie fluuius pregrandis.
Euphrates babilonis fluuius.
Meander qui ad uada meandri.
Phaſis colchorū fluuius.
Eſper ſecundum aliquos vbi neſſus obiit.
Euleus in medis ortus. meſſopotamiā percurrit.
Fœnix theſſalie fluuius ē
Gloſpes fluuius eſt bithyniæ propinquus.
Iordanis dinomen a ior. & dan.
Idaſpes per parthiā latus fluit in indiam.
Eridanus italie fluuius de quo Virgi.
Nar ſabinorum fluuius.
Cidrinus fluuius ianeorū & ceraſinorum.
Iſter fluuius qui & danubius.
Rhenus fluuius gallie ex lepontiis.
Tygris armenie maioris fluuius.
Timbra fluuius troianus
Simois troie fluuius.

a ℂ Lati æquoris bra-chia cetera maria

Occeanus totusq; fremit: ſua brachia lati[a]
Æquoris ardeſcunt fines exire: per agros
Curſare, ingenti fremitu: ſtriduntq; furore,

b ℂ Trepidant timent propter eſtum occeani. Onus. vndæ .i. multas aquas. Vnde genitiuus eſt. Aquilo pluuialis.

Et trepidant[b] feruore graui, ſæui amphitrites
Nubifero ſtridente notho, furit impius auſter,
Atq; aquilo pluuialis onus, ſine legibus, undæ
Proijcit ex alto: uoluuntur ab æthere nimbi,
Et trahit ingentes celſis é montibus ornos
Vnda ruens, ſummo, ſaxoſi uertice montis

c Nothi genitiuus eſt. Duro ſaxo pro duri ſaxi.

Saxa fremunt ſtridore nothi.[c] tum ſibilat aer,
Et micat horrendum criſpanti lumine cœlum,
Intonat ac æther: & duro fulgura ſaxo
Mœrorem incutiunt: non tuta animalia luſtris
Procumbunt in nocte graui demerſa ſopore,

d Vnguibus .i. pedibus ab aere ab imbri.

SEGNIBVS imittit celeres timor unguibus[d] alas
Bruta fugam quærunt. locus eſt nec ab aere tutus,
Bos mugit: tauri fugiunt: & buccula matrem
Neſcit: amor nati pigreſcit ad ubera lapſi,
PRO ſe quiſq; timet: uolucres & in aere mortem
Horrentem fugiunt: reſonas habitare cauernas

e Celſa eleuatas ad ſidera.

Conantur, celſasq;[e] petunt ad ſidera turres,
Pars cadit horriſono, pluuijsq; cadentibus, auſtro,
Pars ſubitis tumulatur aquis, quam feruida ponti

f Pars pulſa freto tumulatur. Vis ponti. Turre in turre. Flamen ventum.

Demerſit uis, pulſa[f] freto, pars turre teguntur,
Ludentes ſenſere homines undantia terræ
Flumina: & horriſono flamen ſpirare profundo,
Et cœlum magnos effundere nubibus imbres,
Pertimuere nimis. nec ſat rationis habebat
Quiſq; timens uitæ, uult hic exire: ſed unda
Ante domum rapitur, ſummi faſtigia tecti
Ille ſubit: nutatq; domus, ui ſternitur undæ,
Et trahit ingentem ſecum prolapſa ruinam,

Exclamant

*Exclamant omnes:nec erat qui liberet*[a] *illos,*
*Et nequeunt exire domos.nec ſtare ſub ipſo*
*Tectorum imperio, tota & tremit horrida tellus,*
*Flumina conualles implent:a ſede ruuntq;*
*Cretoſi montes:nulla eſt ibi manſio tuta,*
*Nox fugit*[b] *umbrifera:& titan ſuper æthera fuſos*
*Oſtendens radios,diuina pericula monſtrat,*
*Vt nubes terram uelent:uidet impia mater*
*Quæ male natorum docuit præcordia,natos*
*Inuolui ſubito,dira hæc ſpectacula,ponto,*
*Porrigit hæc dextram nato,ſuccurat eunti.*
*Hanc quoq; uis raptat fluuij,natat æquora tigris,*
*Curuus & in patula delphin depræhenditur ulmo,*
*Non lintres:non conca poteſt ſeruare ruentes*
*Fluminis*[c] *in lapſum,ſaxo franguntur operto.*
*QVIS potuit uitare iouis teterrima ſæui*
*Tela nimis?uel quo fugiat peccator in orbe?*
*Tota freto tellus tegitur:ſola arca ſuperſtes:*
*Et quos hæc retinet uitæ tutella futuræ,*
*Quæ erigitur,dũ creſcit aqua:& perlabitur æquor.*
*Iuſtitia:*[d] *& pietas operata,abdantur iniqui:*
*Et pueri ſaluentur aquis,a labe parentum,*
*Cuncta noc ſubmerſa uago cum pinguia ponto*
*Cerneret arua ſenex,lachrimis ſuſpexit obortis*
*Ad cœlum:ſummoq; ioui tum uocibus inquit.*
*Humanum mirare genus.qui mitis ab alto*
*Fulgura cum pluuijs:& ſæuo*[e] *grandine,cœlo,*
*Demiſſas nimio terres,qui fulmine terras,*
*Securi nuſq̃ miſeri,quid dira minaris*
*Vulnera?quid meruit terrenum pectus,ut unda*
*Mergeret omne genus?quid enim mihi uita ſuperſit?*
*Demerſo per magna ſalo mihi ſæcula mundo?*

a ℭ Liberet q liberaret.

b ℭ Nox fugit luceſcit.
Diuina a deo miſſa.
Vt quanuis.
Mater videt filios mergi.
Hæc ſunt dira ſpectacula.
Succurat deeſt vt.

c Fluminis,in lapſum currentis aquæ.
Nimis ſæui ualde irati.
Quo ad quem locum.
Illi quos

d Iuſtitia & pietas.deus ſemper iuſtitiam adminiſtrat cum pietate ſubmerſit quippe adultos & homines iuſtitia.propter peccata ſua. Infantes autem pietate,ne in ſcelera parentum caderent magis puniendi.
Hoc orat.

e Sæuo diro,irato.
Cœlo aere.
Demiſſas humiles.

Qui ſibi labentes deduxit ſtaminis annos
a Protractu ſtaminis.
Protractu:[a] modica liquido perfunditur hora
Flumine, quid ſæuis? quid erit mihi iuppiter aruo
Proſtrato á diris, cuius dape uiuitur, undis?
b Domus. ſ. eſt. Qui. ſ. tu qui. Omnipotens vocatis eſt. Alma ſpes. ſ. cauſatiue.
Piſcibus unda domus:[b] terra eſt mortalibus aula,
Qui pietas, qui noſter amor; ſator orbis: & alma
Spes hominum, omnipotens homini ſuccurre cadenti,
Da lucem in tenebris, cædat caligo, ſerenam
Quæ lucem rapuit miſeris mortalibus atrox,
Te patrem oſtendas genitor, data præda profundo
Nos ſumus, ó genitor, miſeri, ſuccurre, perimus,
Præueniat, ni dextra iouis, qui format: & idem
Deſtruit. integra rurſum componit & arte,
Quæ fuerint diſtracta prius, potes omnia grandis
Iuppiter: & reliquos adam, pater ipſe nepotes
Feciſti dominum terræ, lateq; regentem,
c Dominarier domi-nari.
Tum maris, & cœli, poſſet dominarier[c] omni
Quod foret in mundo, ſed cur ſententia, curq;
d Hic dñs. ſ. homo.
Vota iouis uoluere ſecus: foret eſca marinis
Piſcibus, hic[d] magni dominus ꝙ maximus orbis,
He heu. quid cerno? miſerum me: flete nepotes
Hanc orbis cladem: quid erit poſt funera noſtræ
Prolis? ut hic uacuum miſeri uiuentibus orbem
Cernamus. iuuenes ubi ſunt: teneræq; puellæ,
e Pueri lactentes ube-ra fratrantia dulces deli-tiæ matrum vbi ſunt.
Hubera lactentes pueri[e] fratrantia, dulces
Delitiæ matrum? tot ſunt ubi, queſo, labores?
Sunt ubi florentes colles: tot flumina paſſim
Per ualles herba teneris currentia ripis,
Tot conſtructa manu: tot bruta mouentia curſus
Per placidos homines nimium adlectantia, campos,
Veris ubi innocuum tempus? uenerablis æſtas,
Frugifer autumnus? plenis cum fructibus annus?

Triſtis

*Triſtis hiems, deformis hiems confecit honorem,*[a]
*Atq; uſum mundi: cœli plorate: lituras*
*Ducite per'q; genas oculi, amiſiſtis id horæ*
*Quod uobis placuit,*[b] *multum adlectantia ueſtram*
*Arua quidem lucem, flete hic: ſuccurrite noſtro*
*Aſſiduis lachrimis latitanti in corde dolori,*
*Mors ubi: quid ſolus uaſto cum coniuge mundo,*
*Et natis reſtem, me dele hinc iuppiter: adde*
*Obſeſſis pelago: mœrorem & finiat atra*
*Morte noe, uel ſole meos penetrabilis illo*
*Impleat hos aer oculos, qui illuxerat orbi*
*Ante fretum: & pluuias: & quæ tegit omnia nubes,*[c]
*Iuppiter accurras mœſtis, lachrimæ omnia mœſtæ*
*Intus erant: tum bruta atras mœrentia uoces*
*Fundebant: miſeret ſuperos: tum protinus ethra*
*Illuxit cœlo: bicolor'q; attollitur arcquus,*
*Inſedit ſemi ipſe rotæ qui maximus orbi eſt,*
*Hic'q; homini fœdus pepigit, ſibi reddere terras,*
*Et latices ſiccare truces: & promere pacem,*
*Decreſcunt undæ: ſurgunt & ab equore montes,*
*Admiſit raucum ſinuoſa per æquora coruum*
*Ex arca genitor*[d] *ſtirpis, mœrore, future,*
*Sentiret quæ dira foris foret ipſa ruina,*
*An grauis unda magis toti decreſceret orbi,*
*Euolat. & circum damnata cadauera ponto*
*Inſeruit uentri. fœdo'q; cadauere turpis*
*Paſcitur oblitus*[e] *tutellæ corporis arcæ,*
*Expectant omnes: neſcit feralis & arcam,*
NATVRAM *quæcunq; ſuã quæ facta ſequunt̃,*
*Pura columba gemens iuſſu ſecat aera pennis*
*Grandæui patris, celeris præcepta capeſſit,*
*Mox reuolat. ramum'q; gerit ſignantis*[f] *oliuæ,*

a ℭ Honorem uetuſtatẽ vſum vtilitatem.

b ℭ Quod placuit. i. pulchritudinem mundi.
Arua. ſ. amiſiſtis.
Noſtro dolori latitãte in corde.
Adde. ſ. me.
Noe finiat merorẽ morte

c ℭ Et ante nubem quæ nubes.

d ℭ Genitor futuræ ſtirpis. i. noæ.
Deeſt vt, foret eſſet.

e ℭ Oblitus arcæ tutelle appõ.
f ℭ Signantis ſignificantis pacem.

a Noua magna.
Munere propter mnus.

Ætheream pacem roſtro, noua[a] munere, ſurgunt
Gaudia, pacifero cunctis, qui carcere clauſi
Arctantur uitæ: ſperant ſolamina longæ
Pacis: & horriſono mærentia pectora luctu
Priuari. DANT ſigna[b] boni præſcire futuri.

b Dant ſigna ex ſignis cognoſcitur quod futurum eſt preſcire nomen eſt & accuſatiui caſus.

Extulit immenſam omnipotens ad ſidera dextram,
Expulit & nubes diras: radiosq; reduxit
Solis: & afflantes iuſſit diſcedere uentos,
Æquoris atq; fragor cecidit: tota æquora tandem
Tuta ſilent: montiq;[c] ſedet tutiſſima celſo

c Monti in monte.

Arca hominis ſalui, cuius patuere feneſtræ
Captantes rutili radiantia lumina ſolis,
NAM iuuat[d] oppoſitum cum iam cõtraria cædunt

d Iuuat delectat.

Exardent animi cæcas exire latebras,
Molle lutum uetuit: tantumq; hac luce[e] uolucres
E lapſæ a tenebris: fecere ſedilia ramos,

e Hac luce pro illa luce .i. propter illam lucem delapſe.
Fecere ramos eſſe ſedilia.

Incaluit tellus, tepide ſudare lacunæ
Cœperunt, fulicæ notas & ſcire paludes,
Sidereq; exarſit: limusq; recanduit æſtu
Ætherei ſolis, calor & tunc putridus humor
Temperiem ſumpſere ſuam, iuuat ire per auras
Quæ uolitant pennis: putres[f] & paſcere campos,
A uita ceſſere ſua uiuentia terræ,

f Paſcere. ſ. iuuat.
Viuentia terræ cuncta mortua fuerant. ſic & cœli aues: & piſces pariter.

Aere quæ uacuo tenui ueſcuntur & aura,
Immerſa a ſubitis animalia protinus undis,
Nec minus & piſces periere cupidine magni
Ventris: & ingluuie per multa cadauera tracti,
Liberat ergo omnes natos: & chara nepotes
Pignora: ſublimi a fluctu ſeruatus in arca
Ipſe Noe omniuagas prudens cum uiderit undas
In proprios migrare lares, tum gaudia ſurgunt,
Oſcula tum figunt terræ: modo gramina quærunt,

Et modo ſaxoſum cupiunt inſcendere montem,
Quiſquis adhuc trepidat:ſacræ ſuccenſio[a] mentis,
Ne iouis herculea ſurgat uiuacior hidra
In genus humanum:minima & nubecula terret,
EXCVSSA a rapidi ſemel ut præda ore leonis:
Vſq; timet mortem: moneant elapſa futurum,
Interea concors pietas:& cætera cœli
Sancta cohors terras una uiſere[b] iacentes,
Vt mœſtos uidere noe plorare nepotes
Amiſſam ſtirpem:uacuum et uiuentibus orbem,
Prima modum pietas:prima & ſolamina ſumpſit
In genus humanum.MVLtum ſolamina proſunt,
Vita animi ſolamen erit mœrore cadentis,
Mortales dictiſq; dea hæc ſolatur amicis.
SÆVITIAM quandoq; parit clementia diram,
Magna quibus mens eſt in freno uiuere uoto,
Nec metuunt quicq̃:nec quæ uentura malignis
Proſpiciunt:ſemperq; putant albeſcere cœlum,
Non tenebras ſperant,[c] oculis oblata ſed ipſi
Eſſe putant tantum:nulla & prudentia:nullum
Conſilium uitæ miſeris:nec ſana futuræ
Mens ibi.uæh cæcis:uæh uæh mortalibus,arcto
Iuppitris oblitis iuſſu.per ſæua trahuntur
Fulmina ſpirituum lapſus:[d] & dira parentis
Exilia: & multæ ſtrages miſerabilis undæ
Sint exempla malis:quid enim?peiora minatur
Dextra iouis:manes habeant poſt fata,profundum,
Qui,dum uita comes,magnum ſpreuere tonantem,
Arbitrio & uoluere ſuo producere uitam
In luxu:tetroſq; dies occludere[e] cœno,
Sum pietas comes ipſa iouis:nec,grata tonanti,
Deſero iuſtitiam:iuſta hæc comitatur eundem,

a ℂ Ne ſuccenſio .i. ira mentis ſacræ iouis pro ſacri iouis.

b ℂ Viſere viſerunt. Iacentes humiles. Vna ſimul. Modum ſolandi.

c ℂ Sperant .i. metuunt acyrologia eſt putant tantum eſſe quod vident qa modice prudentie ſunt.

d ℂ Lapſus nominatiuus pluralis eſt. Dira exilia parentis & ſtrages miſerabilis multæ vndæ ſint exempla malis Manes habeant .i. q̃.

e ℂ Occludere cœno mori in peccato. Nec deſero.

*Hos tamen obſeruat uirtus prudentia, cuncte*
*Chara dei ſoboles ſumus: & contentio nulla eſt*
*Inter nos, punire malos: ſeruare fugantes*
*Turpia: quæq; gradus magno complectitur æquos*
*Cum ioue: multiplici uirtutem crimine quam non*
*Offendit mortale genus? caro noxia uitæ* [a]
*Labe pudicitiam fœdat: mens ſtulta, futurum*
*Quæ ſapit: & ternas circunſpicit integra partes,*
*Iuſtitiam qui aliena rapit: mihi detrahit atq;*
*Immitis: regemq́; deum, ſine lege ſuperbus*
*Vindictæ* [b] *irritat: ſed quæ tam dira cupido*
*Ducit ad interitum, modico ſolamine, mentes?*
*Præcepti immemores? quid uos, pars terrea, centro*
*Præcipitat? quid dira fames ſeruire palato?*
*Hinc ueneri tam fidus honor: fama obruta flammi*
*Quid iuuat & lætas furto obſeruare rapinas?*
*An miſeri æternos uiuendo ducitis annos?*
*An non mortales? an tantum corpus in orbe eſt,*
*Non anima, at ſolum uita eſt bene uiuere luxu?*
*Vel tantum tellus, aut quod tegit omnia cœlum?*
*Sic necubi manes, rapidis & tartara flammis*
*Non urant, ſit nulla quies a funere* [c] *iuſtis,*
*Heu miſeri. totiens quid me torquetis iniqui,*
*He heu. quid ſurda præcepta excluditis aure.*
*Nam dolor iſte meus, triſti ſuperatis aceto*
*Ambroſiam, qua tollo* [d] *deos, cæci omnibus eſtis,*
*Nulla mali uos umbra tegit: ſcelus omne remiſſum eſt,*
*Quod fuit in uobis ultrici è montibus, unda*
*Delapſa: & rutilo deiecto fulmine, cœlo,* [e]
*Extincta eſt ſitis omnis aqua, ui iudicis alti*
*Audendi in fratres & debellare ſuperba*
*Carne pudicitiam: iaceat frenata libido,*

*Amplius*

a ¶ Vite animæ.
Labe propter labem.
Stultus prudentie.
Raptor iuſtitie.
Crudelitas pietati.
Quæ ſapit. i. prudentia.
Ternas partes. ſ. præſens preteritum & futurum
b ¶ Vindicte ad vindictam.
Solamine delectatione.
Mentes animas quia minima delectatione damnamur.
Fames deſiderium.
Furto cum furto.

c ¶ A Funere: poſt funus Senſus eſt tantū creditis quod videtis ſed non eſſe infernum nec beatitudinē. ſ. ꝙ mali non crucientur poſt mortē nec boni beatificentur itaꝙ moriatur anima cum corpore.
d ¶ Tollo nutrio.
Nulla vmbra. i. inſidi eſtis omnes.
Mali. i. peccati.
In vobis in genere humano.
e ¶ Cœlo ab aere.
Sitis deſiderium audendi

Amplius adſurgat promiſſum occludere olympum:
Et cæcos aperire lares:& dira profundi
Tormenta:& cæni rapidis incendia flammis,
Sat mitem irritaſſe deum:dare [a] fulmina terræ,
Et turpi ingratos homines afflantia nigro,
Et quæ [b] urunt nimia mœrentia corpora flamma,
Et quæ diſcutiunt intacto obſtantia malli
Dura ſibi .tandem meliori uiuite forma,
Nusq; abero:commiſſa meo ni protinus obſtent
Offitio,uobis noceant nec dira,maligno
Corde niſi adflectat uitio peruerſa uoluptas,
SOLA homini commiſſa nocent,ſua lurida mors eſt.
Nec minus huic uitæ libertas,[c] uiuite cuncti
Vt iouis eſt uotum:non hoſpes ab hoſpite captus
Fraude cadat,cæco non interceptus amore
Conſceleret quiſq; chari connubia fratris,[d]
Ira cadat naſo:neq; ſit mens inuida:ſed pax,
Tunc deus inter uos( ſi nulla ſuperbia regnet )
Quæ ruat in uotum [e] magni,læſura,tonantis,
Fratribus & uobis quæ non placitura negantur
Haud a'ij quiſq; cupiat dare,gratia nulla eſt
E cœlo.ſi nullus amor præſtatur amico.
Dixit:& aerias pietas elapſa per auras
Et cætu comitata ſacro petit ardua tempe
Theſſala:& hic placidam fixit pulcherrima ſedem.
Vna [f] alie fecere lares:ne mundus ad umbras
Tenderet admiſſi,ſeruantes limina portæ
Interitus:uotiſq; ſuis ſpiramina uitæ
Sufflabant homini:mortalia corda regebant
Afflatu:[g] in terris mens nulla coacta:ſalubri,
Liber homo:ſi clara uelit:ſi turpia,captet,
Libertas ubicumq; uiget:nam ſidera:centrum

a ℭ Dare vt daret.

b ℭ Et quæ tria fulmina iouis tanguntur .ſ. denigrans comburens et transuerberans.
Obſtantia.i.ſolida.
Obſtantia ſibi.
Molli ablatiuus eſt abſolutus.
Protinus ſtatim:quia peccatum ſtatim opponitur gratiæ. Nec dira noceant idest nusq; abero ne dira no.

c ℭ Vera libertas eſt nõ peccare non a ſit ea quæ in ſeruitutem ducit.

d ℭ Fratris proximi.

e ℭ In votum contra votum.
Quæ negantur non placitura.i.
Quæ vos nõ vultis aliis nõ date.hoc enim naturæ Præceptum ſit.quod tibi non uis alteri ne facias.

f ℭ Vna ſimul.
Deæ regebant mortalia corda.

g ℭ Afflatu ſalubri.nullus cogebatur ad bonum ſed a uirtutibus incitabatur in terris quia cuncta libera erant homini.
Libertas vbiq;

Quam magē mūdus habet: quæ ſit placitura tenenti,
Iuppiter: eſt liber: nec non quæ in pace triumphant
Cum ioue, uirtutes: non ut ruat ipſe: nec ipſi
Angelici uultus: liber tum lucifer atro,[a]
Non tamen hic luci: ſed homo amplexatur utrumq;
Nil hominem cogat. poterit ſeruare quod optat,
Altera ſic ætas cœpit quæ argentea[b] fertur
A nobis: multum minor eſt quæ ætatis: & auri,
Tum genitor grandæuus ait mortalibus: orbis
Qui ſecum hæredes magni, præcepta tonantis
Seruemus. qui dira malis: qui candida iuſtis
Præbet: & exarmat ſua magna potentia fortes,
Viribus eneruans ingentia corpora forti,[c]
Commiſſa pro labe manu: ſed uilia magno
Robore conſolidat: multo nec munere,[d] iuſtus
Flectitur hic iudex: ſatis experientia cunctos
Admoneat, ſi uera loquor, mortalibus autem
Ocia[e] uana fouent pœnæ commiſſa futuræ
Fomentum: ſed enim noſtro eradamus ab orbe
Ocia, quæ mentem ſcelerant turpiſſima lapſu,
Viuamus ſudore manum, labor omnia uincat,
Terra ferax non ſponte dabit, ſine ſemine, fructum,
Vt prius in priſco fruges effuderat aruo,
At quia nos pia dextra iouis ſeruauit in arca,
Huic humiles de mente pia fundamus odores
Virtutum: ſacroq; ioui faciamus ad aras
Et uitula: & teneris mortales ungnibus, agna,
Semb reuoca cum uoce feras: ſeruetur & ordo
Supplicij, dent cuncta ſuum uiuentia munus,
Quæ uiuunt pietate iouis. tum uoce canora
Sub magno imperio uiuentia corpora cogit[f]
Semb patris antiqui, coeant ad ſacra, tonanti
Quam

a ¶ Atro ad malum: non ad lucem.

b ¶ AEtas argentea. AEtatis. & auri eiuſd. & eſt abuſio conſtructionis .i. quæ eſt minor. Noe filiis.

c ¶ Forti manu.

d ¶ Nec munere David bonorum noſtrorum nō indiges.

e ¶ Ocia fouent commiſſa. Fomentum appō pœnæ futuræ. Ocia turpiſſima.

f ¶ Cogit conſtringit. Coeant de eſt ut.

Quam primum ſacienda deo: nec penna: nec ullum
Quadrupedum genus ipſa [a] fugit præcepta parentis
Corporis humani: uolat hæc: uolat illa: reſedit
Tertia ramifera recinens mitiſſima lauro,
Cinnama portat arabs, caſiam fert unica fœnix
Vimq́; aloes q̃ fertur [b] auis, pipere aucta potenti, & 
Ture replet: ſimilesq́; boni deuexit odoris
Ad ſacra lætantes hominum præcordia fructus,
Munera iuniperi turdus cumulauit, hirundo
Nil habuit quod ferret amans pietatis: & aræ,
Ore refert tantum ſummæ pietatis amorem,
Pura columba gemens ramum frondentis oliuæ
Fert aræ, feſtaq́; tegens altaria fronde
Obducit [c] rapido circum loca ſacra uolatu:
Pſitacus aerios dulci modulamine cantus
Eructat: ſic pica loquax: & acantilis odas,
Et ſuaues philomela modos: petit ardea cœlum,
Et reuolat delapſa ſolo: [d] ſic paſſer: & omnes
Cantillant. habitæ laudes pietatis, & aras
Vt poſſunt ſanctas geſtu uenerantur, honorant,
Nec minus humentis properant animalia terræ
Ad ſacra pro modulo, uel pro uirtute potentis
Naturæ, & læto promunt ſua corpora curſu,
Inuigilant aræq; iouis, quam mirtus, oliua,
Laurus item, pinusq́; uirens, hederæq́; ſequaces
Velabant: grandisq́; ſuo ueſtibat amictu
Palma ſuper, propter [e] liquidi gratiſſima fontis
Pocula, congeſto tam grandis uictima ligno
Bucula, quæ primum formoſa impleuerat annum,
Ac ouis offertur cultro iugulanda ſeuæro,
Tum pater inſontem gemino de gutture uitam
Effundit ſpargens tepido congeſta cruore

a Ipſa præcepta parentis.

b Quæ fertur auis uni ca aucta. ſ. altaria.
Similes fructus.
Lætantes hilarantes acti uum eſt propter ſuauitatem odoris.

c Obducit altaria. ſ. rapido volatu circum ſacra loca.

d Solo ad ſolum.

e Propter. iuxta ligno pro lignis grandis in virtute.

Ligna Noe, dein metra canunt diuina uiciſſim
Sed tamen ipſe prius: natiq́; ſequentia dicunt.
Noe. MAGNE pater cui primus honor debetur in orbe
Accipias quas fundo præces, qui conditor orbis.
Filii. Summe decus cœli: terræ omniparentis: & undæ
Fundator: ſpes noſtra uirens: & norma ſalutis.
Noe. GLORIA cœlicolum (noſtræ fiducia uitæ)
Vota cape, & ueram facias ſperare ſalutem.
Filii. Grandis amor diuum: trepidæ & concordia mentis:
Hunc capias ſacrum (ſi noſtra merentur) honorem.
Noe. TV pater omnipotens: iudex iuſtiſſimus ipſe es,
Et pietas ſincera homini: ſi pœnitet atri.
Filii. Tu uita es. ſi iuſtus homo: ſi peſſimus, at mors,
Mens noſtra hæc, ſi recta, pius: ſi lurida, uindex.
Noe. PARCE præcor: ſuccurre præcor, ſuccurre cadenti,
Et populo audacem linguam compeſce futuro.
Filii. Inſpice qui magnum fæciſti iuppiter orbem,
Quam celeri lapſent uitio mortalia curſu.
Noe. CHARA mihi pietas, mundi ſpes unica lapſi,
Orbis amor: releuet cœno tua dextra iacentes.
Filii. Te ſine terrifico mortalis uita profundo
Mergitur: & nigra mens hæc perfunditur umbra.
Noe. INFVNDAS pietatis opus ſine lege, ruenti,
Te ſine tantillum cœli mens nulla meretur.
Filii. Sit tibi cunctifero perfectæ gratia laudis
Sit tibi perpetuo uictoria magna triumpho.
Noe. SINT tibi luciferi manibus ſpolia ampla ſuperbi,
Nec tua dextra malo parcat ſine fine ruenti.
Filii. Sis pater ad radios: tenebris dira ultio: claudant
Si uitam turpi, moriturq́; reuerſio cœno.
Noe. TRINVS es, ac unus, trina eſt tibi gloria: & una
Tu pater: hic genitus: perſona eſt tertia nexus.

Atq́;

*Atq; omnes fecere diem modulamine feſtum.*
*Donec frugalem tegeret nox humida terram,*
*Et magis irriguos ſuaderent ſidera ſomnos*
*Viuenti in terris, fruitur quod [a] ſole coruſco:*
*Non tenebras quæ dira [b] petunt: & cæca frequentant*
*Indigna ad radios rutili conſurgere phœbi,*
*Ergo omnes ſtrauere graui ſua corpora terræ,*
*Vilia ſed poſtquam ſanctæ conuiuia menſæ*
*Compleuere ſimul, quorum ſeruata per undas*
*Dona fuere: cibus, [c] ſed non bellaria regum,*
*Pemmata uel dulci ſiculæ ſibi nectare ripæ,*
*Altius incumbunt ſomno uiuentia terræ,*
*Dormit item genitor: ſed non pia cura reliquit,*
*Cor patris exardens ſpeciem ſeruare [d] nepotum*
*Viribus humanam: naturæ & creſceret uſu*
*Gens multa in longos, paucis mortalibus annos,*
*Et quo [e] non ſummo uitijs ſua terga tonanti*
*Verteret infrena hæc pœna langueret, & atri*
*Vltrici ſceleris. SEQVItur quia noxia noxam.*
*Ecce autem irriguo dum mergitur ipſe ſopore*
*Viſus adeſſe ſibi, primusq; & maximus adam*
*In longos fletus: atq; his ſermonibus uti,*
*Chare mali generis genitor: mihi lucida proles,*
*Prouida mens patris, dicto hoc nec fallimur, adæ*
*Grata mihi ſoboles: ſalue tutamen in arca*
*Humanæ carnis: dignas quæ uiuida grates*
*Lingua tibi ſoluat? qui non præcepta parentis*
*Fregiſti, nec turpe nefas, iniuria [f] cœli*
*Commiſſum eſt: ſerua has arcano pectore uoces.*
*Heu me mœrentem nimium: cui cura ſalutis*
*Seminis humani fuerat commiſſa, tonantem*
*Deliqui in magnum: traxitq; infecta ruinam*

a ℂ Quod.ſ.viuens.
b ℂ Non quæ dira.i. do nec ſidera ſuaſerunt ſomnum viuentibus ſub ſole .i. verſantibus in die. non autem viuentibus & nocte oblectantibus quæ tantum vigilant ad raptū

c ℂ Fuere cibus poſſet & legi cibo ſic. Quorum dona fuerunt ſeruata cibo ad cibū ſic in primo exemplario doctor fecerat. Pemmata bellaria & tragemata ſunt eſculenta ſunt ad irritandum gulam quæ melita, eſſe conſueuerunt.
d ℂ Seruare ſpetiem humanam viribus.i. virtute nepotum.
e ℂ Quo.i. vt pli. neq; id feci quo tibi moleſtus eſſem.
Vitiis propter vitia.
Sceleris atri.
Noxia pena.
Noxam culpam.
Abuſiue tamen quia noxia culpa eſt, noxa autē pena.
Adam Noe.

f ℂ Iniuria appō eſt.

*Poſtera gens:noſtri uirus ſata[a] ſanguinis atro,*
*Pœnitet haud quæmq̃ patrati criminis atri,*
PENA *malum ſequitur,peiori & uiuitur uſu,*
*Diſcruciant peccata patrem:ſi[b] exempla parentis*
*Suſcipiunt duri proprio in feruore nepotes*
*Peccandi:& flammæ quercus cumulantur edaci.*
*Inſtrue mortales magno ſeruire tonanti,*
*Atq; humilem ſeruare domum:[c] quia regna negantur*
*Cœlicolum,fatuo ſed ſtant recluſa ſuperbo*
*Infera:terribiles & formidare furores*
*Iuſtitiæ:pietatis opus ſeruare merentes,*
*Cautior ad lapſum genitus genitore triumphet*
*Naturæ oppreſſo humanæ,uel uinculet hoſte*
*Et uota & ſenſus:noſtrum eſt peccare,uoluntas*
*Libera mortali data ſit:tua uota mereri*
*Sola uelint:non hora breuis:non una miniſtret*
*Lætitia æternas,ſi ſit prudentia,flammas.*
*Cerne bonum diuini operis,quo iuppiter omnem[d]*
*Mortalem damnauit humum:quam prætulit orbi,*
*Omnia ſubiecit pedibus mortalis arenæ,*
*Rex homo cunctarum,præter ſublimia,rerum,*
*Regna poli:cœliq; uolens,nec fallimur,alti*
*Compos erit:nam cuncta[e] animæ ſeruilia præſtant*
*Offitia:& fragili præbent ſua brachia limo,*
*Cauſa huius mentis:retinet quam corpus alendum,*
*Cui tellus:cui pontus item:cui ſeruit & aer,*
*Nec minus ignis edax:quibus his pia ſidera conſtant*
*Virtutes,poſſint uiuæ dare robora terræ,*
*Hæc animam ſeruare deam ratione potentem,*
*Corpus habet quæcunq; iuuant:obſtantia nouit*
*Mens hominis:uelit hoc:neget hoc:uitale,periclum eſt*
*Quod fugit:heu miſeri lætas ſine ſemine fruges*
*Arua*

a ℭ Sata virus atro noſtri ſanguinis.

b ℭ Si pro quia.

c ℭ Domum mentem.
Negantur ſuperbo.
Formidare merentes iuſtitie eſt: ſperare merentes opus eſt pietatis.
Genitus Noe.
Genitore Adam.
Vel &.
Oppræſſo hoſte humane nature.
Vota & ſenſus eius.
Noſtrum eſt peccare loquitur ac ſi eſſet ipſe hō
Sit pro eſt.

d ℭ Omnem mortalem humum.i.omnem hominem. Mortalis arenæ hoc eſt hominis.

e ℭ Cuncta rectus eſt & ſubſtantiue ponitur.
Oſſicia ſeruilia quartus eſt. Sua brachia ſua ſeruitia. Mentis animæ
Cauſa propter cauſam.
Poſſint deeſt vt.
Hæc.ſ.terra viua.i.vt corpus poſſit ſeruare hanc animam diuinam.
f ℭ Vitale eſt hoc.i.vtile Hoc eſt periclū 'periculoſum quod homo naturaliter fugit.

*Arua dabant:uitio [a] pietas conuerſa dolori eſt,*
*Impune errantis populi:ſudore parandum*
*Semper,habeto cibum:quæ conuenientia uitæ,*
*Vitæ hominis,tantum ſequitur qui corporis uſum,*
*Mox ſudore para, pontus fœdauit:& auras*
*Fœdarunt tremulo ſubmerſa cadauera ponto,*
*Cautior ad uitam ueniat pro temporis uſus*
*Conditione macra:tibi ſic uiuatur in annos, [b]*
*Hoc inconueniens multa hic incommoda traxit,*
*Non aer purus,non ſunt ſine fraude liquores,*
*Terra ſibi in noxam uirus mortale recepit,*
*Deteriora feret,minuentq; in corpore uires*
*Quæ præſtant elementa homini,terra,æquor,& aer,*
*Ingenij uiuatur item,uirtute regentis,*
*Ne ruat[c] in præceps,uitæ conceſſa futuræ*
*Tempora uiuendi breuians mortalis abuſu,*
*Et quia creſcentis calor eſt concordia uitæ*
*Humida corpus alunt:paribus ſociantur & omni*
*TEMpore,quæ ſimili ſunt conuenientia forma.*
*Ne ſanguis putreſcat:habes quod uiribus hauſti*
*Corporis incumbat:ſurgas:cape munera cœli,*
*Has uites:colliq; feras ſurgentis ad ortum*
*Luminis eoi:creſcent in munera thyrſos,*
*Hæc diuina tibi gladio purgentur acuto:*
*Ne in longum creſcant ramos compeſce fluentes,*
*Aut palo,aut latis commendas protinus ulmis,*
*Falce meras [d] uites,hæc dulci pocula muſto*
*Præbebunt uitæ nimio ſudore cadenti:*
*Haud ipſe indigui:nobis meliora dabantur*
*Ad uictum,paſſim toto,nec fallor,in horto*
*Errabant uites:quid enim mihi defuit ante?*
*Ante ſcelus generis,[e] lac erit pia potio,uinum*

a Vitio propter vitiū errantis populi.
Semper parandum non ſemper habeto & quæ ſunt conuenientia humanæ vite para ſudore.
Qui.ſ.homo vſum vtilitatem. Pontus fœdauit.

q In annos pro temporis conditione.
Hoc inconueniens. dato vno incōuenienti plura ſequantur.
Quæ præſtant illa elementa quæ.i.terra.aer.aqua.

c Ne ruat .ſ. mortalis vitæ. Conceſſa futuræ creſcenti.i.breuians tempora conceſſa.
Abuſu uiuendi.
Calor quia calore uiuimus: humido nutrimur.
Paribus ſociantur pares cum paribus bene iunguntur:& in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus. Hauſti exhauſti quod incumbat uiribus debilitati corporis.
Munera appoſitio eſt
Ad ortum luminis eoi. orientem uerſum.
In thyrſos munera hec creſcent.
p Meras purgatas.
sudore labore.
Nimio multo.
Cadenti viribus carenti.
Nec fallor pro actiuo ponitur.
e Generis .ſ. humani pia potio.apprō eſt.

*Quippe tibi: & ſenibus: neq; enim ſine ſanguine uites*
*Et ſuis: & torui uelit hæc tua terra leonis,*
*Simia detq; ſuum uitii iugulata cruorem,*
*Hos uſus tua uina dabunt ſi pota bibenti* [a]
*Offitiant, ſed enim lætabunt ſumpta decenter*
*Parce mero, NIMII dira eſt iniuria uini.*
*Ecce deus diuina dedit tibi dona triumphi,*
*Exhilara quæ mœſta mero præcordia ab undis*
*Elapſa: & talem iubila cecidiſſe tumultum,*
*Dixit: & in tenues lachrimans euanuit umbras*
*Par uolucri ſomno, leniq; ſimilimus auræ,*
*Surgit homo, cui ſomnus erat, pater ipſe ſecundus*
*Humani generis, torpentia lumina ſomno*
*Expiat* [b] *infami digito, teterrima luſtrans,*
*An uideat quenq̃, denſis loca quæq; tenebris,*
*Hic tantum horrendas flatu feruescere ſiluas*
*Aſpicit: & duras cautes: & concaua grandem*
*Antra, domum,* [c] *ſenior: magno & lucentia cœlo*
*Sidera: tum natos: & pignora chara, nepotes*
*Excitat, adſurgant, narrat ſua ſomnia, cuncti*
*Mirantur: uitemq; uident telluris honorem,* [d]
*Tunc magis incumbit fidei: uera eſſe parentis*
*Occluſus ſomni tenebra quæ uiderat atra,*
*Hanc capit: hãc lachrimis fundat noua gaudia, obortis*
*Præcipiunt: uitiq; ſacræ pater oſcula figit,*
*Oſtendit natisq; manu mirabile munus.*
*Armat & in meritas prius ora tacentia laudes.*
*O pater omnipotens: cœli regnator: & orbis*
*Qui pariter* [e] *terrena ſapit: mens unica mundi,*
*Tartara qui terres: & qui ſublimia donas,*
*Spes* [f] *hominum: nec uana ſalus mortalibus: omni*
*Tempore qui cupiunt ueram captare ſalutẽ;*

a ℭ Bibenti pro qui biberit .i. ſi inebriatus quis fuerit.
Letabunt hilarabunt.

b ℭ Expiat purgat.
Infami digito .i. medio.
Luſtrans quæq; loca teterrima denſis tenebris.

c ℭ Domum appõ eſt
Senior ſenex.

d ℭ Honorem appõ.
Parentis .ſ. adæ vera eſſe ſomnia occluſus noæ.
Noua magna præcipiunt.
Fundat .ſ. vt.

e ℭ Et pariter regnator orbis qui terrena ſapit .i. cœli & terre.
f ℭ Spes hominum .ſ. cauſatiue.

Quæ dona hæc, tam mira homini delapſa triumpho
Cœlicolum? nobis uitæ tam fida futuræ.
Vt pater [a] expoſuit, mundi pia cura minoris,
a Pater minoris mundi appoſitiue pia cura.
Ne quid agam turpis: ne quid patiamur egentes,
Atq; inopes rerum: pater eſt: & cura nepotum,
Incolat ut [b] tenebras, tantum fera dindima ſeruant
b Vt quamuis.
Duritiem mentis: memor hic mihi nuntius orbi
Attulit has uites, diuinum munus, ut arua
Hæc habeant, colleſq; ſerat mea dextra tuentes
Eoos ſolis radios: & perſerat ictus
Solares propago, parens ut iuſſit: & arte
Hic peragam præcepta patris: cape ſarcula fili
Mi [c] parens ſemh: ſic mea iuſſa ſequatur iaphet:
c Mi pro mihi. Parens obediens.
Sit mora nulla tibi, fido parere parenti:
Cham patris imperium ſerua: latus occupet huius
Dextra iugi. & raſtro figant tua robora terram,
Sol ubi dat radios: & prima orientia ab undis
Lumina procedunt, QVAM mira eſt gratia ſolis,
Eſt anima in terris: cunctarum gloria rerum
Quæ creſcunt terræ: præſtantia munera ſunt hæc.
Corporis iſta ſalus: & uis mœrore cadentis [d]
d Cadentis deficientis ſeneſcentiſq;.
Sanguinis humani: læto ergo incumbite uultu
Cœpto operi. nec uos lateat, labor iſte iuuabit,
Sanguine per ſeriem triplici poſuere ſequaces
Infectas uites: [e] & in ijs mirabilis ordo
e Vitex plantantur.
Arte datus campo eſt: ne quid proſerperet errans
Incompte: & paſſim ſe circunfunderet aruo.
Digeſto, [f] ceſſere operi, pater ipſe, labore
f Digeſto labore.
Cum natis: iuſtaſq; deo pro munere grates
Perſoluunt iterum, replent & laudibus auras,
Vinea ſerta uiret. pingui tum fertilis aruo,
Gemmat [g] & in primo uere: & frondeſcit adulto,
g Gemmat uinea in primo uere. i. in principio gēmat: in uere adulto frondeſcit. i. in medio in fine uero emittit fructus.

Et præceps teneros emittit, munera, fœtus,
Acria, dein dulci: replentur nectaris uuæ
Humenti ſucco: iuuat & ſeruare racemos
Luminibus placidis: & dextram implere botillo,
Miratur genitor: nati mirantur: & ipſæ
Vxores nouitate cibi: potusq́; futuri,
Interea dum mira uident: dum dona tonantis
Obſeruant fratres: teter de uallibus hircus
Exit ad interitum uitis: quæ fœta racemis,
Aggrediturq́; fero caper hic uiridantia dente,

a ℂ Semh perimit hircũ.
b ℂ Tella appõ eſt.
c Sequens non tenet eſt.
Certa infallibili.
Hic. ſ. hircus roſei ſangui-nis aſpergine.

Semh [a] rapit arma manu: celeres & tela, [b] ſagittas
Mortis: & horentem tendit raptoribus arcum,
Turba ſequens [c] prædæ ſilueſtri exiuerat antro,
Tranſigit & certa uaſtantis arundine capri
Pectus: & hic roſei teneros aſpergine fructus
Sanguinis innumeris rorauit imagine, [d] guttis

d ℂ Imagine ſimilitudine ſubruffi ſanguinis.
QVARE
Alba uua nigreſcit.
e Magis: & minus tanto in tenſiorem nigredinẽ & remiſſiorem traxit uua quanto magis: & minus aſperſa eſt ſanguine
Quæ. i. uua quæ.
f Natura iraſcitur.

Subruffi: & nigrum traxit mox uua colorem,
Quæ prius alba fuit: magis: [e] & minus ater adũbrans.
Exierat ſanguis tumidas ut ſpargeret uuas:
Sic magis hæc: minus illa trahit fœdata colorem:
Mutauit ſpeciemq́; ſapor, quæ faucibus hirci
Tacta fuit rigidum ſumpſit uiolata ſaporem
Fœtore hircoſo, doluit natura [f] capellas
Ingenuos temeraſſe cibos: quæ irata coegit

g Et ſine pinguedine ſucci melius paſcente uentrem.
h Oppoſitas pœnas peccata patiantur nam guloſus ieiunet: qui voluit dulcia patiatur amarum qui uult eſſe liber damnetur perpetuo carcere. liber. qui.

Hoc genus horridulas ederet, ſine pondere, frondes,
Et ſucci paſcente magis pinguedine [g] uentrem.
OPPOSITAS [h] peccata luunt mortalia pœnas,
ncp gula ieiunet, petijt qui dulcia amaro,
Vexetur, longo damnetur carcere liber,
Qui cupit ad uitium laſſare incautus habenas,
Hæc eademq́; ferant peccantia membra dolores
Iuſtitiæ ſic ordo petit, quæ regula mundi,

Nec

Nec tantum placuere capro:ſed & aeris uuæ
Melleæ cepere feras:[a] placet omnibus arbor
Nectaris,hinc[b] igitur uini ficedula fructus
Carpebat:carpebat apes:ſimul agmine turdi
Viſcera paſcebant:paſſer:picæq́, loquaces,
Tunc canis ipſe comes fidus mortalis arenæ
Exoptat QVÆ grata[c] labor tutare uolenti
Et plures quæ optata iuuant.uigilatur ad uuas
Voce,armis,terrore,atræ nouitate figuræ,
Frondibus & palea congeſtæ ad tempus adultum
Carpendi ambroſeos,grauida propagine fructus,
Venerat autumnus thaſiæ[d] quo tempore dulces
Sumpſere ambroſiam:fœlix & temperat hybla
Arboribus quæ poma ſuos in floribus ortus
Fundarant:genitor gaudens,pia dona racemos
Decerpſit:guſtauit item:tum gaudia ſurgunt
Grandia,tum lachrimis,iubilo diuina canoro
Pectore cœlicolum ſublato ad ſidera uultu
Eructans regi nulla ipſe ſilentia fecit,
Naturæ genitor,cœli faber optime,uiuax
Cœlorum uirtus:cunctarum & regula rerum,
Omniparens:[e] ſummumq́; bonum:quæ forma ſalutis,
Gratia magna homini facta eſt,cui ſumma pepercit
Erranti pietas:& adhuc cumulauit honore,
Et fructus bonitate cibo:nec deſerit unq̃
Hæc,niſi deſidiam:diuina hæc munera,ſunt hæc
Mellifluo[f] demerſa lacu,delapſa triumpho
Cœlorum,angelico tandem digniſſima cætu,
Grande miniſterium uideo de collibus iſtis
Exire,& noſtræ frumento incumbere uitæ,
Protinus in natos profert præcepta,racemos
Falce putent:calatos repleant:& dulcia cuncti

a ℂ Feras aeris aues irretite fuerunt ab uuarũ dulcitate.
b ℂ Hinc hac cauſa quia dulces erant uuæ.
Agmine turmatim.
Turdi pro ſturnis ponuntur.
c ℂ Quæ grata labor nõ difficile eſt ſeruare quæ grata ſunt & pulchra: & quæ omnes appetunt.
Terrore terriculamento nouitate figure quam ſolent ruſtici auibus in aruis palo erigere ad fugã.
d ℂ Thaſiæ a thaſo inſula poſtea denominata a thaſo filio penicis quæ inſula eſt in mari ægeo.
Temperat poma quæ arboribus datiuus eſt.fundarant ortus ſuos pia dona appõ.
Iubilo iubilatione.
Canoro pectore.
Regi cœlicolum.
Eructans diuina.

e Omniparens regula.
Quæ forma ſalutis.ſ.eſt.
Erranti qui errauerat cibo ad cibum.
f Mellifluo lacu.
Triumpho cœlorum.
Cætu angelico.
Frumento auxilio:& materiæ per ſimilitudinem.

Alterno pede uina premant: & uaſe recondant,
Mox ſubeunt præcepta patris: calatiſq; ſiniſtras
Vimineis cinxere ſuas: & dextera ferum
Suſcipit, ac tumidos condunt in uaſe botillos.
Lætantes nouitate cibi: ſed ſæpius auctum
Vuarum imminuunt cumulum, dum lecta uoraci
Gutture[a] deglutiunt. QVIbus oblectamur auemus,
Dulcia muſta lacu calcatis, calcibus, uuis
Vſq; fluunt. conditq; cado pater optimus alto,
Ac prius hic pecudem iuſto mactauit inermem
Ipſe ioui dignasq; dato pro munere grates
Soluit: & immerſit dulci præcordia muſto
ALITIVNT q̃ grata ſibi[b] ter ſumpſerat hauſtu
Immodico pater ipſe merum: lætiſſimus exit,
Mentis & exanguis facta eſt obliuio ſanctæ:
Tum cecidit multo merſus ſua membra ſopore.

Ioannis mariæ uelmaiy bagnacaballi Chriſteidos Liber Quintus Explicit.

a ℭ Gutture, deglu tiunt qbus, ram glutio habet primã longã. iuue. qualis tunc epulas ipſum glutiſſe putamus.
Alto magno.

b ℭ Sibi ad ſe. ſibi non noe ſed generaliter ad ſe grata.



## ARGVMENTVM VI.

*Vina patrem ſexto tumulant: cham ſpernit iaccho*
*Obſeſſum: genitorq́; ſatum[a] maledicit: abitq́;*
*Deriſor patris: ſequitur fidiſſima coniunx,*
*Vmbra chaim apparet, timet illa: monetq́; ſuperbum,*
*Conficiat fratres ferro: repetitq́; tenebras,*
*Fitq́; ociſorum princeps: narratur & omne,*
*Omne ſcelus mundi: tenditq́; euphratis ad undas.*
*Mors ibi cæca noe perimit, fit luctus: & inde*
*Cham cædit: moriturq́; miſer: ſed ad impia nembroth*
*Surgit, & ingentem babilon dat mœnibus urbem.*

a ℭ Satum cham pro nepote chanaam.

# IOANNIS MARIÆ VELMA-
## *tij bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum Cardinalem tranenſem chriſteidos liber ſextus incipit.*

VREBAT *radijs totum fulgentibus orbem*
*Phœbus: & in medio ſpargebat lumina, curſu*
*Fœlici: & laſſum ſtabat pecus omne ſub umbra,*
*Cum pater irriguo fuſus præcordia ſomno,*
*Monſtrabat quod turpe dedit natura parenti,*
*Puluer is illapſus cineri: genibusq́; ſupinis,*
*Ronchiſono ſtertebat item ſpumantia naſo,*
*Impuro eructans uina ipſe miſerrimus ore,*
*Forte amens genitus propter*[a] *genitoris inermẽ*
*Cham tenuit curſum reſonantia in antra, cadauer.*
*Vt uidit generantis opus,*[b] *ſubriſit: & alta*
*Subſanat ceruice patrem: mordaciter urgens*
*Turpe patris facinus naſo contractus adunco.*
*Sem uenit: & pariter ſequitur prædulcis iaphet,*
*Vt fuſum uidere patrem: ſuſpiria ab imo*
*Pectore traxerunt: & membrum ſeminis ambo*
*A tergo hærentes, nudum ( ne turpe*[c] *uiderent )*
*Texerunt, qua ueſte leui ſua corpora lino*
*Induerant: fratriq́; ambo conuitia iactant,*
*Qui ſubſanarat merſum, ſine lege, parentem*
*Imperio uini: fuerant ſua robora nondum*
*Nota ſibi, oblito quæ iam mandauerat adam.*
POTA[d] *nocent multum, proſunt q̃ ſumpta decenter*

a Propter iuncta.

b Opus generantis uirile membrum effectum pro cauſa ponit.

c Ne turpe ne turpiter uideret membrum nudũ. Leui lino texerunt. ſ. nuditatem patris ueſte qua induerant ſe leui lino. Sine lege ſine ratione. Merſum imperio uini

d Pota multum. i. inordinate,

*Æthereas*

Ætbereas, inter conuitia, ſomnus ad auras
Se tulit,[a] horriſonos fugiens, genitore relicto,
Clamorum ſtrepitus: & uitæ redditus almæ
Lumina contorſit: natis tum talia fatur,
Quæ uerba inter uos? quæ tanta inſania uocum,
Quæ uos[b] arripuit? rabidæ concordia rixæ
Cur uacat? unde error? patri quæ, dicite deſunt?
TVRPE decus fratrem mouiſſe incendia fratri.
Turpe malum, carnem cruciat quod ſæuius unguis,
Dixit: & in lachrimas uerba hæc ſunt uerſa fluentes,
At prior in uoces ſemb uerba nocentia fratri
Proÿcit, & fratris nudat commiſſa parenti.
Tunc pater in genitum, tendens ad ſidera palmas,
Hæc ait, & patrios fugit patientia mores,[c]
Cham genitus ꝗ̃ grata mihi deuota propago eſt.
Seruorum cham ſeruus eris: maledicta[d] parentum
Seminis hora, tuos quæ tunc generauerat artus,
Semb tibi rex: mitisq; datur, cui paret, iaphet
Quorum ſeruus erit, cham multi criminis audax
Oblitus præcepta noe. COMMISSA ſequuntur
Haudquaꝗ̃ immeritæ, peccantis præmia, pœnæ,
Tunc pater eiecit ſanctæ uirtutis inermem,
Fœdaret reliquos ſua ne contagio fratres,
SEPE pecus pecudem maculat, quæ morbida, puram.
Mox miſer arrepto, cliuoſi tramitis arcu,
Carpit iter: ſecumq; pari fidiſſima coniunx
Progreditur paſſu: primum[e] fugit impius orbem,
Orbis & in medias properat turpiſſimus oras.
¶ Iam ſolis magnæ cædebant lumina terræ,
Phœbus & oceanas rapidis fugiebat ad undas
Non deſes raptatus equis: & montibus umbra
Deciderat: uolucresq; ſuos, animalia,[f] nidos

[a] ¶ Se tulit ſomnus ad auras quia euanuit: & noe expectus eſt confratrum uocibus: quia ſomnus clamore propellitur.

[b] ¶ Quæ uos arripuit. ſ. inſania,
Dicite patri quæ deſunt,
Carnem unguis .i. inter vnguem & carnem vt fertur prouerbio.

[c] ¶ Mores patrios quorum eſt filios benedicere. cham genitus. ſ. chanaan.

[d] ¶ Maledictio filii eſt patris & e contra.
Hora ſeminis parentum.
Mitis iaphet cui cham paret. Quorum erit ſeruus.
Audax multi criminis.
Commiſſa accuſatiuus eſt
Pœnæ nomintaiuus.
Præmia, appõ.
Inermem. ſ. cham.

[e] ¶ Primum orbẽ orientẽ
Turpiſſimus uitioſiſſimus.

[f] ¶ Animalia q̃ ſuerant nidos ſuos hoc eſt luſtra & uolucres quæ ſuerant nidos ſuos.

Quæ ſicrant terræ, cum tetra è nubibus atri
Vmbra chaim [a] uenit formis comitata malignis,
Quam flamma diſtenta truci ructauerat ætna,
Intremuit coniunx: nec uox è faucibus exit. [b]
AVFERT uerba timor: nox & parit ipſa timorē,
Tota [c] timens poſt terga ſuo ſubiecta marito
Incumbit lateri ſic alæ inixa ſiniſtre
Tota tremit: MVLIER uani eſt fœtura timoris,
Ceu uiſo, fugit, agna lupo: ſed protinus audax
Cham pauidæ accendens animum trepidantia nuptæ
Corda alit [d] audaci, timeat ne ſponſa, fauore,
Cur, ait, horreſcis? tecum comes ipſe potenti
Defendam te, chara, [e] manu, cerne arma: ſagittas,
Atq; arcum, durumq́; mihi, quem protinus, enſem
Dextra geret, ferietq́; hoſtem: ſola umbra uidetur,
Corpus ubi eſt, tu uana times: SENTIna timoris
Fœmina, quid dubitas fido cum coniuge coniunx [f]
Chamq́; ait exclamans: nobis quæ turpis imago
Offertur? diræ facies, & inutilis umbra,
Quid querunt ſecum? quæ diræ: & noctis abortus? [g]
Fare age: mortalis non es? fera dindima ſeruant
Quæ tumido periere ſalo? uiuentia liqui
Corpora communi (quæ ſunt rationis) in antro.
Dijq́; habitant cœlos: tamen hæc oſtentat imago
Humanam ſpetiem, quanuis circundata nigro,
Certe aliquid, [h] quodcunq; illud: quid prodere, quod ſis,
Voce fugis: tu facta prius? q̃ horreſcere tentes,
Me quicq; adijcies: ſic nuda ſedilia ſaxo
Hic faciam: ſeditq́; prius, dein protinus uxor,
Voce chaim tenui, tacita ſub nocte, uocauit
Cham patris imperium fugientem: & talibus infit,
Sanguinis ingenui conſors: comes ipſe laborum,

Quem

a ℭ chaim genitiuus eſt.

b ℭ Exit pro exiuit.

c ℭ Tota timens, ſubiecta ſuo marito incūbit lateri.

d ℭ Alit corda. Fauore audaci.

e ℭ Chara uocatiuus eſt.

f ℭ Cōiunx uocatiuus ē.

g ℭ Abortus noctis q̃ tam turpe ſit vt noctis filius videatur & abortum turpe illud ſpectaculum vocat.

h ℭ Aliquid .ſ. eſt. quod cumq; illud .ſ. ſit. fugis nō uis. Quam horreſcere: .i. q̃ tentare poſſis me horreſcere: tu prius facta mihi adiicies q̃ ut timeā eſt enim modus iactandi ſe inter iactatunculos.

*Quem ſatis obſeruo, ne quid ſine lege, parenti* [a]
*Officiat, ſerua magni quæ filius adæ,*
*Dixerit: & pigeat nunq̃ uerſare tenaci*
*Mente, noe genitum quæ ſint præcepta cadenti.*
*Cham, genus hoc cœptum longos augere nepotes*
*Proſpicitur: & ſeriem uiuentis originis æuo*
*Conſulit immenſam longo: natosq; docebit*
*Quæ fuerint elapſa parens, documenta uidebunt*
*In patribus faciunda ſati, dein facta ſequentur,*
*Ergo erit exemplum genitor, quodcunq; decenter*
*Fecerit aut praue. VICTORIbus omne pudicũ eſt,*
*Omne nefas uicto, ſed quæ tibi doxa fauebit,*
*Si fratrum tu ſeruus eris? ſi ſeruiat uxor*
*Vxorum ancillis fratrum? tua chara, tuorum,*
*Hoc turpe eſt audire nepos,* [b] *compendia mundi,*
*Vincat honor mundi, primo quid uilis ab orbe*
*Hunc fugis o demens? en hæc tua gloria? fratres*
*Te referant uiciſſe tui? ſume ocyus arcum,*
*Multiiugo & grauidam telo, de more, pharetram,*
*Prælia cum rapidis tentas duriſſima damis,*
*Qui uerbo nocuere tibi, tua dextera telo*
*Finiat ætherea ſic fructu corporis aura*
*Non mage ueſcantur, q̃ quem mea robora fuſte*
*Confecere rudi, diro & dimiſſimus orco,*
*Hæc tua ſit laurus: ſin tu uileſcis: inerti*
*Pectore: uel rapido mergas te flumine, ab alta*
*Caute: uel oceanas properes mergendus ad undas,*
*Vel miſer in tacito fias comes improbus antro*
*Buboni, lucem fugiens, aut conſcia ſilua*
*Dedecoris ſit ſola tui. tua neſciat uxor*
*Extremam* [c] *partem ueneris, ne frigida proles*
*Exeat á pauido, totum quæ repleat orbem*

a ℂ Parenti affini ſam pridius amicos & parentes ſi malos alexander reperit aut puniuit.
Sine lege abre: & ſine cã vel multum vt eſt mos loquendi uſualis.
Nunq̃; pigeat genitum noe tenaci mente verſare
Noe a noe.
Cadenti cham ruenti.
Cœptum inceptum.
Faciunda. ſ. ab ipſis filiis.
Sequentur. ſ. filii.

b ℂ Nepos vocatiuus eſt vocat chaim cham nepotẽ vt magis ad ea quæ iubet aliciat
Compendia diuitias.
Demens vocantis eſt.
Vilis nominatiuus.
Duriſſima perſeuerantia.
Cum quando. Damis datiuus
Finiat illos qui.
Fructu fruitione vel uſu.
q̃; ille quem.

c ℂ Extremam partem. i. coitum.

*Semine marcenti.* SERVVS *timor exit* [a] *ubiq;*
*Et menſæ, & ſtrati fidæ nimis atra ſodali* [b]
*Diſplicuit uox iuſſa chaim, ne coniugis arctos*
*Perferat amplexus,* SENTINA *libidinis uxor,*
*Cætera neglexit coniunx, an perderet: an non*
*Confratres ferro, uel cham nequiſſimus arcu.*
*Hæc præcepta chaim q̃ magna minantia mortem*
*Dixit:* [c] *& aereas lapſus conſultor in auras*
*Delituit: terrasq; petit, fera dindima partes,*
*Orchei petiere dei, quibus eſſet ab oris,*
*Qua uectus regione chaim: quæ cauſa tenebris*
*Mouiſſet ceſſiſſe feris: quid fertur in orbe*
*Viuentum: medio forſan ſi uenit ab orbe:*
*Qualis & hic numerus miſeris mortalibus eſſet:*
*Amplius an nigras mortalis uiſitet* [d] *umbras:*
*Ille: ego per medium mundi mœrentibus axem*
*Deſcendi: ac inter miſeros bella horrida moui,*
*Narrauit totumq; chaim: contagio multa eſt*
*Criminis: accenſæ fiunt incendia flammæ,*
*Copia uiuentum minima eſt: ſed diſſona mente*
*Vsq; parant augere lacus: & uiſere manes.*
MOLLE *genus terrena caro, diuerſa uoluntas*
*Effectus gignit uarios, non unica mentis*
*Inſeritur cuicunq; homini connexio: proni*
*Sunt hominis tandem ſenſus ab origine terræ*
*Quiſq; cadit per ſe noſtri ſine ſentibus orci.*
TERRA *petit terram, magis hæc impulſa ruinam*
*Sentiat infœlix, hac lege referre triumphum*
*Noſtra manus poterit, ſi non torpeſcimus hoſti,*
*Ergo chaim fecere ducem: qui tela furentum*
*In mortem alterius geſtant, & tartara ditant*
*Ociſorum animis, habeat uexilla triumphans*

Iure

a ℂ Exit erumpit timor qui eſt ſeruus iis quos timet.
b ℂ Sodali menſæ, & tori ideſt vxori.
Vxor .i. mulier.
c ℂ Dixit chaim hæc præcepta.
Conſultor .ſ. chaim qui conſuluit.
Petit petiit.
Terras partes appõ eſt.
Eſſet .ſ. vectus .i. vnde veniſſet.
Mouiſſet .ſ. illum ceciſſe receſſiſſe ab inferis.
d ℂ Viſitet viſitaturus ſit
Ille chaim reſpondet.
Mœrentibus ad mœrentes deſcendi. Trinæ interrogationi reſpondetur .i. iui in medium orbem vbi erat cham.
Contagio ad id .ſ. quid fertur referenda eſt.
Copia minima, qualis numerus.
Lacus .ſ. infernales.
Diuerſa voluntas diuerſarum voluntatum. diuerſæ operationes: & actus.
Vnica vna mentis connexio eſt homini qualiſcunq; ille ſit quia ſumus ad propoſitum.
Sine ſentibus ſine diaboli inuitamento.
Proni geñ. viii. proni ſunt ſenſus hominis ad malum a principio: vsq; ad finem.
Terra homo terram peccatum iuxta illud ſtatuerunt oculos declinare in terram & hoc impulſu materiæ.
Hac lege hac ratione.
Magis hæc impulſa ſi hõ cadit p ſe quanto magis impulſus. vel a mundo: vel a demone.
Ducem principẽ furentũ urioſorum in hoſtes.

Iure chaim, dixere dei, regat ipſe nocentes,
Pellat & in uitium quo mars furioſior [a] audet,
Interea cruciabat honor præcordia fratris
Deuoti, ambiguam uerſabat in omnia mentem
Perderet an parens chari pia germina patris
Præcepto inferni, meritas uel pectore pœnas [b]
Conderet arcano, nec ligna infunderet igni,
Hæc ſibi ( qui quanuis dirus ) tamen altius alto
Corde gemens, lachrimis miſerum ſe, flebat obortis
Non texit ſi ignaua manus genitoris honorem
Exilium merui, ſoloq; infamia riſu
Aucta mihi miſero eſt, quid erit ſi intenditur arcus
In fratres? delebit enim mea ſemina grandis
Iuppiter, & toto iuſtus me pellat ab orbe,
Sat ſemel erraſſe eſt, ſemel offendiſſe parentem,
Solus ego in geminos [c] bello concurrere fratres
An poſſim? LEX iuſta iuuat ratione potentem,
Deprimit iniuſtum lata eſt magni area mundi,
Conuenit omne ſolum, nulla eſt diuiſio in orbe,
Commune eſt quodcunq; datum uiuentibus, aer
Terra, fretum commune mihi, ceu piſcibus æquor
Quæq; feris tellus, auibus qui iuppiter [d] iſtis.
Ergo igitur capiamus iter fidiſſima coniunx,
Eſt locus aerio tangens ſublimia colle
Ætheris, hic placidam propter uaga flumina ſiluam
Proſpitio, quæ grata oculis, locus ille duorum
Sit domus, atq; optata quies, genus atq; nepotum.
Diuertamus, iter forſan fortuna ſecundet
Quos ſtimulat mutare locum domus altera, mœſtis.
Ingrediamur, ait, ſiluas, ſpelea ferarum,
Sint ubi uiuaces fontali gurgitis undæ,
Et propria uiuamus ope, illic omnia uitæ

a ℭ Furioſior abuſiue quo.ſ. vitio.

b ℭ Parens præcepto pia germina.i. fratres ſuos Patris. Noe.
Inferni uel obediret patri infernali.
Meritas paſſiue dido vergiliana .4. eneidos meritumq; malis auertite numen. Si pro quia.

c ℭ In geminos in duos Potentem ratione paſſim fertur iuſtitia adiuuat habentes rationem.

d ℭ Iuppiter qui hoc eſt Aer.
Sublimia ætheris.
Hic pro illic propter iuxta.
Genus principium & locus. Nepotum deſcendentium.
Secundet mœſtis.

e ℭ Vbi ſint fontali oblecta.ſ. Ope propria.

Naturæ uirtute,puto data commoda noſtræ.[a]
Inde loco ceſſere ambo,nam currus eoi
Fuderat auri coma terras tunc luce iacentes,
Vt magni ripam uiderunt fluminis altam
Ornatam arboribus:dixere cubilia ſint hæc
Cham miſeri:ſedemq́; ſuam fluuialis arena
Suſcepit:fecere larem[b] ſub frondibus orni,
Silueſtres fecere caſas:quibus horrida[c] quercus
Struxerat atlantes leui ſexangula ferro,
Gramina demiſſum ſinuoſo in margine culmen
Fluminis extendunt:modicum natura petebat,
Silua ſibi præſtabat opem:uaga flumina potum,
Creuit ibi proles,& cham laſciua propago,
Chus[d] prior á patre eſt,cuius præcordia nembroth,
Atq; alij creuere ſati,de ceſpite uiuo
Errexere ſibi uillas,data commoda rebus
Suntq́; ſuis:populoq́; plaga eſt ea plena feroci.
Forte per euphratem,longo paſcentia tractu
Venerunt armenta patris uaſtantia ripas,
Et ſiluas:magnosq́; boum,læta arua,labores,
Chamq́; ſub imperio uirides ad pabula campos.
Semb pecudes:craſſasq́; boues & agebat iaphet,
Natorum ſed turba ſequens ad uota parentum
Parebat ſine fraude ſuis maioribus,omnes
In noe pendebant:[e] baculo quem dextra regebat,
Cui gemino titubante genu (defecerat annis)
Planta pedis nimiæ uix recte hærebat arenæ,
Fluminis immerſe latis pro tempore ripis,
Hunc neptum pia cura ſenem tollebat:[f] & omni
Officio præbebat opem:uelut anxia mater
Infanti:admota quem lactat prouida mamma,
Ecce canes latrant,totus mox intonat ether,

a ℂ Vitæ noſtræ.
Eoi equi ſolis.

b ℂ Orni fecerunt larē.
c ℂ Horrida umbroſa.
Leui polito quercus ſexangula.

d ℂ Chus chaim filius.
Villas domos.
Sunt fuerunt ea talis.
Labores appō eſt.
Virides ad pabula.i.prata virentia.

e ℂ Pendebant intenti annis propter annos.ſ.noe
Cui planta pedi ſuis defecerat annis parentheſis.

f ℂ Tollebat alebat.

Antraq;

Antraq; latratus capiunt:& ad æthera mittunt
Clamores,trepidant currentia flumina uaſtos,
Hinc [a] timidæ ceſſere feræ:uaga tranſilit arua
Cerua rapax,lepores fugiunt:& inermis ad ornos
Dorcas:& in denſa latitant animalia ſilua,
Hinc:[b] atq; inde canes animos ad tela remiſſos
Pertentant:& bella ciunt, hylæus [c] hylactor
Pamphagus:atq; dromas,labros,cum lælape leucon
Pœmenis & uigilans pecudum tutamen:aello
Tū canache:ſimilesq; furunt:chamq; arma miniſtrat
Arma,arcum:pharetram:calamos euphratis acutos,
Cætera turba furit,falacibus impia ſaxis,
Theſalicas mox ira deas, & pugna furentum
Turbauit:mitisq; ſibi concordia miſſa eſt,
Hocq; fuit pietatis opus:quæ cuncta reſarcit
Vulneraq; quæq; pio luſtrat mœſtiſſima uultu,
Ante omnes genitor lachrimis grandæuus obortis
Progreditur:tremulaq; manu,cum uoce,diremit
Fraternas acies,factoq; ſilentia ſigno
Iuſſit:& aerei dedit ipſe ſedilia ſaxi,
Laſſatis longe [d] membris per flumina ripæ,
Hæcq; ſuis:audite omnes:audite parentem,
A' quo tota orbis proles:& ueſtra propago.
( Vtraq; pars numerum demirabatur utrunq; )
Vos omnes uno manantia flumina fonte
Eſtis:& ex uno naſcentia corpore membra,
Ipſe ego principium ueſtri:deducitis omnes
Hoc à patre genus,caro ſit [e] de carne propinqua
Educta in ſpetiem chari genitoris eandem,
QVÆ membra alterius non ſint miſerata [f] dolentis,
Cum pœna incuruat marcentes corporis artus,
Tum genitor cham uoce monet,declarat eundem

a ℂ Hinc ob hoc.
Rapax velox.

b ℂ Hinc ex parte filiorū noe. Hinc ex parte filiorum cham.
c ℂ Nylæus ſilueſtris ὕλη ſilua.
Hylactor latrator ὑλακτῶ latro.
Pamphagus.i.totum comedens dromas currens δρόμος curſus labros impetuoſus dicitur leucō canis albus λευκὸν album dicit.
Pœmanis paſtoralis ποίμην paſtorem dicit.
Aello impetuoſus aella procellam ſignificat.
Canache a ſtrepitu nomē ſumpſit καναχὴ ſtrepitū dicit.

d ℂ Longe ualde.
Per flumina ripe.i.per ripam fluminis.
Demirabatur ualde mirabatur.
Vtrunq;.ſ.ſuum & cham.

e ℂ Sit pro eſt.
f ℂ Miſerata additione vocalis pro miſerta vel verbū pro verbo.paulus. Si aliquod membrorum patitur cætera membra compaciuntur.
Tum præterea.

Eſſe ſibi natum placido cui talibus infit
Sermone, & dextra propter ſe[a] in ſaxa reduxit,
Hic ſedet, ambo ſedent, omnes & iuſſa morantur
Iuſſa pij patris, genitoq; hæc pauca proteruo,
Cham quid tota cohors diro furit efferа dente?
Quid ſtruis in patrem, quæ bella inſana parenti?
Quæ nunc arma paras? furor hic quæ icendia uoluit?
Hoc erit hoſpicium? ſic hoſpes ab hoſpite mentis
Suſcipit ingenuum? frater ſic fratris amorem?
Sic pater a genito? fili, non arma miniſtrat
Impius in toruum: non ipſa leena, leonem
Atra[b] leo, lupus ipſe lupum defendit: & armat
Corporis auxilio: nec bos boue ſternitur, OMNE
Quod datur á ſimili trahit hic, de lege, fauorem
Naturæ, iuuat ipſa pares: fouet atq; ſequentes.
Te quæ iura mouent, fili? quæ cauſa nocendi eſt?
Fratribus: & proprium telis uexare parentem?
Nate patrem neſcis? quæ tanta obliuio patrem
A genito amouit? quæ tanta amentia natum
Perdidit? ut patri genitus, præcordia,[c] patris
Tenderet inſidias: ó cœli: ó terra polorum
O deus extructor: uana ó fiducia noſtri
Sudoris, falſi ſi talia[d] præmia mundi,
Te te perſequeris fili, cum dira minaris
In patrem fratresq; tuos, aduerte quid inſtet,[e]
Filius in patrem moueat ſi bella, pericli,
Dixit & articulis humentia lumina terſit.
Tunc genitus cham uoce patrem compellat iniqua,
Incompte: & rabido citat hic ſermone parentem.
Quid tibi commerui genitor? ſim ſeruus ubiq;?
Erraui innumeros, dimenſis montibus, annos
Pauper: & ij fratres, terræ cumulantur honore,

a Propter ſe iuxta ſe.

b Atra arma. Armat dat audatiam. Hic in animalibus. De lege naturæ. Ipſa natura iuuat pares quia ſimilitudo eſt cauſa amoris.

c Præcordia appō eſt.

d Talia præmia. ſ. ſunt

e Inſtet. quid immineat. quid periculi ſit.

Ipſe ego mendicus, duro cham ſolus in antro
Eiectus latitat: nec ſol: nec luna cadenti,[a]
Huic poſſunt prodeſſe homini, mihi nubila ſemper
Tempora ſuccedant miſero, ſed mitis[b] iaphet
Cuncta habeat; ſemh iuſtus item redolentia pratis,
Quæq; iuuent natos: & pignora grata, nepotes,
Quæ mea cura boum iure hoc conceſſa paterno?
Dic ubi ſunt pecudes? facta eſt obliuio noſtri
Sola ſed inuigilat tua mens, noe, fratribus; ergo
Ipſe ego mendicus multo peregrinus in orbe
Degener: iniuſtus: uariæ mala beſtia linguæ,
Da mihi quod noſtrum eſt: noſtri ne tela nepotes
Hoc iure incurrant. ſic te, ſine[c] fraude, parentem
Agnoſcam: & ueterem charo cum ſanguine rixam
Delebo é medio, liceat mihi uiuere nato,
Me modo progenuit tua ſi ſubſtantia natum,
Quas igitur pro parte boues? quæ armenta minori
Mi pater heredi tribuis? uix uerba reliquit.
TANTVM auri rerumq; poteſt ueſana cupido,
Surrexit cum fratre lauan,[d] nec defuit aſſur,
Semh genitus, patruo cupido conuitia iactant,
At contra, chus uerba uomit terrentia famam
(Hircoſo inflarat pallens diſcordia cornu)
Ardentes trepidis acieſq; inſtruxerat armis,
Ni ſubito comitata patrem prudentia partes
Sumpſiſſet, magnamq; ſequens concordia matrem
Hæc ſuper imperium, baculum, ſine uoce, ſenilem
Erexit pia dextra noe, uox heſerat æquis
Faucibus: & nimio fuerat compreſſa dolore,
Rurſus ad arpocratem[e] baculo, pater ipſe ſeuero,
Depreſſo ſermone redit, tum lumine toruo
Plena uiris haſta minitans circunſpicit arua,

a ¶ Cadenti ruenti in pelus.

b Mitis irriſio eſt.
Iuſtus æque irriſio.
Cuncta.ſ. mitia.
Pratis in pratis.
Iuuent delectent
Iure hoc i. tuo iure paterno.
Mea cura.ſ.eſt.i. vbi ſunt boues. & armenta quæ dediſti mihi iure hereditario.

c ¶ Sine fraude ſed bonum & iuſtum.
Charo ficte dictum.
E medio e communi facultate.
Minori viliori: & minoris portionis.
Mi mihi.

d ¶ L'auan & gomer filii fuerunt iaphet.
Aſſur autem ſemh.
patruo.ſ. cham.
Cum fratre cum gomer.
Chus primo genitus chã vomit verba incõpte loquens.
Hircoſo putido.
Trepidis feſtinis.
Ni.i. niſi concordia ſumpſiſſet imperium ſuper hæc: & ſilentium impoſuiſſet cum matre prudentia

e ¶ Ad arpocratem ad ſilentium.

Cuncta ſilent. genitor gemituq́; exordia ſumit
Talia, ducebat ueterem prudentia linguam,

a Si filius ergo heres.

Neſcitis filij: patris ſi filius [a] hæres,
Vos omnes noſtro prognati ſanguine fratres
Eſtis: & ex una trahitis radice fluentem
Naturæ imperio, uitam: pater optimus omnes
Eſſe pares opibus faciet: qui ſanguine [b] nullum

b Sangine ſanguinis. Vobis ad veſtram vtilitatem noſtro labore.

Diſcrimen patiuntur: habes tua munera iapheth
Et tua ſemh, noſtro uobis, ſine fraude, labore
Parta: licet ueterem, ſic ſtant mea uota, laborem
Haud ego diffugiam uobis dare partibus æquis,
Parte pari accipiat quæcunq; armenta ſequuntur,
Poſtq̃ frugalis facta eſt diuiſio terræ,
Ergo habeas hæc arua procul, quæ limite longo
Solis ad exortum tendunt ſua brachia, conſors
Sit tua progenies terreni muneris: & ſemh [c]

c Semh uocantis eſt. Euntem fluentem. Semh orientem. Chã meridiẽ habuit Iaphet occidentem. Munus appõ eſt.

Hæc armenta tibi uitam comitentur euntem,
Cham medium ſeruabis iter: qua cinthius ardens
Collibus: & fluuio: multa & ferueſcit arena,
Hos ouium defende greges: totidemq́; capellas,
Hosq́; boues curuo iungas, tibi munus, aratro,
Occiduas cum patre ſuo iaphetica proles
Obſeruet partes: ubi ſol uaga lumina condit,
Sicq́; pares [d] fiant uno qui ſanguine, rebus,

d pares fiant rebus q pares ſunt vno. ſ. eodem ſanguine.

Diſſideant nec amore ſati: paſcentur iaphet
Hæc armenta pio: [e] ne me pia deſerat unq̃

e Pio iaphet deeſt a.

Dextra iouis: nam parua mora eſt, ut colligat artus
Terra ſenis [f] fragiles, & iam peregrinus in oras

f Senis. ſ. mei. Peregrinus. ſ. in mundo quæ eſt via ad patriam: vel peregrinus. i. nouus hoſpes quando ero in tenebris.

Patris adæ accerſor: uocat & fidiſſima coniunx,
Defecit natura parens: calor ipſe reliquit
Oſſa: nocet phthiſis: [g] gemit halitus, omnia ſordent,

g Phthiſis pulmonis exulceratio ex pituita a capite diſtillante.

Lipiſcunt oculi, fauces ſicantur, & atra

Ora rigent macie, nares pituita [a] fluentes
Fœdat: & inſano cibus eſt noua pœna palato,
Vix manus & baculum gerit hæc, uix crura retentant
Inſtabili deſerta [b] gradu ui corporis, herbam,
Cuncta dolent, pedibus non ire: quieſcere corpus
Nec ualet, inſurgunt pauido mœſta omnia ſomno,
Nox grauis: atq; dies grauior: mors una reſoluet
Vincula: & elapſos terreni carceris annos,
Hæc [c] ſola á rapidis ſoluet præcordia curis,
Quid mihi cum mundo? quæ nobis gaudia? tantum
Mordaces [d] curæ, gemitus, ſuſpiria luctus,
Lis mala, nulla quies, nec amor, diſcordia, fraudes
Liuor edax: mœrorq;, doli temptatio uani,
Inuidia, horriſonæ per tot diſcrimina cauſæ,
Ac fraterna lues: contagio [e] magna nepotum,
Bella dehinc tumido ſurgunt horrentia marte,
Quid mihi cum mundo? calor hic, modo frigus inertes
Reddit: & exanimos humani corporis artus,
Peruigil [f] & cuiq; ſurgit labor improbus arti,
Dira fames, pluuiæ: nunc grando increuerit, orbem
Et modo puluereum prægrandi turbine perflant
Flamina, fluctiſonum terræq; iraſcitur, æquor,
Fluctuat irato ſæua & diſcordia ponto.
Sæpe arcam petimus timidi, ne flumina terram
Rurſus aquis ſuperent: altis & montibus undæ
Incumbant, fractis terreni fontibus arui,
Iuppiter æthereum, quamuis promiſerit arcum,
Fœderis: & uiridem ramum frondentis oliuæ
Geſſerit optata mitis cum pace columba,
Quid mihi cum mundo? ſpes nulla: incendia mœſti [g]
Corporis: horrendæ mortis ſpectacula, tandem
Nulla quies, mors ſola quies, tum ſidera cernens

a Pituita morbus ex cataro proueniens grece phlegma.
b Deſerta a ui corporis Corpus pedib' nõ poteſt ire nec poteſt quieſcere. Vna ſola
c Hæc.ſ. mors.
d Mordaces curæ curarum proprietas. Liuor inuidia. Inuidia odium: cauſe nominatiuus eſt.
e Contagio appõ. Hic in mundo.
f Peruigil labor & improbus cuiq; arti.
g Mœſti infirmi.

a Orat Noë.

Ingemuit,[a] uocemq; graui de pectore traxit
Grandæuus genitor:ſummoq; hæc pauca tonanti,
Iuppiter,altiſono qui cuncta animantia iuſſu
Perficis in ſpecies,& quæ uiuentia[b] finem
Imponis,quid me miſeris mortalibus ægrum
Protrahis ut uiuam? carie conſperſus ad umbras
Sponte ſequor priſcos,quantauis morte,parentes,
Hanc animam fragili ſoluas á carcere,grandis
Iuppiter:& noſtros occludas fine labores,
Iam ſatis eſt uixiſſe tenus,cumulaſſe nepotum
Ingenti populo terras:ſiccantur[c] aniles
Humore:ac arent ſucco ſine ſanguinis artus
Annorum longo,nec ſint mendatia,tractu,
Atq; operum nimio cum ſint defecta labore
Membra noe,multosq; miſer tulit ipſe dolores,
Sola ſalus mors una mihi:quæ meta dolentum eſt,
Dixit:& ut tenuis,ridens euanuit,[d] umbra,
Tunc quidam ſeruabat oues in montibus altis
Proximus hic cœlo,puero cui nomen atous,
Semb genitus:paſtor catarus patruelis & alter,
Carpebat flores:& candida lilia campis,
Interdum tenui liber ludebat auena,
Interdum dulces ructabat amabilis hymnos,
Ambo ætate pares:ſimiles uirtutibus ambo,
Ambo ſimul uidere ſenem:quibus,ille ſolutus
Carcere terreno:mentem qui uinculat:inquit,
Viuite felices pueri:ſeruite tonantis
Imperio,lis nulla ferat[e] tormenta, PVDICVM
Subdere flammigeros animi mortalibus ignes,
Ira nocet menti:pietas durantia mollit,
Noxia peccatum ſequitur,dat uiuida doxam
Virtus:é medio,ueniat concordia uictus,

b Quæ uiuentia.ſ. ſunt .i. iis finem imponis quæ ſunt uiuentia.
Quid,ad quid, mortalibus inter mortales.

c Siccātur humore & arēt ſine ſucco ſanguinis.
Atq; membra noe arent cum ſint.

d Euanuit ut umbra.
Mortuus eſt Noe.
Proximus cœlo .i. iuſtus.
Atous inocens dicitur.
Catarus filius iaphet alter paſtor patruelis, atoi & purum dicit.
Campis per campos.
Liber ſolutus: ſine cura.
Ludebat componebat cātus.
Solutus ſine corpore.
Qui.ſ.carcer.

e Ferat producat pudicum eſt mortalibus.

Hæc

*Hac uirtute uigent pauca:& cumulantur amore,*
*Plura ſed oppoſitum* [a] *minuit:ratione paratis,*
*Quenq; licet ueſci:non pro ratione uoluntas*
*Creſcat in arbitrio,* FACILIS *damnatio uitæ* [b] *eſt.*
*Lucifer:& magni cœtus iam cultor olympi,*
*Delicijs cecidere ſuis:qui crimine ſummo* [c]
*Inflati æterno poſuere obſtacula cœlo,*
*Et cecidit communis adam pater,optimus adam*
*Humani generis genitor:tum filius audax*
*In fratrem:tum totus aquis:& fluctibus orbis*
*Obrutus interijt primorum errore parentum.*
*Vos ergo prohibete minas:& dira tonantis*
*Tela:nec inſanum uomitent præcordia uentum,*
*A' uobis* [d] *nam ueſtra ſalus:& uulnera pendent,*
*Venturum eſt commiſſa ſuis cumulentur amicis,*
*Vt pietas:ut uera fides:& gratia:uel pax*
*Abſcedant:fatuum fugiat prudentia mundum,*
*Amplius & fatuo uirtus inſeruiat orbi.*
*Væh tamen erranti commiſſi iniuria, fletus*
*Addet:& infœlix multarum anguſtia rerum*
*Coget ad interitum miſeros,ſine lege,tonantis*
*Viuentes,iuſto fuerat quæ impoſta nepoti* [e]
*Vt populo ferat ipſe ſuo:cham natio iuſtos*
*Opprimet:á ſubitis tandem quæ concidet undis*
*Oppræſſa:hæc toti uoluit dominarier orbi*
*In linguas confuſa ſibi:dum mœnia ſummæ*
*Ignotas fierent ſubter cœlamine turris*
*Lunari,ni uirgo iouem ſanctiſſima mundo*
*Parturiat:culpa cœno ſine fine cadendum eſt,*
*Sed mors unde orta eſt,uentura eſt uita:parauit*
*Fœmina letiferos delapſa in crimina fletus,*
*Fœmina uitalem referet,uirtute triumphum,*

a ¶ Oppoſitum quæ eſt diſcordia.
Licet quemq; veſci.
b ¶ Vitæ animæ qua viuimus.

c ¶ Summo crimine.
Cœlo æterno.i.deo communis pater.
Aquis & fluctibus aquis fluctuantibus.

d ¶ A vobis veſtra ſalus & mors dauid anima mea in manibus meis ſemper.
Amicis.i.peccatoribus.
Vt in tantum q.
Vel etiam.

e ¶ Nepoti ſuo.i.moyſi. cham natio.i.ægiptii opprimet iuſtos.i.credulos iudeos qui tandem obruetur in mari rubro.
Oppreſſa.ſ.ab undis.
Hæc natio voluit dominari toti orbi.ſ.natio chaldeorum in ædificatione babilonice turris.
Confuſa ſibi in linguas prophetis cuncta ſunt præſentia culpa propter peccatum cœno infernos

a Quādo hæc .ſ.erunt.
b Vita viuatior hidra
Et qui.i.illius qui.

Iuxta ſe.
Pater adam ad leuam ad ſiniſtram iuxta leuā cū multa laude.ſ.quod & ipſe eſſet pater humani generis.

d Hic pro ille in ſedibus primorum parentū. Pii iouis poſtquā.ſ. poſt peccatum primi parentis ſeruauerunt iuſſa dei. qa iſti fuerūt in limbo ubi tātum pœna damni erat ad tempus.
Contra e contrario neſandi quos vnde miſerunt in tenebras dixerunt ꝙ erat noe proditor humani generis:& humani ſanguinis ſpretor.
Dixerat iis demon, parenthesis eſt. hac de cā quia non reduxerat omnes in arca
e Narrare ſuis patribus.
Lares deeſt ad
Animalia appoſitio.
Grandis freti.

*E' ligno mors atra fuit:uiuacior hidra*
*E' ligno adſurget ( quando hæc,[a] prædixerit alter,*
*Hactenus adidici ) fuluo rutilantior auro,*
*Vita[b] reſurgentum uitali ſanguine fabri*
*Orbis:& auricomo qui dat uaga lumina cœlo,*
*Fatus hic aligero petyt tenebroſa uolatu.*
*Mox adam elapſo terris fuit ipſe nepoti*
*Obuius:& præſſa ducens in tartara dextra,*
*Contulit hoſpitium:iuxtaq́;[c] in ſede locauit*
*Se pater ad læuam,ſimili magnumq́; parentem*
*Humani generis multa cum laude uocauit,*
*Cui genus humanum dederat ꝗ grandis alendum*
*Iuppiter:á ſubitis:arca,& iuſtiſſimus undis*
*Seruandum:toti fuit iſte uicarius orbi*
*Progenitor,deſtructor adam,ſeruator at hic eſt,*
*Multæ laudis erat nouus[d] hic in ſedibus hoſpes,*
*Primorum qui ſancta iouis præcepta parentum*
*Seruauere pÿ,poſtq̄ pater optimus adam*
*Commeruit,mundiq́; patrem dixere penates*
*Carceris obſcuri,contra quos protinus undæ*
*(Dixerat ÿs dæmon uitam clauſiſſe parentum hunc)*
*Miſere in tenebras,ꝙ erat,dixere neſandi,*
*Proditor humani generis,tum ſanguinis oſor,*
*Interea rediere domum,prædulcis atous,*
*Et Catarus:mirantur enim quæ dixerat umbra,*
*Quo magis accedunt, fletus magis ingruit horror.*
*Corda magis trepidant,rigidusq́; in corpore ſanguis*
*Diriguit,ſubita membra & formidine pallent.*
*Non audent uocum cauſam tentare,ſed ardet*
*Cuiq; animus narrare[e] ſuis,quod patribus,actum eſt,*
*Vt patrios tetigere lares, mœſtiſſima cernunt*
*Cuncta domi,uolucresq́; uident,animalia cœli,*

*Quadrupedes*

Quadrupedes mœrere ſimul, quos leſio grandis
Nulla freti oppreſſit, rapida ſeruauit ab unda
Arca ſed aery natitans animantia[a] tecti,
Replebat bos arua ſuo grauis, & mugitu
Aſſiduo quærebat opem, pecus omne latentes
Pectore promebat gemitus, nec pabula campis
Carpebant mœroris oues formidine multi,
Defuncto querulæq; canes ſpiramine uitæ
Hærebant mœrore ſeni,[b] lachrimasq; ciebant.
Lugendi in canibus ſpetiem[c] cernentibus atram,
E' ſocijs en una ſoror quæ ephſeuia, ocellos
Prodyt in fratres lachrimis ſuffuſa nitentes,
Hos totiens amplexa, patrem, clamabat, eundem
Sæpe reſumebat, mœſtoq; cadebat ab ore
Nec pater, & mœſtæ non ulla ſilentia uoci
Præbebat, ſed ſæpe pater, pater ipſa uocabat,
Et tandem mœrore graui, uixiſſe parentem,
Dixit, & horriſono fratres comitata ſacello,
Ecce, ait, hic[d] genitor, fratres, clamauit, ab orbe
A uita fratres iterum uocat, alma receſſit
Lux noſtra, & mœſtos fratres, pater optimus, omnes
Deſeruit, plorate poli, terra omnis, & aer
Defleat, & meritos tellus diffundat honores,
Quid mage deflendum eſt? quæ ſpes uictura cadenti
Amplius eſt mundo? uiuendi & regula noſtro
Imperio detur, grandis, ſuccurre, perimus,
Iuppiter, & noſtri accelerans miſerere præcantum
Hoc opus eſt magni, magna hæc eſt cura, tonantis,
Chare pater, rurſum ſubmiſſo protulit ore,
Hæcq; oculos defleta pios, iam rauca reſedit,
Flent oculi, planguntq; manus, mœrentia plorant
Ora, tonant ſimul atra hominum plangoribus antra,

a ℭ Animantia.ſ. cuncta præter piſces.
Aerii tecti.i.aeris.i.aues. & terre.ſ.quadrupedes q̃ cuncta aere fruuntur.
Campis per campos

b ℭ Seni defuncto ſpiramine vitæ.
c ℭ Spetiem lugendi modum.
Ephſeuia hoc nomen ſonat piam.
Oculos nitentes ſuffuſa lachrimis.
Modum lugendi ſemellarum.
Pater hoc nome.i pater non cadebat ab ore ſed ſæpe reſumebat.

d ℭ Hic aduerbiu n eſt
Fratres vocatiuus.
Fratres, pariter vocatiuus
Tellus terrena animalia.

Ad uoces rapidi currunt de monte leones
Bruta patris pariter miſeret, mugitibus[a] implent
Sidera: mox curuis foderunt montibus altam
In tellure cauam,[b] iuxta gemantis oliuæ,
Et lauri placidam, ramis uernantibus, umbram.
Erexere aras geniti: pars fundit odores,
Pars oneri incumbunt humeris: & inane cadauer
Ferre parant: damnantq́; trucem, pia germina, mortē,
Vt tandem uenere domum,[c] qua ſæuior ulla
Eſſe nequit, mortis. ſummò, de more, ſoluto
Iuſtitio, fletus fecere ſilentia cuncti.
Eulogus ipſe nepos, defuncti cura parentis,
In ſaxum, & montem lachrimans inſcendit: & idem
Fecerat, admota cunctos muteſcere dextra,
Tum gemitu: tum multa ſuo ſuſpiria mœſtus
Corde trahens: tergensq́; genas ſic plurima fatur,[d]
Plorandum eſt pro morte patris: ſed parcite multo
Profluuio & lachrimis MEDIum ſapit aurea uirtus
Extrema hæc uitioſa fero (prudentia nulla eſt)
Naturæ lex iſta deæ: ſit labilis ætas:
Motus hic eſt rectus uitæ: qui funere finem
Claudit: & in terram tellus æffeta calore
Rurſus it: & primam cognoſcunt corpora matrem
Nonne calor minuitur agens? minuitur agendo
Corporis ingenuus,[e] uiuentum humentia rerum
Dum coquit: & melius, quæ ſunt uiuentia terris,
Lumina quæ æthereas poſſint conſcendere ſedes.
Eſt igitur mors æqua ſolo commune periclum
Omnibus: & certa eſt cunctorum meta laborum,
Obtenebrat[f] mentem fragilis caro, turbida noſtris
Apparent diuina oculis, fert uincula corpus
Carceris obſcuri, curuato ac alligat unco

Quæ

a Mugitibus quamuis fugiant leones.

b Cauam caueam.

c Domum mortis.
Cuncti fletus nominatiuus eſt.
Cura appō.
In ſaxum & montem end.

d Eulogus orat
Plorandum. ſ. eſt.
Profluuio & lacrimis end.
Lex. ſ. eſt.
Funere morte.
Motus rectus prima cauſa mortis.
In terram tellus ſecunda cauſa.
Calor minuitur tercia cā.

e Ingenuus calor. i. naturalis coquit humentia rerum uiuentium.
Quæ ſunt uiuentia quarta cauſa.
Non uidebit me homo & uiuet.

f Obtenebrat Aug. anima mea cur illam immarceſſibilem gloriā cernere non potes certe eſt infirmitas corporis.
Alligat formam. i. animā.

Quæ regit hoc,[a] formam, procul á tellure potitur
Quo caret in tenebris, oculi caligine mentis
Digeſta, ueramq́; ferunt pia funera pacem,
Horum cura mali ſi non fœdauerit annos,
Et requiem longo præſtant mortalibus æuo,
Sic placuit qui cuncta dedit, ſententia talis,
PRINCIPIO quæcumq; uigent, cum fine iugant,
Omne quod eſt ſub ſole uirens mortale, propinquat
Vt cadat interitu, ſola uirtute perennes
Dicimur, hæc ſola eſt terreno nobilis orbi
Quæ neſcit diuina mori, ſua mira ſequentes
Æternat, ciues & diuo palmat honore.
CÆTERA ſunt fraudes uanæ & deceptio mentis,
Ergo iouis certo ſint noſtra[b] hærentia uoto,
Optemus quæcumq; iubet, fugiamus & ipſi
Quæ negat omnipotens, uelle hoc, uelle illud, idemq;
Inter nos ſit nole ſimul, pater omnibus ille eſt,
Ceſſit ab aſſiduo gelidæ pater ipſe, labore
Imperio mortis, ceu uerba minantia mortem
Iupitris in primum, ſi contra uota, parentem
Morderet uetitum lignum, pomumq́; negatum.
Hic ualeat, longamq́; habeat poſt funera pacem.
Dixit, & ingenuam rupit[c] dulcedine uocem,
Ardet item fletus, clamor ferit æthera, currunt
Ad tumulum ſparſis neptes, de more capillis,
Allidunt manibusq; manus, & pectora pulſant,
Diripiunt nitidos digitis, mœrore, capillos,
Vngue genas fœdant, tumulo dant oſcula, turpant
Pulueris ora ſitu, nunc ſe amplexantur amaræ[d]
Alterno amplexu, hunc & curuantur in urnam,
Fit graue iuſtitium, tandem ceſſere ſepulchro,
Et ſolum terræ iacuit putrere[e] cadauer,

a Hoc corpus, tellure a corpore potitur.ſ.bono quo.
Pia funera bene morientibus.
Et funera præſtãt mortalibus regem longo euo ſi cura mali non fedauerit annos horum.
Talis ſententia placuit illi qui.
Quæcunq; omnia quæ vigent in principium clauduntur fine.
Iugantur copulantur cum fine.
Terreno orbi.i. mundo.
Hæc ſola.i.ſola virtus.

b Noſtra.ſ.vota.
Velle hoc.i.meum.
Velle illud.ſ.ſuum.

c Rupit vocem dulcedinem.i.dulcem finem fecit
Rumpere uocem eſt ſilere quamuis poſſuit ꝓloqui.

d Amaræ amaritudine plenæ nominatiuus eſt.

e Putrere vt putreret a putreo.

*Ad ripam rurſum fratres uenere dolentes*
*Funere:[a] ſic neptes chari genitoris: & undas*
*Euphratis: uiridiq; ſedent in gramine cuncti,*
*At ſenior ſemh uerba facit, ſtant auribus omnes*
*Arrectis, audire boni quid frater inerme*
*Proferat in uulgus: ſeruantq; ſilentia uocis,*
*Ille autem: hos una omnes radice, propago*
*Vna ſumus, fratres[b] uno prognata parente,*
*Creuimus in turbam, populi creuere, nec uno*
*Amplius imperio ferimur, diuiſio mundi eſt*
*A' patre facta prius.* N*Eq; enim ſubiecta uoluntas,*
*Libera ſed cunctis humanos poſſidet artus.*
*Quiſq; ſuum, capiamus[c] iter: uel ſi placet una*
*Omnibus hic unam cingamus mœnibus urbem,*
*Atq; amor in populo fratrum ſeruabitur uno.*
LAVDANDA *ē fraterna qes, cōcordia paruas*
*Auget opes: minuitq; datos diſcordia campos.*
*Vis ea fatus erat: ſurrexit ad impia[d] frater*
*Infœlix cham uerba, minans diſtenta furore,*
*Me nullus falſa arte regat: quis maximus urbis*
*Rex erit extructæ: regnum tot ſceptra: nec æquum ē*
*Tot reges[e] nutrire lupos, tot paſcere uentres.*
*Nec regat æquales æqualis ſanguine truncus.*
*Ergo unus princeps: ſed non ego frater iniqui*
*Seruus ero fratris: non me pater egit[f] iaphet*
*Seruirem imperio: nec ſemh præcepta iuberet*
*Mi, patris imperium fugi: non frena momordi*
*Nulla quidem ſtrinxere meas in uincula fauces,*
*Semper ego liber, ſemꝑ mihi laxa uoluntas,*
*Liber ego huc ueni, liberq; hæc arua relinquam,*
*Liber ero æthereą donec mihi perfruar aura,*
*Ipſe prius moriar: prius & me tartara claudant,*

Imperio

a ¶ Funere morte genitoris. ſ. humani generis. non autem ad neptes refertur quia patruus ſiue auus diceretur.
Quid boni.

b O fratres nos homines prognati ex una radice ſumus: una propago ꝓgnata eſt ex uno parente.

c Capiamus iter quiſq; ſuum capiat.

d Ad impia. ſ. verba ſurrexit furore diſtenta plena.

e Tot reges lupos.
Nec. ſ. æquum eſt.
f Egit compulit me ut ſeruirem iaphet.
Imperio ad imperium. ſ. iaphet.
Vel ſeruirem imperio iaphet.
Mi pro mihi iubere ſemh præcepta.
Non nulla frena momordi quia nunquam fui ſeruus. non frena tuli quanto minus parebo fratri. q. patris cōtempſi imperiū.
Nulla. ſ. frena.
Mihi ad uotum meum.

*Imperio alterius miſer hic q̄ ſeruiat amens,*
*Cham'q; iugo ſua colla ferat:*[a] *graue ducat aratrum,*
*Qui poterit magnis nare hic ſine cortice in undis.*
*Quiſq; ſuum capiamus iter: monumenta parentis*
*Hæc data ſunt nobis: & cætera turba ſecuta eſt*
*Verba patris genitū.* NAM *quæq; ſimilima trunco*
*Germina ſunt proprio: nec abeſt à patre malignus*
*Filius in uoto: nec cætera turba nepotum,*
*Dum traheret ſermone moram, de montibus umbra*
*Venit, & immenſum tenebris ſol occulit orbem,*
*Diſcubuere omnes menſis: uaga prata fuerunt*
*Multorum herboſo, q̄ grata ſedilia, campo,*
*Pars uiles fecere caſas de ceſpite uiuo*
*Frondibus in tectum*[b] *ſparſis: pars fluminis alti*
*More ouium iacuere ſuis ad pabula ripis,*
*Cœna fuit uilis, uentoſa legumina, fructus*
*Delapſi arboribus uento, uel poma bacillo*
*Excuſſa: & manibus menſæ collecta ſecundæ,*
*Nulla caro, non illa domus,*[c] *non abdita luſtris,*
*Non plumæ, non piſcis ibi fuit aptus edendi,*
*Pauperiem præbebat honor pro funere patris,*
*Mœſtitia indignos lautæ dedit inuida cœnæ*
*Conuiuas, macræ primas ea lurida partes*
*Suſcepit menſæ, quæ diſpenſauerat omnem*
*Pauperiem: menſiſq; toros petiere relictis.*
*Corpora*[d] *feſſa graui fuerant torpentia luctu*
*Aureaq; irriguos ſuadebant ſidera ſomnos.*
*Somnus ubi à cœna mœſtos inuaſerat, illic*
*Ægra quieſcebant cunctorum membra: uel altis*
*Collibus: aut ſiluis, bibula uel grandis arena*
*Fluminis, ut pecudes, paſſim dum ſtrata per herbas*
*Membra cubant pratis: & corpora*[e] *paſta quieſcunt.*

a ¶ Feret det.
Sine cortice ſine admini culo alterius hor. primo ſer. ſaty.
Cætera turba ſequuta eſt
Genitum genitorum.
Nec cætera turba abeſt
Occulit.ſ. abſentia ſua.

b ¶ In tectum ſubſtantiuum eſt.i. in tegmentum
Pars iacuere in ripis alti fluminis, more ouium ad paſcua.

c Illa domus genitiuus eſt.i. non fuit inibi gallinarum caro.
Non abdita luſtris non ferarum leporis: & ſimilium.
Non plumæ non auium
meſtitia inuida dedit fecit eos indignos laute cene pro lauta ea.ſ. mœſtitia.
Quæ mœſtitia.
d ¶ Corpora torpentia graui luctu fuerant pro erant feſſa.
Vbi poſtq̄.
AEgra mœſti.
Arena grandis fluminis .ſ. euphratis.
e Corpora.ſ. brutorum

Tempus erat, bromius teneras quo carpſerat uuas
Vitibus,[a] & nitidis fluxere prototropa uaſis,
Vinaq́; depreſſo tortiua ingentia prælo,
Membra quieſcebant dulci confecta ſopore
Viuentum: nulla & mordebat cura nepotes,
Fuſa ſoporifero ſed corda papauere cunctis
Gaudia [b] fundebant, pleno & ſuſpiria naſo.
MIRA quidem ſomnus mœſtæ eſt obliuio mentis.
Mox polus intonuit, mox fulſit & æthereæ: ſiluæ
Ventoſo timuere metu, mox luna tenebris
Occuluit[c] depræſſa comas: & in aere frondes
Cœperunt uolitare cauo: furit auſter: & ingens
Fert nothus oceanas, deiectis imbribus, undas
E' cælo: ſurguntq́; uiri: ſurguntq́; puellæ,
Quiſq; ſibi trepidat: fugiunt uaga [d] flumina: montes
Exoptant, pueri plorant, armenta relinquunt
Per campos errare ſuos, quibus arua: bouesq́;
Et pecudes curæ fuerant: fit mentio tantum
Mortis, & horriſoni prælapſa intentio [e] fluctus,
Arcam omnes clamant: arca ipſa remotior altis
Montibus: aer eam firmauerat ardua ſedem,
Nil erat auxilij: uana atq́; pericla timebant,
Has pluuias: dederatq́; tonos natura,[f] potentis
Non mundo iouis ira nocens: POST lucida ſolis
Lumina ſuccedunt tenebræ, poſt nubila clarum
Tempora tempus erit, uanum ſperare [g] dolorem
Ergo ibi: nec tantũ hic homines (ſed bruta timebant)
A' pluuia: & tenebris: & lux, & luna refulſit.
Inter ploratus: inter ſuſpiria rumor
Ventorum cecidit, fragor & fluuialis arenæ,
Ceſſerunt pluuiæ, ſiluæ nec prælia rami
Commiſcent: tantum magni decurſus inundat

Euphratis

a ℭ Vitibus a vitibus Prototropa prima vina. Tortiua vina prælo expreſſa.

b ℭ Gaudia & ſuſpiria.i. ſuſpirioſa.

c ℭ Occuluit comas depreſſa tenebris.

d ℭ Vaga placentia.

e ℭ Intentio memoria diluuii.

f ℭ Natura quia diluuiũ fuerat deo iubente.

g ℭ Sperare pro ſperabat.i.timebant.
Hic pro tunc.
A pluuia poſt pluuiam.
Et lux & luna: lux lunaris
Fragor ſtrepitus
Arenæ fluuialis, vel fragor puluereus ſanior tamen lectio ſit arenæ fluuialis quia iuxta flumen erant.

*Euphratis tumidas intendens æquoris undas,*
*Lætantur:iubilant:gaudent ex omnibus omnes*
*Immemores arcæ:metuunt[a] & habere ſalutem*
*Perpetuam,cupiuntq́; die ſimul ætheris ortum,*
*Præſſerat hos ſomnus:gemitus fecere ſoporem*
*Et trepidæ ſtimulata fugę pulſauerat omnia*
*Ante ærumna metu nimium præcordia uili,*
*Ergo iterum ſternuntur humi,ſopor irrigat artus,*
*Cunctorum,& placida carpuntur membra quiete,*
*Vidit adam primum patrem ſincerus[b] iaphet*
*Mixtaq́; diuerſis ſimplex miracula monſtris,*
*Beſtia corpus habens unum,caput extulit unum*
*Multorum hæc eadem capitum,multo urbibus ore,*
*Plura loquens uiſa eſt longo teterrima collo,*
*Illaq́; diſtribuit toti ſua brachia mundo,*
*Miranti cui pauca pater prædixit in umbra.[c]*
*PRO ducet ſpecies q̃ multas auribus una,*
*Iuit & ad cæcum,perfecto ænigmate,centrum.*
*Iuit & ad ſtigias uitæ ſopor[d] inuidus oras,*
*Tunc genitus ſuper iſta Noe miranda notabat,*
*Quid foret hoc monſtrum:ſpecies quæq́; auribus una*
*Accideret,multas ſpecies latura ſuperbas.*
*Dum uana ambiguo,uoluit diſcrimine mente,*
*Lucifer oceanis rutilans exiuit ab undis,*
*Monſtrarat roſeum fugiens[e] aurora cubile*
*Lunares præmiſſa comas ſolaribus aſtris,*
*Sole nouo:dum clara dies ſurrexit eois*
*Partibus,& tumidæ ſiluerunt fluminis undæ*
*Cum natis:horumq́; ſatis genitisq;[f] nepotum*
*Diſſonus á reliquis cham,ſumma ſuperbia longum*
*Cœpit iter,qui dirus agens armenta:relinquit*
*Germanos:fratrum nec erat ſibi cura ſuorum.*

a ℂ Metuunt ſperant acyrologia.
Die pro diei.
Gemitus fecere ſoporem præ laſſitudine plorandi.
AErumna.i.
Laſſitudo trepidæ fuge ſtimulata vili metu pulſauerat omnia præcordia.

b ℂ Viſum iaphet.
Beſtia habens vnum corpus extulit unum caput hæc eadem viſa eſt multorum capitum: & multo ore loquens plura teterrima vno tantum collo.

c ℂ In vmbra i enigmate Enigma.
Vna ſpeties producet multas ſpeties auribus q̃a vna lingua diuiſa eſt in multas.
d ℂ Sopor inuidus quia ſomnus eſt imago mortis receſſit ergo a iaphet ſomnus.

e ℂ Fugiens roſeum cubile. Monſtrarat præmiſerat.
Præmiſſa ſolaribus aſtris quia ſolē an̄cedit aurora.

f ℂ Cum genitis nepotū.
Summa ſuperbia appō.

*Fluminis ad lapſum tendit, tentoria ponit*
*Fluminis ad ripas:*[a] *poſtq̃ gregis agmen: & omne*
*In longum produxit iter, ſudore, nepotes,*
*Iam miſer in multos uiuens proceſſerat annos.*
*ET quia principium retinent quæ,*[b] *fine labores*
*Naturæ occludunt, minimo uelut arbore uento*
*Poma cadunt rigida brumali tempore pelle,*
*Non aliter, ſine febre, ſenem cecidiſſe parentem*
*Multorum errorum, meliori morte, putatur,*
*Non tamen inde perit fumoſa ſuperbia mundi,*
*Nec furor immenſæ liquit præcordia famæ,*
*Chus erat: & reliqui quorum ſententia maior*
*Sæuirent mundo: mundiq; nepotibus audax*
*Imperium augerent: regerent & protinus orbem*
*Creuerat hæc rabies: & in his prior omnibus ardens*
*Rex erat altiſonans prægrandi corpore nembroth,*
*Omnia terrebat dominans, hic maximus orbis*
*Vir fuit: infirmæ*[c] *tenuit tria iugera terræ,*
*Pectore uaſtus erat, nigra tenus ubere barba,*
*Sparſus & ipſe comas: uiridi præcingere myrto,*
*Interdum & nigra tumidus ſua tempora lauru.*
*Martia & hic uergens oculos in tela rubentes,*
*Curſibus ac uelox: iaculoq; fugare fugaces*
*Arte feras didicit ſiluoſæ conſcius idæ*[d]
*Vt uidit creuiſſe homines: creuiſſe potentem*
*In numerum & populum: turbam, ditione tenaci*
*Altius accreuit ſceptrum: magis aura ſuperbum*
*Osq; dedit gentis: poſuitq; in corde, potenti*
*Subdere cuncta manu, ſublimi & uertice cœlum*
*Tangere: & acriis occludere mœnibus urbem,*
*Altiſona uocat ergo ſuos ad litora*[e] *ciues*
*Voce, fluentis aquæ, fuerat quibus altior ætas*

*Annorum*

a ℭ Ad ripas iuxta ripas
Sudore cum ſudore.

b ℭ Quæ retinent quæ habent principium occludunt & labores naturæ fine .i. finem habent naturaliter.
Minimo vento.
Rigida pelle rigido cortice quæ cadunt spontali casu ſic nimio ſenio confecti homines ſine febri obeunt meliori morte q̃ mereret.
Inde ex hoc.
q̃ mortuus eſt cham.
Perit pro periit.
Maior .ſ. erat vt ſeuirent mundo quia fere cuncti in hoc conueniebant.
Audax imperium.
Nembroth.
c ℭ Infirmæ imæ & humilis
Præcingere præcingebat
Martia tela.

d ℭ Idæ ſiluoſi montis.
Turbam potentem.
In numerũ et populũ crud.
Altius ſuperbius.
Aura: & os gentis .i. aura popularis.
Potenti manu.

e ℭ Ad littora fluentis aquæ. quibus .ſ. ciuibus .i. uocauit ſeniores.

Annorum tractu, multa eſt reuerentia nembroth,[a]
Conſedere uiri ripis fluuialibus omnes,
Tecta orni dederant, tribuitq; ſedilia gramen,
Ille autem populo reſidens ſublimior[b] omni
( Corpore qui maior, ſaxo conſederat alto )
Hæc ait: ó proceres ſanguis meus, utilis olim
Res erit: in lateres terram formare iacentem,
Materie & multos lapides formare tenaci,
Grandia circuitu circumducantur & amplo
Mœnia: tum ſenſim creſcant pallatia, turris
Aſtra petat: noſtrum ſurgat memorabile nomen,
Hic locus[c] eſt ſedi: terra hæc eſt apta locandæ
Multorum imperio: quæ fœlix hubere glebæ,
Flumine tum tellus præſtans: nec plurima deſit
Gloria ſiluarum: uideor ſentire ſalubrem
Aera: & herboſos brutis cognoſcere campos,
Cuncta decent hominis uitam: ſolatia præſtant
Rura oculis: ſatis eſt uarios tentaſſe labores
Per ſiluas: per ſaxa uiri[d] per deuia collum,
Hic tantum ſit noſtra quies, labor utilis omni,
Omnibus hic placeat quod ſit cõmune, DOlendum eſt
Quod commune malum: quid tantum errare per arua
Proderit: & ſiluas nulli laudabilis error,
Venturum eſt, errare uelint á ſemine quidam
Hoc miſeri, á longo ſertæ propaginis æuo,
Creuimus in numerum pueri, teneræq; puellæ[e]
Prægnantes: nequæuntq; ſenes graue[f] ferre laborum
Dura per arua iugum: camporum munera: fruges,
Atq; uagi neſcimus opes, quæ gloria noſtra eſt,
Multiplices erraſſe uias, uidiſſe tot orbis
Arua ſatis fuerit, licet his requieſcere campis,
Et proprios habitare lares, non luſtra ferarum,

a ℭ Nembroth datiuus ē

b ℭ Sublimior omni populo.
Conſilium nembroth.
Olim in futurum.

c Locus hic aptus eſt locandæ ſedi.
Multorum imperio. ſ. vt multis dominentur.
Præſtans. ſ. eſt.

d Viri vocatiſis eſt.
Collum pro collium.
Omni. ſ. eſt.
Tantum errore nomen ē.
Sertæ propaginis ſimilitudo eſt a longo æuo poſt multos anno.

e puellæ. i. virgines.
Prægnantes nuptæ.
f Graue iugū. i. pondus grande.
Vagi errantes.
Opes camporum.
His in His.

Sanguinis humani genus hoc:habitabit opacas
Ceruа fugax ſiluas,lepores dumeta leueſq;
Obſeruent:longoſq; urſi fera [a] bruta:receſſus,
Stabit in urbe uirum populus decet aula puellas,
Arua feras,urbs alta uiros,umbroſa leones
Silua quidem lybicos,dona & ſanctiſſima templis
Conueniunt,rapidis tendantur retia ceruis,
Dixit:& elato ſurrexit corpore nembroth,
Sermo uiris placuit,quorum mens altior annis,
Incubuere luto,lateres fecere tenaci
Materie:& magnam circundant mœnibus urbem,
Prægrandem babilona uocant,dein mœnia ſurgunt
In turrim,cupiuntq; ſuis educere cœlo
Viribus:& uaſti maior fit machina mundi,
Se deus oppoſuit:cecidit mens uana ſuperbo,
Sermo prior periit,nocet ipſa ſuperbia cunctis,
Grandis & unigenæ [b] facta eſt confuſio linguæ.

a ¶ Fera bruta appõ. Populus multitudo. Virum virorum.

b ¶ Vnigenæ lingue quæ erat vnius idiomatis tantum.

Ioannis mariæ uelmatii bagnacaballi Chriſteidos Liber Sextus Explicit.



## ARGVMENTVM VII.

*Septimus in mundi uarios diſſeminat orbes*
*Cultores: magnæ quibus hæc confuſio turris*
*Facta erat in linguas, facinusq; acreuit in orbe*
*Turpe nimis: temnuntq; uiros, mala germina, miſſos*
*A' ioue, ſicq; ioui iuſtas fudere querellas*
*Virtutes: ſtatuuntq; iouem coniungere terræ* [a]
*Conſilio, quam uita regit, tum uiſitat orcum*
*Angelus, huic fundit ſidonia dido querellas.*
*Seq; æquam iactat matrem præbere tonantis,*
*Virgo iouis tandem genitrix ieſſea probatur.* [b]

Statuunt conſilio.
a ℂ Terre quā vita regit.

b ℂ probat approbatur.

# IOANNIS MARIÆ VELMATIJ bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum Cardinalem tranenſem criſteidos Liber Septimus Incipit.

IAM Grandem babilona manu gens dira potenti
Formarat: rutilis turrimq; eduxerat aſtris,
Diffuſa in uarias cum lingua [a] ab origine uoces
Diſpoſuit prima, tot regna requirere genti
Quot linguæ fecere genus ſermonis, & oras,
Non cecidit peruerſa tamen, ſine fine, uoluptas
Vsq; nouum [b] tentare nefas, crudeſcere mundo.
PRONA malo mens eſt hominis, telluris amore,
Robore uiuenti magis eſt quæ proxima terræ
Res ut clara minus: pars hæc terrena moleſtat,
Quottidie longos peius tranſitur in annos,
Semper & humani fumoſa ſuperbia mundi
Auget opus: uaſtæ nimium fiducia mentis
Vertitur in prædam: nec enim faciunda [c] tonanti,
Inq; uſus lapſura malos ignota fuerunt.
Conſuluit præbere duces, quibus orbis honores
Et daret: & quorum præcepta intenderet omnis
Natio: nec fines præcepti abrumperet ullus:
Miſit abraham: natumq;, duces ad iuſſa parentis
Ætherei humanæ prolis: magnumq;, nepotem,
Qui uaſtum mundum regerent: & moribus orbis
Obſtarent uirtute graui, qui lumina uitæ
Præberent mundo, in tenebris, & morte ſedenti
Audiuere

a ℭ Lingua ſextus eſt. Prima ab origine. genus uarietatem tot ho ras requirere gens illa diſpoſuit & tot regna genti ſue.i.populo ſuo quot linguæ fecere genus: & ſermonis uarietatem quod factum eſt.

b ℭ Nouum uel magnum: uel non amplius reptum Mens hominis homo ꝓcliuatur peccato ratione materiæ & corporis incitamento quia corpus q̄ corrumpitur aggrauat animam.

Viuenti terre.i. homini.

ORDO

Illa res quæ eſt proxima terræ uiuenti magis eſt robore.i. plus poteſt aliis elementis.quamuis ſit minus nobilis.ſ. terra plus poteſt in homine q̄; cætera elementa.

Vt quamuis.

c ℭ Faciunda ſenſus eſt neq; quæ facienda erant. & q̄ lapſura erant in malos vſus fuerunt ignota deo.

Orbis.ſ.homo.

Duces decreuit deus dare duces quibus homo daret honoré. & omnis natio intenderet illorū præcepta.

Duces ad iuſſa appoſitiue duces humane prolis ad iuſſa parentis etherei.

Moribus orbis mundi uitiis graui ſeuera & ſua grauitate.

Sedenti mūdo in tenebris & morte .i. in ūbra mortis.

Audiuere patrem pauci, credamus, abraham
Et minus [a] á magno ſertæ propaginis æuo
Suſcepere bonos, inter miracula, fructus,
Addidit & moſen, qui magna uolumina legis
Attulit in mundum, qui tot miracula mundo
In uirga oſtendit, qui ſigna horrentia regi
Prodidit: & ducibus: ſaxo & ſibi corde refugit
Credere: nec ſerpens mouit mutata bacillo:
Nec baculus ſerpens: non muſca exterruit, orbem
Ægipti crucians: non rana: nec ipſa locuſtas
Ægiptus timuit: non peſte excanduit atra,
Cor dederat durata ſilex: ſed turgida [b] tandem
Æquora merſerunt equites, dira ultio, magni
Iudicis: & totum ſedarunt fluctibus æſtum
Regnandi in miſeros (qui tam uexarat apellas)
Vltrices undæ, tum libera facta poteſtas
Hæbreis: non ſeruus erat: niſi criminis, aſer.
Peccandi haud ceſſit furor ille: inuaſerat omnem
Dira lues mundum, uoto nec ſtabat in uno,
Saturnus diuinus erat, tirinthius alter
Rex erat in caſtris, diuina oracla petenti
Certus [c] apollo dabat, iuno ſaturnia regnum
Fecerat in populis, & troiæ irata fatigat
Troianos, quippe alma ceres mortalibus offert
Camporum prægrandis [d] opes: ueneriſq; uenuſtas
Sola fuit: multoſq; deos gens improba multis
Vrbibus aiebat, uituli creuere dolores,
Cum ſcalpta [e] in ſaxo diuina uolumina moſes
Frangeret: & cineri uitulum mandaret, & undis
Funderet, erranti populo præberet & hauſtum,
Ne rueret, ſine lege furens electus ad umbras.
Inferni populus, geminas in monte tabellas

a ℂ Et minus ſuſcepere bonos fructus propaginis ſertæ a magno euo. ſ. iſaac & iaco & deſcendentum ab abraam.
Regi pharaoni.
Saxo & corde, corde ſaxeo.
Sibi. ſ. moyſi.
Orbem ægipti regionem.
Excanduit palluit.
AEquora merſerunt exo. 14.
Dira vltimo appoſitio.
ORDO:
b ℂ Turgida æquora appoſitiue dira vltio magni iouis merſerunt equites.
Et vltrices vnde ſedarunt æſtum. ſ. cupiditatem regnandi in miſeros iudeos qui æſtus tam. tantum appellas vexarat.
Aſer iudeus in communi idest iudei non erat amplius ſeruus egipti niſi peccati quæ peior ſeruitus.
c ℂ Certus infallibilis. & veridicus.
d ℂ Prægrandis valde potens.
e ℂ Cum ſcalpta exo. 31. cap. dedit dominus moyſi duas tabulas lapideas dei digito iſcriptas quas confregit qa adorauerāt vitulū exo. 32. iratus cōbuſſitq; aureum vitulum: & vſq; ad puluerem contriuit. quem in aquā ſparſit. & ex eo filiis iſrael potum miniſtrauit, & dedit.

Ipſe ſina impleuit digito, ſermone, ſalubri,
Atq; dedit præcepta decem[a] ſignata tabellis
Omnipatris, quæ iuſſa homini diuina ſuperbo
Non ſtomacho ſpernenda leui, tria prima tonantem
Inſpiciunt: uiuum ſeptem ipſa ſequentia mundum.
TANtum unum uenerare deũ, nõ quattuor, aut tres,
Nec deus interſit deiuri faucibus ab re,[b]
Luce ſacra uili ceſſet tua dextra labore,
Afficias & honore tuos, ſine fraude, parentes,
Non perimas quenꝗ̃, tetra & fugienda lauerna eſt,
(Quam populi fecere deam rapientibus umbra)
Non mœchus, non teſtis eris pro munere fallax,
Alterius non nupta tibi, non hoſpitis & res
Optetur, magni ſint hæc præcepta tonantis,
Sancta tulit moſes populo præcepta ſuperbo,[c]
More recuſantum duras ceruice catenas,
Spernenti & rigido ſine pondere pondera collo,
Nec quicꝗ̃ pia iuſſa dedit: minus utilis ætas
Surgebat: ceruicis erat gens illa proteruæ,
Additus & moſi ſeruus, poſt funera tanti
Auctoris legum, ioſue, clancore[d] tubarum
Qui cœpit magnam, delapſis mœnibus, urbem,
Purgauit qui triſte ſcelus, quo iuppiter ardens
In populum tormenta daret, miſerabilis arhaz,
Qui ſatus à charmo rapuit ſpolia ampla tenaci
E ſacro diſtracta manu, clamq; hoſtibus urbis
Dantibus inſidias, flamimis crudelibus hai
Succendit ſimulando fugam certaminis author
Qui fuit in pugna: nec ſe confidere bello,
Quinq; duces uicit regali ſede potentes,
Vir fortis ioſue, cuius præcepta fugaces
Solis equi: & tacita lunæ ſurgentis in umbra

Audiuit

a ¶ Præcepta decẽ exodi .39. tria prima tonantẽ inſpiciunt q̃a ſunt ad honorem dei.
Sequẽtia uero ſeptẽ ſunt ad proximũ obſeruandũ
b ¶ Ab re: ſine cauſa quia licet iurare per deum in cauſa.
Vili a vili a mechanico.
Sine fraude propter patrimonium ſuum ſed amore pio filiali non ſeruili.
Vmbra in obſcuro.
c ¶ Superbo repugnanti & duro.
d ¶ Clancore tubarum ioſue. in uoce dei ioſue circuiuit ciuitatem hiericho buccinis conſtrepentibus ſeptimo circuitu & ſtatim urbis mœnia corruerunt. & ſolo æquata.
Triſte ſcelus ioſue iuſſit ioſue lapidari achaz ve purgaret iſrael de anathemate: & placaret deum q̃a achaz intulerat pallium coccineum. & ducentos ſiclos argenti. tegulamq; auream quinquaginta ſiclorumque omnia deo dicata erant in euerſione hierico.
Miſerabilis acham genitiuus eſt. i. triſte ſcelus acham.
Quo. ſ. ſcelere iuppiter ardens erat ut daret tormenta in populum.
Qui ſatus. ſ. qui achaz ſatus a carmo rapuit ampla ſpolia diſtracta, rapta tenaci manu e ſacro loco
Clamq; Hoſtibus vrbi. ſ. hai genitiuus eſt
Hoſtibus. ſ. iſrae'itis qui ſuccenderunt urbẽ ioſue .8. ioſue per inſidias cœpit hai poſuit enim longe

Audiuit facies: nec ſol tentauit ad undæ
Oceanæ tranſire lacus, nec ſurgere ab undis
Oceanis phœbe, ſtellis comitata coruſcis,
Longa dies fuit illa duci: nimis atra cadenti,
(Nimirum totus fama hac exterritus orbis)
E' cœlo in pluuias: & ſaxo & grandine turpes,
Militiæ regum, quorum demiſſa potentum
Colla præmi iuſſit pedibus; quis prima poteſtas
Bellandi commiſſa fuit, dein ſtipite figi,
Hic macedam: regemq; ferit mirabilis arte
Et pugnæ ingenio ioſue, cui ſidera magno
Et mage dextra iouis fautrix in tela fauebat,
Extremum clauſere diem poſt talia ſummi
Fata ducis, grandis populo ſurrexit iudas,
Vir fortis iuſtus: patiens: in prælia & audax,
Et gedeon ad bella ferox, cui pauca uirorum
Adſitiens, amalech, madian ſuperauit & hoſtes
Ad flumen ſelecta manus: iouis omnibus alma
Iudæis pietas, præſentia numina uultu
Conſpicuo monſtrabat amans: ut in omnibus ardens
Sanguinis hebræi: tamen hos duriſſima ceruix
Flexit in aduerſum: recta, ne turpis apella
Prodiret: plebs cæca baal colit, impia turpe
Delictum accumulat: nec lege accenditur ulla
Ad mores: cultumq; iouis: pro lege uoluntas
Norma erat in uotis: creuere incendia carnis
Renibus: ut raptu uellent connubia, uirgo
Nulla eſſet, tuta quæ tunc floreret in aula,
Vt ſtrages uidere truces, bella horrida, pugnas
Innumeras: urbesq; ſolo: tum incendia: flammas,
Æquatas: multosq; dolos: & ad arma latentes
Inſidias: fuſumq; nimis pro nocte cruorem

ab vrbe militum inſidias ipſe autem aſcendit cum multis ex aduerſo. populus hai exiens perſecutus eſt ioſue ſimulantem fugam ita vt nullus in ciuitate remaneret: cumq; procul popularis exercitus eēt ab vrbe iſidie ciuitatē ingreſſæ illam ſuccēdunt

Author certaminis .i. ioſue.

Simulando fugam nec ſe confidere bello.

Quinq; duces ioſue quinq; reges interfecit ioſue: eosq; ſuſpendit ſup quinq; ſtipites ſcilicet. Adoniſedech regem hieruſalem. Chan regem hebron. Pharam regem hieriſanoth. Iaphiæ regem lachis Dabir regem eglon. Hi quatuor poſteriores iuerāt in preſidium adoniſedech timentem nimis ioſue q deſtruxerat hierico & hai: & q gabaonite cum iſrael fœdere coniuncti erant fraude ne occiderent ab eis ioſue. 9. capi.

Solis equi ioſue præcipiente ſol & luna ſteterūt donec vlciſceref ſe de inimicis ſuis cōtra pdictos reges quinq; ſol enim nō tentauit occumbere. Et luna nō tētauit reſurgere & nocti obſeq illa dies fuit longa duci ioſue: ſed teterrima cadenti exercitui illorum regum.

E cœlo in pluuias ioſue dum pugnaret ioſue cōtra illos reges deus pluit lapidibus & plures peremit lapidea grandine, q;

Concubitus [a] cum necta foret miſeri hoſpitis hoſpes,
Luxuriæ ſtimulo:captam quoq; fœderis arcam
Viderunt:his nulla tamen compaſſio regni,
Atq; timor nullus fuerat crudelibus auſis
Omnibus intenti ſæuarum more ferarum,
Viuebant uitam,doluit faber optimus alta
Grandis in arce poli:terræ & iuſtiſſimus ultor,
Non mores ceſſaſſe malos:non crimina magnis
Vrbibus imminui:uelut hic á fonte [b] minores
Ad riuos,ueniſſe,locis abſentibus urbi,
Vallibus & modicis illuc,ubi fortis aratro
Parua manus ſtabat:pecudes & alebat inertes,
Omne nefas ardens totum repleuerat orbem,
E' cœlo uenit dauid,domus apta decoræ
Virtutis:diuina manus quem miſerat orbi
Occiduo,hic eſſet mundo fultura cadenti,
Lux foret in tenebris,& ſecli forma futuri,
Virtute hic magnus dauid,quem iuppiter adſe
Elegit comitem ſecreti numinis:atq;
Narraret miranda iouis,per deuia,& agros
Cogeret errantes pecudes,aleretq; reductas,
In puero monſtrauit iter,ſibi grata futuræ
Ætatis diuina manus:cui pugna golian
Et funda:& ſaxo uictum mucrone fatetur,
Magnus honor pueri:magni cui gratia cœli
Aſpirat:ſanctaq; uirum pater optimus urbe
Donauit:regemq; unxit,qui ad paſcua paſtor
Ex cauſa ductabat oues:& pauerat herbis,
Quæ gregibus mirum miræ uirtutis odorem
Reddebant,floresq; uagos:& munera,fructus,
Huic tamen errauit ſemen.SINE crimine tantũ
Iuppiter:& quos hic ſupræma ſede locauit
Ammone

hoſtium gladio.
Militie cadenti ſaxo & grandine .i. grandine ſaxea in pluuias.
Colla premi iuſſit ioſue iuſſit principibus ſui exercitus imponerent pedes ſupra colla regum dein figerent illos in ſtipitibus
Macedam ioſue eodem die cepit macedam urbem & peremit eius regem.
Arte:& ingenio endiadis eſt huic enim cœli & diuina manus fauebat.
Fata ſumi ducis poſt talia clauſere extremum diem uel fata clauſere extremũ diem ducis.
Iudas machabeus iud. primo.
Gedeon cui pauca manus virorum iudi .6. & iudi .7.
In tre cẽtis viris q lãbuerunt aquas liberabo vos & tradam in manu tua madian.omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum fuerunt tantum trecenti uiri quibus gedeon uirtute dei ſuperauit madian:& eius exercitum.
Recta ſuia. Apella ſine pelle circuncisus.
Baal iudicum .8.
Cultum ad cultũm.
Vlla lege nec moiſis. nec naturæ.
In uotis in deſideriis.quia ferebatur uoluntate non lege ergo pro lege erat norma in uotis.
In tuta aula.
Vt quanuis.
Pro nocte concubitus.i. pro concubitu noctis trãſponſita dictione.
Hoſpes necta foret iudicũ xix.leuite cum uxore ſua

Ammone eſt compreſſa ſoror:quæ filia uatis,[a]
Filius ille fuit fraterna cæde peremptus,
Abſolon,imperium:nulla formidine,patrem
Perſequitur cupiens:dedit & cum ſanguine pœnas,
Nec fœlix diuina manus quem fecerat olim
Fœlicem,uixit,[b] nigranti turbine mundus
Extat:& horriſonos præſtant horrentia fluctus
Æquora.SOLA quies ſuperis,mortalis ubiq;
Et cadit,& ſurgens iterum,niſi numina,[c] caſus
Suſcipit,accelerent uiuas,& gratia uires
Rex [d] quoq; deliquit,quem diua ſuperbia lato
Inflauit ſtomacho:quem renum incendia flamma
Vſerunt ſuccenſa graui,mucrone coruſco
Incubuit diruſq; neci,lupus ille flagellat
Iuppiter at pecudes rapido,ſub crimine,morbo
Regis,& illuuies populos inuaſerat omnes,
Hac in ſtrage minor gelidas mora traxit ad urnas
Innumeros:nullæq; dabant ſolamina uires
Sanandi:medicina ſuis autoribus obſtat,
HVMANI [e] non æqua pedes iouis arma minacis
Vlla auſint uitare fuga,cum poſſit ubiq;
Nam ſenium dauid rapuit ſua lumina terræ
Condidit:& ſalomon patri ſucceſſor ab omni[f]
Dicitur imperio primus:regnator & urbis,
Huic populi parent:mundi ſapientia fertur
Terreni ſalomon,cui nulla ænigmata nodis
Dura fuere ſuis,qui ſancta uolumina morum
Edocuit,mirisq; modis prouerbia dixit,
Hic magni ſecreta poli,magni ætheris orbes
Sciuit,& aduerſis [g] cœlorum curſibus aſtra,
Quæ tellus,que pontus habet uiuentia:uel quæ
Vitali creuere anima,ſi credere dignum eſt,

hoſpitati ſunt aſene de monte ephrain in gabaa ſed illuſa uxor tota nocte a viris ciuitatis mortua eſt.quam vir ſuus in .xii. partes diuiſit & in omnē terminum iſrael miſit. quod cum uidiſſent ex‑clamauerunt omnes propter turpe facinus egreſſi autem filii iſrael contra tribum beniamin eos omnes gladio conſe‑cerunt iudi .xx.
miſeri hoſpitis infœlicis ſenis & merētis propter turpe facinus.& uiolētiā factā domui ſue & pere‑grine.
A fonte ſicut a fonte de‑currit aqua ad minores ri‑uos ſic ab urbibus ad ru‑ra longe ſemota uitia ue‑nerunt.
Illuc .ſ.ueniſſe.ſ. ad loca urbi abſentia:& ad modi‑cas ualles.
Ardens uigens
Per deuia & agros end.i. per deuia agrorum aut de‑uios agros.
Cogeret congregaret.
Diuina manus.i.potētia ſed pro potēcia pietas po‑nitur monſtrauit iter fu‑ture ætatis ſibi grata.ſ.ꝙ eēt ſibi grata uita & ætas dauid.
Sancta urbe hieruſalem.
Virum.ſ.dauid.
Vatis prophete dauid.
Ille.ſ.ammon fraterna ce‑de quē frater abſolon cō‑fecit gladio.ii.re.cā.13.
Nec uixit felix dauid.
Niſi numina & gratia.ſ. dei accelerent uiuas uires
Rex dauid.
diua ſuperbia uel luciferi uel quia ſuperbia ſe deam facit.
Rapido morbo.

*Quæq; alios latuere uiros, patuere potenti*
*Ingenio, humenti cuius ſapientia ab auſtro*

a Reginā mathei xii.

*Reginam [a] traxit, mirantem ænigmata, mores,*
*Doctrinam uitæq; modum, problemata, ſenſus*
*Nectarei ſermonis, item prouerbia, templi*
*Structuram, diuina etenim pallatia, regis*

b Vrbē dei hieruſalē.
Sine dote concubinas.
Cōnubio q; datas. i. vxores.

*Diuitias, urbemq; [b] dei, tot munera, ſeruos,*
*Ancillas, charasq; tori, ſine dote, puellas,*
*Connubio regiq; datas, uiridantia tantæ*
*Arua domus, cuncti generis tot fructibus hortos*
*Ingenio inſertos, arte, & mirantia & inter*

Inter corda mirantia dum miraretur.

*Fœmina corda pauens humana ſilentia rupit.*
*Nimirum tibi rex maior ſapientia facta eſt,*
*Quam rumor noſtræ, multus qui ſe auxerit auri,*

c Error ſolomonis.

*Errauit [c] ſalomon fatuas crexerat aras,*
*Dysq; nouis pia tura dedit, prudentibus amens*
*Apparuit ſalomon, dum dira incendia uiuax*

d Cæcus amore irritatus alit incendia in venis vel dum cupido cæcus viuax igne quo amantes vrit alit dira incendia.

*Cæcus [d] alit uenis: & tela cupido miniſtrat,*
*DECIPVla adlectās: & fœmina dulce uenenū eſt,*
*Eſcaq;, mortales hic qua nectuntur ad orcum,*
*Rex quoq; deceſſit ſalomon: roboamq; miniſtrat*
*Imperium: geminasq; tribus tantum ipſe coercet*

e Seruitiō obedientie. ad ſeruitutem.
Hieroboam idolatra.

*Seruitio, [e] reliquas dira ditione refrenat*
*Hieroboam, creuitq; malum: diſcordia feruet,*
*Seditio, inuidiæ ſtimulus, mala cuncta: ſuperbis*
*Bella tumentiiræ: uituli creuere dolores*
*Ingenti diſtenta dolo, quem fuderat ardens*

f Primæuo templo .ſ. ſalomonis.
Saxis & figuris end.
g Aduerſa propter peccata ueniunt aduerſa.

*Inuidia, & turpi fornax ſanctiſſima propter*
*Munera primæuo [f] tunc concurrentia templo,*
*Deterior ſed uita ſequens, quæ ceſſit ab omni*
*Cœlorum cultu, ſaxis, & prona figuris,*
*PECCAtis aduerſa [g] uigent, delicta ſequuntur*

Carnifices

*Carnifices:pœnæ:ferrum:fera uincula,& ignes.*
*Verbera,clamores,tum iurgia:mors'q;:pudor'q;,*
*Iuppiter iratus culto pro errore,[a] ſuperbum*
*Cum tota babilone ducem [b] ſanctæ intulit urbi,*
*Arma parant equites:& bella horentia gliſcunt,*
*Obſedere urbem,[c] cœperunt mœnia,templum*
*Diripiunt,ſtragem'q; ferunt,cum ſanguine:ſeruos*
*Hunc ligant:ſeruas'q; duces fecere puellas,*
*Sancta ſacerdotes linquunt,ſola arma reportant*
*In patriam belli laudes,& læta triumphat*
*Tota cohors,babilon'q; capit rumore trophæa,*
*Sanguinis hebræi referens ſpolia ampla ſecundo,*
*Hinc lachrimæ:hinc luctus,illic noua gaudia, quando*
*Hoſte [d] hoſtem pugnat,quos ſola ſuperbia rexit,*
*Ac ueluti in uolucrem uolucris,cum mittitur altum*
*Aera ſtringentem gemina à mortalibus ala,*
*Nec fuit immunis babilon,ne crimine magnum*
*Fœdaſſet populum tantum confuſio diuom*
*Creuerat in uarios,porrum hic:& pectore cæpas,*
*Ibida & alter amat puro,uel in æquore piſcem,*
*Atq; canem coluit babilon,quæ euphratica tellus,*
*Rex in mente tumens operoſo erexerat auro*
*Ingentem [e] ſtatuam:toti & præceperat urbi,*
*Ad litui:ſonitum'q; tubæ qui in corde ſuperbus*
*Pronus humi non uota ferat:non pronus adoret*
*Effigiem,fundatq; preces,fornacis in hauſtum*
*Ructantem flammas pedibus uoluatur [f] & ignes*
*In cœlum erectis:aura mittatur & orco*
*Ex iſta:qua uiuit homo:ſententia fallax*
*Hæc fuit in uerbo[g].DVRVM eſt cōtendere cœlo,*
*Et ſtimulum tentare pedis uibramine tauro,*
*Et fatuo impulſu,mollis ꝙ torreat unda,*

a ℂ Pro errore pro idolatria.
b ℂ Ducem.i.regem babilonicum.
c ℂ Vrbem.ſ.Hieruſalem
Duces fecere.
In patriam in ſiriam in babilona.

d Hoſte babilonico.
Hoſtem iudeum pugnat oppugnat quos.ſ.hoſtes babilonicum & iudaicū
A mortalibus mititur.
Ne fœdaſſet ꝙ non fœdaſſet populum.
In varios.ſ.ciues.
puro pectore toto corde quanuis deciperetur.

e Ingentem ſtatuam daniel.3.pceptū nabuchodonoſoris.

f Voluatur in hauſtum fornacis ructantem flammas & uoluatur in ignes erectis pedibus in cœlum & mitatur orco ad orcum ex iſta aura qua uiuit hō,
g In uerbo in præcepto
Durum eſt in ſtimulum calcitrare actuū n.8.

Humectetq; ꝙ ignis edax, contraria ſunt hac
Naturæ, deus ipſe poteſt, incendia flammæ
Fornacis periere uiris tribus æſtus, & ignis,
Ac odor in pœna, quis[a] ſpernebatur imago,
Seq; tumens uento pauit, pallatia grandis
Qui tenuit ditione nini, ꝙ robore magnam
Aliger in uentum maiori & pectore: & auctu
Formarat babilona ſuo, quo crimine bobus
Amiſſa ratione ſuis ſe miſcuit amens
Herboſos paſcebat agros: & pabula: donec
Pœnituit peccaſſe[b] hominem, commiſſa refrenans
Muneribus, quæ danda inopi: ueniamq; petiuit,
Extremum: clauſitq; diem: ſe pace locauit,
Quem mala pœnituit tot commiſiſſe ſuperbo
Ciuibus exemplum commiſſi pectore: & urbi
Balthaſar imperio ſuccedit hic impius omni
Crimine fœdauit gentem, delubra prophanat,
Confuſam[c] exercet uenerem, iuſta, impia demens
Impia, iuſta miſer faciebat, ab ordine legis
Ceſſerat: ut ſpreto laxaret frena ſacello
Viuendi: infandis & tantum intenderet aris,
Spiritus hunc neq; uentri parere nefando
Inuaſit: regni proceres ad pinguia primos
Extructis[d] dapibus, lautis conuiuia menſis
Inuitat: par nanq; pares trahit ipſe triumpho,
Auleis miro diuina palatia pictis
Artifice argento comunt: ornantur & auro
Murorum facies: & regia tota coruſcat
Lumine ſplendentis gemmæ, funduntur odores
Vndiq;: ceu magno fierent ſolemnia templo,
Conuenere duces regni, tota atria complent,
Et regis domus[e] ampla ſuis, ubi maior, in aulis

Impletur

a ℭ Quis a quibus.
Ille pauit ſe uento qui niniſenis tenuit pallatia pectore ſuperbia.
Auctu quia urbem auxerat.
Quo crimine appō quod ſcelus.

b ℭ Peccaſſe hominem quia cum quis cognoſcit errorem ſuum & dolet efficitur homo qui prius erat beſtia.
Muneribus danielis .4. cap. peccata tua elemoſinis redime .i. te peccatorē

c Confuſam promiſcuā
Spreto ſacello.
Frena uiuendi.
Spiritus uoluntas cupide

d Extructis menſis dapibus lautis.
Comunt ornant argento & auro miro artifice .miro artificio.
Magno templo .i. iouis.
e Domus ampla regis, ubi maior eſt in aulis ſuis impletur quæ iam ſuſceperat ciues ad concilium.

*Impletur,quæ iam ciues ſuſceperat omnes*
*Conſilio,populis cum iam regina triumphans* [a]
*Sanguinis antiqui ſub regia tecta uecauit*
*Concilio: tonſisq; ferunt mantilia uilis,*
*Diſpenſant ponenda toris,& ſingula ponunt,*
*Diſtribuunt cererem:præfertur aquaticus,eſca* [b]
*Ante uiros panis tenui confecta farina,*
*Spongia cui cameras effinxit pontica paruas*
*Atq; onerant uario menſas,ſine lege,lyeo,*
*Dant manibus limphas:cantant:& numen adorant*
*Carmine multiplici,bromium:bacchumq; ſalutant.*
*Bacche ueni,liberq; ueni,ſuccurre bimater,*
*Mens iouis,huic noſtro indulge mitiſſime uentri,*
*Lænei celebrate* [c] *diem feſtumq; lyci*
*Architriclinus lautæ ad co uiuia menſæ*
*Dixit:& hoc bene ſit pleno tunc protulit ore*
*Conſedere uiri:loca quæq; decentia captant,*
*Cuncta placent* [d] *hilarant ſimili præcordia cultu.*
*ADlectant quæ pulchra nimis præſto omnia menſis*
*Adſunt hic famuli:portantur edulia:carnes*
*Altilium:& ſiluas ad opus ſolaminis alui*
*Conſuluere omnes:* [e] *nec erat,quod deeſſet,in aruis*
*Conuiuæ:in menſa dederat quoq; pinguia pontus,*
*Et flumen dapibus rapidæ non defuit aluo,*
*Quiſquis & in dubia fulcit præcordia cæna*
*Dulcia defuerant nullæ bellaria menſæ*
*Nulla quidem meretrix: uenus hic promiſcua templũ*
*Fecerat:enormi puer hic meritorius aulam*
*Arte frequentabat ſuaui conſperſus amomo,*
*Cuncta relucebant,ſed rerum ut magna niteret*
*Menſa magis:iuſſit ſacri pia uaſa ſacelli*
*Afferri:& turpes* [f] *uina abſorbere puellas,*

a ℭ Triumphans popu-lis.i.glorians.
Regina.ſ.ſemiramis con-ci io ad concilium.

b ℭ Eſca appõ.
Farina tenui eſca confe-cta.
Sine lege affluenter.

c ℭ Celebrate verba ar-chitriclini.
Dixit architiclinus hoc bene ſit antiquorũ mos perſius ſaty.

d ℭ Hilarant.ſ. compo-tores.
Præſto omnia ſunt.

e ℭ Omnes ſiluas conſul uere quærentes animalia ad ſolamen gulæ.
In aruis nihil eſt in aruis quod deeſſet conuiuæ.i. omnia quæ arua habẽt. erant ibi:& hoc ꝑ genere ſingularium intelligitur non autem pro ſingulari bus generum.

f ℭ Turpes uitioſas atq̃ maior. animi turpitudo.

Proh dolor exhorrent aures audire nefandum,
Inter conuiuas:inter compendia [a] cœnæ
( Nam multos traxere dies ad pinguia menſæ )
Apparet diuina manus:ſcribentis imago,
Et digitis ſcriptura tribus formata maligno
Balthaſari, oppoſito fuit hæc ſententia muro,
Mane,[b] tethel,phares,uerborum uincula nodos
Diſſoluit daniel,& dura ænigmata regi,
Omnipotens tibi rex regnum numerauit:& illud
Compleuit:ſic mane notat,trutinatus & ipſe es:
Et minus hic inuentus habens ſine pondere ſignat
Dictio facta ſequens:referat tibi tertia phares
Diuiſum imperium eſt,magno tua regna triumpho
Medorum medis dentur:uocemq; ſeueram
Facta ſecuta iouis. PARIVNT commiſſa furorē
Prouenit ipſe furor.bilem tormenta ſequūntur.
Cirus enim horriſono tumidus præcordia faſtu
Regnandi:nulliq;potens ſeruire tiranno,
Conſuluit [c] babilona peti poſcentibus armis.
Aſſirios:magnaq; manu comitatus,ad undas
Venerat euphratis,pro grandis imagine facti,
Gangis in innumeros diſtracti fluminis alueos,
Diuellunt flumen, rumpunt & mœnia:& intrant,
Militibus complentq; uias:aditusq; uiarum
Fortibus obſeruant:peditum ruit atra cupido
In portas,uigilesq; necant formidine triſtes
Inſtantis pugnæ,ferit & pia ſidera clamor,
Et mentes,hebetesq; animos:quos dulcia lentos
Vina toris dederant:grauis & tumularat inanes
Crapula curarum:primo [d] quia uicerat atros
Aſſirius bello medos,dein gaudia menſæ
Struxit iners pugnæ,ſed cum cernatur ubiq;

Quos

a ℂ Compendia finem. Cœnæ conuiuiorum.
Imago quæ erat imago ſcribentis.
Scriptura formata tribus digitis apparet balthaſari
b ℂ Mane tethel phares difficile eſt inuenire harū dictionum quantitatem.
Diſſoluit daniel.danielis
Omnipotens rex .i. deus.
Sequens dictio.ſ.tethel.
Signat ſignificat.
Magno triūpho medorū
Vocem iouis .i. danielis diuinantis per dei ſpiritū
Commiſſa nam peccata incitant deum ad furorem deinde ad tormenta malis iniicienda.
c ℂ Conſuluit decreuit.
Peti,capi, armis poſcentibus aſſyrios.
Flumen euphratem exſiccarat enim prius gangem qui equum & formoſum puerum abſorpſerat uolens in illum ulciſci; cuius facti imagine euphratem pariter in multos alueos diuiſum exſiccauit & babilonem cepit.
Iuſtus & oroſius:

ORDO.

Pro imagine grandis facti gangis fluminis diſtracti in innumeros alueos. diuellunt flumen euphratē.
d ℂ Primo quia uicerat aſſirius hoc conuiuium balthaſar fecit habita ſemel uictoria contra cirū oppugnantem babilona ideo illum contemnens ſe uino dederat ſed aſſirii cum audiuiſſent danielem diuinantem ruinam regis illum perimerunt ea nocte.



QVOS mundi exaltat fœlix fortuna fauemus,
Quoſq; præmit p̃mimus, fugimus:ſua ueta negamus.
Videre aſſiry medos in bella furentes.
Senſerunt diuinus item quæ protulit, armis
Expoſci babilon medo lapſura ſuperbo,
Eſſet [a] in interitu regis, dant terga tiranno, a Eſſet deeſt q.
Nocte furunt ciues magnæ babilonis, & orco
Sacrilegum miſere ducem: uino ergo ſepultus
Rex cadit: & multo lapſans in ſanguine fudit
Vitam indignantem, cæcas & fugit ad umbras,
Grandis enim ut [b] babilon natura fortis, & arte b Vt quamuis
Nil flumen miſero regi: nil mœnia proſunt.
Mœnia amica manus, turres ſincera uoluntas,
O reges: quid tela iuuant? niſi dextra potentis

Proÿciat iaculanda uiri: quid mœnia? fortes[a]
Deſſendant ni cuncta duces, & tela repellant

a Fortes duces.

Ecce cadit babilon ducibus ſpoliata ſuperbis,
Arte ducum magnæ qui bella horrentia terræ[b]

b Terræ.i.vrbi.

Intulerant, urbi rapidus nec profuit amnis,
Deleuit circa manus. dira ultio,[c] magni,
Hoſtilem terram: babilon peccauerat ingens

c Dira vltio, vt dei miſſa ira appoſitio eſt. Magni.ſ.iouis.

Sed commiſſa ſibi miſeram traxere ruinam.
Non tamen hic fœlix tandem: ſed uictor ad auctis
Inſidias cirus pœnas cum ſanguine ſoluit,
Hunc tomiris[d] regina manu truncauit: & utrem

d Tomiris regina iuſti.

Sanguine repleuit, regis caput atq; cruore
Merſit, & hæc referens uoces irata reſoluit,
Nunc bibe quem bellis optatis cire cruorem,
Dirus dire obyt: non magna reſumpſit caſdem
Amplius urbs uires, babilon ſurrexit, itemq;
Hæc eadem cecidit multo fœdata cruore,
Nam quia multotiens[e] cœleſti indigna triumpho

e Multotiens commeruit.i.peccauit. Ruinæ ad ruinam inferendam peccata poſſunt Maiora mala magnis malis.

Commeruit, commiſſa ualent: poſſuntq; ruinæ,
Tum magnis maiora malis mala turbine ſurgunt
Peſtifero, gliſcitq; animus noua prælia mundo
Incutere: & magnas extendere in urbibus alas,
Nulla fides: nullusq; timor, confuſa ſuperbis
Religio: credunt diuos ſeq; eſſe potentes,
Tura uolun: hymnosq; ſibi ſua uota ferentes,[f]

f Ferrentes dicentes laudantes ſua vota ex voluntate ſua manus ſotietas. Gens populus gentilis.

Peccatis, hebræa manus deliquit: eiſdem
Gens ruit ipſa tumens: modicum diſcrimen in illis
Peccandi babilon ſuperis cur aſpera diuis?
Quid troes fecere boni? quid roma potenti
Imperio? recti cretes[g] quid? gnoſia proles,

g Cretes cretus pluralis gnoſia proles appõ.

Græcorum & reliqui? ſitiens quiduæ africa? & orbis
Totus? hic in plures turpi fœtore cloacas,

Mergitur

*Mergitur, & toto raptat ſibi crimina cœno,*
*Infœlix igitur ruit alto á culmine cœli,*
*Hoc genus humanum, fraudes*[a] *ſua robora tantum*
*Ingeminant: uirtusq; fugit: ſpes nulla ſalutis.*
*E tempe uidere deæ diſcrimina*[b] *terræ,*
*Et niſi celaſſet miſerum patientia mundum,*[c]
*Aſtrea ignitas acuiſſet iniqua ſagitas.*
*Vna omnes tum uoce fidem iouis, atq; deorum*
*Accelerant, unoq; ſimul diuo ore loquuntur,*
*Auxiliumq; cient: alto & ſuſpiria cœlo*
*Exhalant, ac enſe minax dea iuſta furorem*
*Aduocat:*[d] *& magno rapidum miſſura tonanti*
*Alloquitur: triſtiq; ferum dea concitat ore*
*Vade: uoca: famamq; mihi duc peruigil ala*
*Multiplici, quæ iuſſa gerit, quæ plurima mundo*
*Facta refert, hæc uera canat mandata potenti*
*Cœlicolum regi (ſibi quæ committo fideli)*
*Tuq; comes celerem pedibus comitabere diuam,*
*Diuina, & magno prægrandis epiſtola cœlo*
*Miſſa fuit quam fama tulit, quæ nuntia ueri,*
*Iuppiter, & noſtri genitor, mens unica mundi,*
*Qui facta, & facienda uides, cui nulla teguntur*
*Crimina, & in tenebris carnis pauciſſima cæcis*
*Iuſpice multiplici fœdatum criminis orbem*
*Torpore: ut noſtri turpis ſit manſio mundi,*[e]
*Omne nefas uirtus, nulla eſt reuerentia templis*
*Nullus honor, ſed fracta fides, ſpes ſola ruinæ,*
*Solus amor rerum, ſola eſt intentio ferro,*
*Perdere figmentum, quod iam tua dextera finxit,*
QVOTI*die longos peius tranſitur in annos,*
*Semper & humani famoſa ſuperbia ſceptri*
*Auget opus, uaſte nimium fiducia mentis*

a Fraudes nominatiuus eſt

b Diſcrimina pericula & diſcordiam.
c Mundũ.i.hominem
Iniqua inimica hora.ſi. carm.
Fidem auxilium.
q;.i.rurſus.

d Aduocat ad ſe vocat
Rapidum furorem ab effectu rapidum. ferum.ſ. furorẽ vocat iuſtitia eiq; præcepit vocet famam quæ ferat epiſtolam deo.
Diuam.ſ.famam.
Cœlo magno.i.deo.
Veri.ſ.illius quod portarat.
Pauciſſima etiam minima quæ uix apparent in luce

e Vitia mundi torpore putredine, virtus.ſ. eſt.
Spes expectatio.
Fero violentiæ datiuus eſt.
Superbia.
Vaſte nimium libere.

*Vertitur in prædam:*[a] *nec renum incendia*[b] *cædunt,*
*Sed mage diſcruciant ſubiecta libidine membra,*
*Inde iræ*[c] *accendunt flammas:& tela miniſtrant,*
*Alter & alterius regno macreſcit*[d] *opimo.*
*Virtus nulla uiget,totus putreſcit & orbis*[e]
*Mœſtitia in claros:& lumina candida,mores,*
*Seruitur uentri,*[f] *uiget hæc intentio mundi*
*Addere quod ſcelus eſt ſceleri:peruertere mores*
*Naturæ:& penitus uitio importabile cunctis*
*Subdere ſe*[g] *brutis:ſponſa dormire relicta*
*Cum ſponſo:prauasq; uices ſub nocte ſilenti*
*Reddere concubitus:nulla eſt moderatio carnis,*
*A fratre eſt compreſſa ſoror:uiolentia multa eſt*
*Scit pater & natam,pauca eſt diſtinctio renum*
*(Prodere quod turpe eſt)fingunt uredine matres,*[h]
*Vt ſatient uenerem,dextra oblectantur iniqui*
*In facinus carnis,ſola eſt intentio mammæ,*
*Fœmineos tentare locos,explere quod optant*
*Quæ rebus nigris cimba aducƈtantur ab indis,*
*Oſtrea quæruntur paſſim:quæ incendia lumbis*
*Accendunt:ſimilesq; cibos:quibus inguina creſcunt*
*Inquirunt miſeri:ſenio uitulantur inermi,*
*Eliſi calidis,nec ſit diſtinctio rebus,*
*Miles an:aut miſeri ſit cultor:aquaticus horti,*
*An ſacra turicremæ ferat hic multi inguinis aræ,*
*Tum ſcelus eſt*[i] *ſaxis ſpreto ſeruire tonanti,*
*Vaſa manu,e templis rapiunt:altaria fumant*
*Nictylei:*[k] *& ueneris:nulla eſt intentio magni*
*Numinis ætherei,deus eſt optata malignis,*
*Vulnera nulla mouent:ueteris non pulſio patris,*
*Non mors atra chaim:toto nec ab æquore gurges,*
*Feruida cum magnum fuderunt æquora mundum,*

a ℭ Auaritia eſt.
b ℭ Incendia renum luxuria eſt.
c ℭ Iræ:ira eſt.
d ℭ Macreſcit alter inuidia.
e ℭ Putreſcit orbis accidia.
f ℭ Ventri ſeruitur ecce gula.
g ℭ Subdere ſe bruti .i. peioris naturæ quia bruta natura coeunt.
h ℭ Matres mulieres fingunt membra materialia ut uenerem expleant.
Quod turpe.i.turpe eſt dicere hoc quanto magis facere.
Que.ſ.res explete rebus at quanto magis comedunt calida tanto magis mouentur.
l ℭ Saxis idolis ſeruire.
l: ℭ Nictylei.i.bacchi
Optata.ſ.uenus eſt deus malignis.
Mors chain cũ fuiſſet ſagitatus.
Feruida æquora gen. 7.

Non cham[a] dira lues,tetigit damnatio nulla
Vrbis:& unigenæ neq; enim confuſio linguæ
Terruit,& ſicæ non terræ iniuria mentes,
Cum uictum arceret:[b] non cœli fulmina terrent,
Non pluuiæ populos:ſubita & non peſtis:& horror.
Non tonitrus:non motus humi:non ſigna tonantis,
Ii minus auſcultant quæ uerba minantia terris
Incutiunt gelidum populis prædicta timorem,
Dureſcunt,ut quercus aquis,tellure ſub ipſa,
Quæ[c] multis tumulata annis lapis horrida nigro
Fata uelut durus:ferro nec ſcinditur ullo,
Ni labor aduertat,miſerum peioraq; fiunt
Corda hominum:frater fratrem confecit:& hoſpes
Hoſpite comprimitur:nulla eſt reuerentia patrum,
Quod ſapit aggreditur,uitio mortalis iniquo,
Nulla mora in factis:modo ſit locus aptus habendi,
Quæ ſua corda ferunt,[d] modica experientia ueri eſt,
Furta placent:terrere bonos,ſi iuſtus in orbe eſt,
Sit minor iſta manus:miſeris miſcere dolores,
Vrbibus:& rapidis homines iuuat oppida flammis
Addere:magna ſolo babilon proſtrata iacenti[e] eſt,
Ter ducibus ſpoliata ſuis:peccauerat ingens,
Hæc quoq; mortales irato numine pœnas
Suſtinet æthereo.PARIunt commiſſa ruinam,
Troia iacet:carthago iacet:iacet obruta flammæ,
Excidio deleta manu gens maura potenti[f] eſt,
Græcia tota gemit:romana potentia bello
Ciuili deſerta ruit,diſcordia uincit,
Sanguine riueſcunt colles:iam facta loquantur
Et populos docuere rudes in bella:necemq;
Non iouis arbitrio eſt hominis concordia,fortes
Diſponunt ſua uota:uolunt,pro lege quod optant,

a Cham.ſ.eiecti.genitiuus.geñ.9.
Vrbis.ſ.babilonis geñ.xi.
b Arceret victum.3.re.17.
Geneſis.41.cap.
Non peſtis.ii.re.24.cap.

c Quæ.ſ.quercus.
Velut durus lapis.
Ni labor aduertat.ſ. induſtrius.
Frater fratrē chaim abel.
vel polinices & etheocles
abſolon ammonem.
Hoſpes hoſpite Ouid.
Met. primo.
Sapit delectat.

d Ferunt optant.

e Iacent humili.

f Potenti.i.romana

a Diſcrimine differẽtia

Fas nullum:nullum'q; nefas diſcrimine[a] cernunt
Sunt homines ad cuncta feræ:tum moribus,illis
Peiores:non una præmit ſe prole ſequentem[b]

b Sequentem ſe prole .i.ſuam ſimilem in ſpetie.
c Hoſpes interogatiue pronnnciandum eſt.q.d. nec pater eſt ſecurus a filio.
Sagita verbum eſt.
Impia comiſſa.

Bile tument homines,homines iaculantur:& unum
Telo alius pugnat:non hoſpes[c] ab hoſpite tutus:
Non pater á nato deus:ò deus argue mentes,
Suplicio diras:neca,& incute,pelle,ſagita.
IMPIA,ſi parcas:ueniam commiſſa ſequuntur.
Noſceris á nullo multis niſi uulnera morbis.
Incutiant homines, telo uexentur & atro
Vi iouis irati,diram patiantur inertes
Eſuriem,QVAM turpe mori,dum deficit aluo,

d Dũ eſca deficit aluo.
Mori fame.

Eſca:[d] fame:clamans rogat hic deus, ó deus,ille
Vota uomit ſuplex,aræ quoq; munus:& alter
Cerea dona dicat,tabulæ'q; argentea ſanctæ
Membra tholo:& pietas ſuſpendit dextra tabellas,
Nubila uaneſcunt ſi tempora,uiuitur uſu

e Velut ſerpens viuit q̃ inprimo vere callida primun pellem deponit & peiorem accipit.
f Veniat.ſ.vt.
Morbo pœnæ hoc eſt cruciatu.

Peiori,funeſta uelut[e] ſub marmore ſerpens,
Tempore ſub primo,primam quæ callida ueſtem
Innouat:ciecta iuueni magis atra ueneno
Pelle cutis ueniat[f],turpi deus incute morbo
Ergo homines pœnæ,fuerit tunc ſanctior illo
Tempore mens hominum,paribus uel quilibet eſcis
Mortalis degat:menſura ponderet aurum
Siue pari:rebus ſuperet non unius & unum,
Sede uigens celſa:pingui ſub ſidere cenſens
Se non mortalem:mens eſt altiſſima cuius.

g Naſcitur de prole iouis irriſio eſt tangere gentilium ſtulta opinio.
Sacra diuinitatem ferens.
Docta cum pallade irriſio eſt.
Faciebant palladem virginem ſed hic mire fuit authoritatis 'qui Pallados meruit coniugium.

Naſcitur[g] ingenua iouis hic de prole beatus,
Sacra ferens ſecum,docta cum pallade iunctus
Coniugium duxit:ueneris:iunonis & alter
Filius eſt:fingit'q; nouos mens alta parentes.
Iuppiter in tauro eſt:gremio ſit iuppiter aurum,

Et uitiat claram præcioſa fraude puellam,
Falluntur:creduntq; homines,quod turpiter aures
Audire exhorrent in cigno & iuppiter albo.
Compreſſit lædam:deus ipſe deoida[a] ſerpens
Conſcelerat:fugiant aures audire nefandum.
A' belo traxere genus qui antiquius,illi
Maiores,aliqui gaudent ꝙ origo feratur
A' danao cœpiſſe ſuum,primumq; parentem
Humani generis contemnunt:iuppiter audi.
Ille quidem magni preclarus apollinis:iſte
Herculis eſt proles:terræ dexere gigantes
Eſſe ſatos:fingunt fluuios genuiſſe parentes,
Et ſtirpem ingenuam:cuius pater ipſe:negaris
Eſſe ſator cœli:terre omniparentis & author,
Et qui cuncta regis:uiui[b] plaſmator & orbis,
Ergo nihil mundo es:doceas[c] ꝙ criminis ultor
Iuppiter es generi:fingunt miracula genti,
Proh pudor & nullus noſcit ſua robora,menſe
Quantula ſint minimo diuiſus,iuppiter ipſe es.
Ergo deos plures:& numina plura uidemus,
Ergo fides nulla eſt:nulla & reuerentia cœli,
Ergo ſiles:uetita quem ſolus[d] ab arbore morſus
Exilio ſtimulauit adæ,qui gurgite uaſto
Æquoris innumeras merſiſti,& flumine terras
Omne genus uitæ,uindictæ & diceris arcus,
Incute uim flammis:deus ó deus[e] adde furorem
Iuppiter:ut pereant putri qui carne triumphant,
MAIOREM maiora petunt commiſſa dolorem.[f]
Scripſit:& ipſe furor ſpretæ uirtutis olympo
Detulit hæc,magno miſit quæ aſtrea tonanti,
Cum fama:& celeri uera eſt[g] hæc nuntia curſu.
SVMMA tenent uerum:nulla eſt fallatia cœlo,

a ℂ Deoida.i.proſerpina quā gerce[illegible] dicit,hanc iuppiter vt ſerpens conpræſſit Oui. Met.
Maiores illi maiores,ꝙ antiquius traxere genus ſuum a bello,gaudent,
Feratur dicatur ſuum .ſ. genus.
Primum parentem.i.iouē
Ille preclarus eſt proles apolinis.
Fluuios parentes.
Magni herculis filius iteratio eſt iniuriæ. quæ ſupra .quādo hoc pecatū directe ſit in deum.
b ℂ Viui orbis.i. hominis.
c ℂ Doceas oſtendas.
Minimo menſe.i. tpe.
Videmus ſentimus.

d ℂ quem ſolus morſus ſtimulauit exilio ad exilium:morſus ade.

e ℂ O deus iuppiter.

f ℂ Dolorem pœnam petunt requirunt:& merentur.

g ℂ Eſt.i.fuit.

*Porrexitq; ioui miſſas turbata[a] tabellas*
*In geminum curuata genu:faciemq́; pudicam*
*Diuino demiſſa pedi:ſuſpiria & auxit,*
*Lumina tum lachrimis ſuffuſa nitentia obortis,*
*Accepit quæ miſſa pater,quæ triſtis ab orbe*
*Fama tulit medio:ſenſimq́; notata reſignat,*
*Legit:& ingemuit,curuum rapuiſſet & arcum*
*Vindictæ:dirasq; faces:& fulmina terris*
*Miſiſſet:nimio ſuccenſus[b] ab aure,furore*
*Perderet ut totum:ſed nulla obliuio facti*
*Fœderis humano generi deleuerat æquam*
*Omnipatris mentem,REGVM promiſſa tenentur,*
*Tum pietas pro gente rogat,quæ ignita reliquit*
*Iuſtitiam,commitesq; ſuas:ſæuumq́; tonantem*
*Eſſe dea hæc uetuit:rapidas mitiſſima flammas*
*Ignea quæ tamen eſt,extinxit:ut imbribus ignes*
*In ſtipula cædunt:pluuia minuuntur & æſtus.*
*Interea uocat ære[c] duces:atq; agmina:& auro*
*Cœlicolas ſuperum cecinit qui bella michael*
*In ſteropes,magni pauitantia corda tonantis*
*Congregat & iuſſu,uolat aliger,intonat omnis*
*Cœlorum paries,miſero ſic omnia lapſu*
*Spirituum,terrentur enim,nec tuta quieſcunt*
*Pectora iuſtorum,terrent exempla pudicas*
*Lapſorum mentes,VNVM ſanctiſſima punit*
*Lex,monet & centum.cum ſint præcepta regentis*
*Quam ſtabili ſeruanda fide parere neceſſe eſt,*
*Conuenere duces cœli,quæ iuſſa morantes[d]*
*Sint iouis æterni,ſolio rex ſedit in alto,*
*Et dextra indicens[e] conſueta ſilentia rupit.*
*Vos dij,uosq́; deæ,quorum mens conſcia noſtri*
*Extitit,ut nunq̃ diuina arcana laterent*

a Turbata mœſta fama.
Demiſſa faciem diuino pedi.
Suffuſa.i.ipſa lumina accuſatiuus eſt.

b Succenſus furore nimio .i. multo miſiſſet ab aure iaciendi modus eſt.

c AEre & auro end.

d Morantes expectantes.
e Indicens.ſ.aliis ſilentia, rupit ſilentia.
Dii angeli,Deæ uirtutes.

*Pectoribus*

Pectoribus ueſtris, ſiue hic, [a] ſeu mundus egeret
Arte manus noſtræ, quæ ſunt dicenda tenaci
Suſcipite hæc animo, nec uos mea cura relinquat,
Extruxi hæc præclara poli pallatia, uosq;
Regni huius ciues feci, mea uiſcera, quorum
Pars una in facinus molles deflexit habenas,
Ignitas pœnasq; lüit, fera tartara ſeruat
In medio mundumq; tuli florentibus herbis,
Æquore, & aereo comens uiridantia tecto,
Impoſuiq; hominem, cecidit, cecidere nepotes,
Perfuſi oceano peccantia pectora fluctu,
Quos [b] reliquos fecere manus pietatis amore
A magno immunes, dictu miſerabile, ponto,
Ne rueret mortale genus, totumq; periret
Humanæ gentis ſemen, uaneſceret aura,
In noxam traxere dies, & ſæcula morbo
Fœdarunt, nullumq; ſui, quod grande noceret,
Pœnituit ſceleris, quanuis tormenta reatus
Puniſſent nullumq; iouis qui nuntius eſſet
Audiuere uirum, facta eſt intentio tantum
Ad ſcelus extremum, mox compleuere, malignæ
Quid iam mentis erat, nec uox, nec uerbera poſſunt,
Nec multum remouere ſcelus tormenta, nefandos
Nec terrere homines, adduntur culmina flammis,
Ignibus & paleæ, ligna & fornacibus, æſtu
Fomitis, [c] imperium flammæ mage creuerit, aucti,
An rurſus mea dextra furat? noua prælia tentem
Ignibus? aut celſos excædant æquora montes?
Humanum delebo genus, quod turpiter audet?
Atq; homini curtabo dies? & fœdere rupto
Irarum cauſas repetam? patris? atq; nepotum?
Fas nihil eſt, quod iura uelint, lex ſola [d] nocendi

a Hic ut angelorum expulſio.

b Illi quos reliquos noſtre manus. i. qui ſeruati fuerunt in arca traxere dies in peccatum & fœdarunt ſecula.

c Eſtu fomitis aucti imperium. i. augmentum flammæ magis accreuit.

d Sola. i. ſolum.

Eſt habitus:que ſola placent humana ſequuntur
Pectora:luxuriam:raptus:fera bella, recentes
Suſcepiſſe deos:& marmora ſecta per artus
Humanos:ſpreuere polum, dixere nitentem
Hunc oculum mundi ſolem præſcire futura,
Hoc iouis[a] arbitrio eſt:iouis hæc arcana,quid ergo
Diuinant lapides?nec uos uentura poteſtis
Scire dei,diana feras dea docta fatigat
Perdere,quas aluit damas?& ſilua recondit,
Prœlia mars tractat?nec non in prœlia pallas
Deſcendit,largitur item ſubtilis,& ipſa[b] eſt,
Ingeny atlantis genitus,ſaturnus ab annis,
A ſaturo nomenq; habuit,uenus alma ſerenæ
Diua uenuſtatis,quippe eſt,deus unus,& anni
Ianus,[c] & innumeros fatui fecere penates,
Suntq; lares multi,fures & nocte lauernam
Sepe orant,neptunnus aquas,pluto ipſe latebram
Inferni,& cancros habitat,proſerpina iuno
Inferna eſt,bacchumq; uocant,& numen adorant
Herculis,& geminos terreno in uentre paliſcos,
Iuppiter europen rapuit,pluit imbribus auri
Stupratæ in gremium,uenerem mars preſſit,in antro
Mulciber indoluit,uarias ſumpſere figuras
Dy,quibus in terris honor & reuerentia multa eſt,
Quæ capit é phœbo donat reſponſa ſibilla
In folio digeſta leui,quæ inſania mundi
O cœli ciues?ubi noſtra potentia ciues?
Dormit?an extincta eſt?multa indignatio mentis
Vexat,ut extinguam genus hoc mortale,potenti &
Corda ſuperba manu.ponto mergantur,& ardens[d]
Fulmine deÿciam terras,& uaſta triſulco
Æquora,tum tenues rapidus diuerberet auras

Huc,

a ¶ Hoc iouis arbitrium eſt tantum iouis vt communicet diuinandi munus aliis.
Dei nominatiuus pluralis eſt.
Docta perita perdere.

b ¶ Et etiam ipſa palas.
Genitus.ſ. mercurius.
Saturnus unde.

c ¶ Ianus eſt unus deus.ſ. inter alios.

d ¶ Ardens.ſ.ira.

Huc, illuc, ſine fine notus, pallatia tantum hæc
Sint immota locis, ubi nulla ſuperbia, falſi
Nullus amor mundi, nulla indignatio, & ira,
Corruat at mundus, centro terrenns & orbis
Confuſæ horriſono terras immiſceat omnes.
Interea diuina cohors florentia tempe
Quæ coluere, polum repetunt, & inania linquunt
Illa loca, & placida uirtute carentia regna,[a]
Cunctæ ergo irrumpunt cœlos, & adire tonantem
Feſtinant, uidere iouem, timuere ſeuerum
Et uultum in terris, & fulgura dira minantem.
Hæ tandem intrarunt, diui[b] mirantur, in orbe,
Atq; timent ne crimen onus ferat in iouis aures
Irarum, & ſtipulas cumulent, noua crimina, flammis,
At diuæ innixæ genibus, ſuſpiria ab alto
Pectore longa trahunt, & triſtia dicta reportant.
Iuppiter ætherei ruit alto á culmine cœli
Humanum, diuine,[c] genus, clamatur ab imo
Carceris obſcuri, ueteres ſenſere parentes
Turpia terrenæ[d] commiſſa, & crimina formæ,
Digna luant pœnas, & facta horrentia terræ.
Ecce ætas[e] creuit, poſtq̃ ceſſere maligno
Ferrea ab orbe patres, uirtus temerata receſſit.
Nuda, exul, deformis, inops, & neſcia mundo,
Qui tantum terrena ſapit, mortalibus ægra,
Diuiſum imperium mundi, tot ſecula turpi
Crimine fœdarunt,[f] non eſt qui conſulet albis
Moribus, & prudens lites hic ſedat amaras.
Omne nefas trunco, fructu & deſcendit ab omni,
Crimine crimen agit mundi in turpiſſima crimen.
In precio commiſſa uigent, grauis halitus orbem
Theſſalicum, & tempe putrenti inuaſerat ore,

a ¶ Regna carentia hunc .ſ. mundum.

b ¶ Diui angeli.
in orbe in circuitu.
Onus irarum.

c ¶ Diuine iuppiter ruit a coelo dum peccat.
d ¶ Terrenæ forme
Facta horrentia ſenſere.

e ¶ AEtas ferrea.
Ceſſere receſſere.
Neſcia ignorata.
Mundo homini.

f ¶ Fœdarũt .ſ. homines.
Hic pro illic.
Trunco a patre.
Fructu a filiis
Crimen agit crimen crimine in turpiſſima mũdi ideſt accumulat.

Fugimus: & mundi medias cito liquimus oras,
Atq; ſeneſcentem uitijs: & ad infima mundum
Tartara delapſum: mundo ſuccurre cadenti,
Nec quenquam mittas: urget præſentia regis,
Ni[a] ruit in peius, ceca clamatur ab umbra
Iuppiter ipſe ueni, pariat[b] ſacra terra parentem,
Monſtretur pietas miſeris, clementia portas
Recludat pietate poli, fera dindima nobis
Iuppiter expoliet, pax atria ſola[c] frequentet
Regia cœlicolum: populo ſuccurre cadenti,
Et patribus miſerere pijs, tu ſolus & author
Sis uitæ in tenebris: tua ſola potentia laudes
Has mereat: dixere deæ: tunc iuppiter inquit,
Audiſtis, cæca fiat quis clamor in umbra,
Et quæ mortales faciant contraria iuſtis,
Quodq; ruit mortale genus: quis finis habendus?
Quæ ratio eſt? ſeruetur enim? uel deleat orbem
Noſtra manus, diuom quæ ſit ſententia poſco,
Dixit: & ingenuam rupit[d] clementia uocem.
Enſi tenens in tela furit: mortemq; minatur
Præſentem occiduo[e] ſedantem crimina mundo,
Ni retrahat de labe pedes: commiſſaq; pœnis
Expiet: & lachrimas fundat pro crimine longas,
Gratia[f] nulla tamen fiat, ſibi iuppiter aulæ
Cœleſtis noſtræ: diuom quoq; doxa repugnet
Iis, quibus obriguit feruor pietatis: amorq;,
Hocq; uelit pietas, miſeris quam ſepe fugata,
Vſq; ferant[g] ſontes ullo ſine lumine damnum,
Haud quaquam meruere polum, præcordia quorum
Se uento pauere leui: magnumq; tonantem
Spreuere, & manibus uoluere inſcendere cœlum
Dum ſtruerent longam ſublimi uertice turrim,

Da

a Ni niſi.
b Pariat, aperiatur terra & germi. ſal.
Portas poli.

c Sola atria regia. non ſola pax. quia & aliæ in colunt virtutes.
Populo .ſ. in mundo.
Patribus .ſ. in limbo.

d Rupit uocem ſiluit: clementia deus clemens.
Mortem ſedantem.
e Occiduo non a cedo ſed hic a cado ne populi ſitientis libiæ naſomones ſpolient vel matium viri ad prædam volucres
f Gratia nulla illis fiat ſed ſua purgent facinora pœnis.
g Vſq; ferant iuſtitia irata mutat ſententiam: prius dixerat niſi eos pœniteat & purget mundus commiſſa pœnis. hunc autem vult omnino damnari perpetua damnatione. & hic nimia ira ſuccenſa in malos. præſertim in ſuperbos.
Manibus .ſ. fabricando turrim babel.
Sublimi vertice ablatiuus pro genitiuo.

Da mihi, da uires, da poſſe nocere maligno
Telluris generi: niſi colla tumentia calcem:[a]
Et pedibus uentoſa præmam præcordia iuſtis,
Fas punire malos, FAS eſt abrumpere fœdus
Rumpenti pro labe fidem: ſedare[b] furores
Inguinis: & rapida miſcere incendia flamma,
POENA ſcelus ſequitur, ſic ſtet ſententia legis
Diuinæ, quæ falſa premit: quæ iuſta ſereno
Aſpicit & uultu: tollitq; ad ſumma merentes,
Obticuit quæ tela manu gerit ipſa minaci.
Subſequitur pietas, oculos ſuffuſa[c] nitentes,
Atq; genas lacbrimoſa ſuas humore lituris,
Hæc ait: haud meruit fieri qui factus in orbe eſt:
Qui non ante[d] fuit, iouis at clementia traxit
In lucem ætheream: poſuitq; ſub æthere primum
In terris: pietas iterum dominantis ubiq;
Subleuet à lapſu iouis & pia gratia ſeruet,
PRONVS hō ad caſum: terra eſt q̄ errata reſumit[e]
Angelici cecidere animi ſine pondere terræ,
Et ſine compulſu: tenues,[f] ſine corpore formæ,
Quid fragilis tellus faciat? quæ mortis imago eſt,
Auxilium ni forte ſibi ſuccurrat eunti
In ſcelus: & uitium, noſtro quod ſurgat ab orbe
TERRA iacens impulſa cadit: miſerere cadentum,
Cuncta monēt[g] ſceleri: fragilis caro: mūdus, & audax
Lucifer: & comites ſceleris: bona cura, nefandi
Et ſtimulant obiecta magis, miſerere, dolendum eſt,
Ergo homini, ſuccurre homini: ſuccurre cadenti
Iuppiter: & mundum releua mœrore iacentem,
Non meruit: deus ipſe meres ſuccurrrere lapſis.
Digeſto obticuit pietas ſermone tonantis
Surrexit placido grandis ſapientia uultu,

a Calcem. i. premam a calco as.

b Sedare. ſ. fas eſt.

c Suffuſa oculos. Liturjs humore lachrimarum.

d Qui nō ante fuit. bernardus nec hoc ante promeruit qui ante non fuit.

e Reſumit errata

f Tenues formæ ſine pōdere terre. i. ſpirituales.

g Monent excitant ſceleri ad ſcelus.
Comites ſceleris ceteri demones bona cura. i. magna obiecta q̄ mouēt potentias.
Mundum. i. hominem.

a ℭ Demiſſa prona.ſ.ora deorum in pedes ſuos Cruor æſtuat perdere.

*Quam cuncti coluere dei prona ora gerentes,*
*In'q; pedes demiſſa*[a] *ſuos:dehinc talia fatur.*
*Currit ad arma furens:rapido cruor æſtuat igne*
*Enſitenens:diuina,potens aſtræa ſuperbos*
*Perdere,fumigero ſua qui præcordia uento,*

b ℭ Quis quibus.

*Atq; alij aluere dolis:*[b] *quis iura,uoluntas,*
*Eſt lex:& ratio,tantum fuit ipſa cupido,*
*Me'q; animis ſpreuere ſuis:comites'q; tonantis,*

c Pia uiſcera appõ. Et angelicas formas chara præcordia. Mundus q; ruat hoc ſenſu etiam ſi totus mundus rueret propter iuſtitiam ruat:non pereat Iuſtitia. Nocentis ferientis.

*Iuſtitiam:mitem'q; deam,pia uiſcera*[c] *ſummi*
*Imperij angelicas,chara & præcordia formas,*
*Ius fiat:mundus'q; ruat,uox prima nocentis*
*Iuſtitiæ:hæc eadem fuerit uox ultima diuæ,*
*At pietas pro gente rogat:uult omnia uitæ*
*Saluari humanæ:ſubiectis parcere,duros*
*Vnguento mollire animos:& flectere uerbo,*
*A' tenebris redimam patres:quos tartara ſeruant,*
*Ac eadem diros cupit ipſa reducere manes,*
*Empircam ad ſedem( quanta eſt clementia) quanta*
*Dulcedo:& pietatis amor,diſcordia uos'q;*
*Vexat:& ambarum fiat diſcordia concors,*
*Audite hæc:& nulla meis dea diſſona uerbis*
*Fiat:in ancipiti dabitur concordia lite,*

d De lucifero diſſeritur Pariter etiam.

*Angelus errauit,*[d]*pariter deliquærat adam*
*Commeruere ambo:ſed quis tollendus ab æſtu*
*Inferno:ſermonis enim fit quæſtio tanti,*

Nulla grauitate corporis quæ .ſ. grauitas vinculat AVG. Anima mea cur illam inmarceſſibilem gloriam cernere non potes certe eſt infirmitas corporis Auſus.ſ.eſt.

*Lucifer oppreſſus nulla grauitate*[e] *reliquit*
*Corporis,æthercam,quæ mentem uinculat,aulam,*
*A' nullo temptatus item:ſe æquare tonanti*
*Auſus,& á magno miſer ipſe recellere lapſu*
*Noluit audaces,ut uult clementia,greſſus,*
*Mors fuit hic error:ſtatus & fuit ille ruentis*
*Luciferi:magnam traxit'q; ex æthere partem*

Spirituum

*Spirituum: ſceleriſq; fuit pars maxima tanti*
*Immunis: quæ parua manus,*[a] *delapſa triumpho eſt,*
*Quam plures cecidere ſimul commiſſa uolentes,*
*Solus adam bello milles: ui præſſus iniqui*
*Ponderis: & ſtimulo uafre ſerpentis abiuit*
*A' iuſſu: uerboq; iouis ſcire omnia tentans,*
*Hoc enim natura petit: ſceleriſq; nefandi*
*Pœnituit: fleuitq; miſer: caſuſq; parentis*
*Humani generis tantum fuit error in adam,*
*Haudquaq; mors ille fuit: traxitq; nepotes*
*A' facto abſentes ad crimina fœda parentum,*
*Virgine ſed dempta, cunctos, quæ mater habenda eſt*
*In mortis regione ouium qui paſtor: & alma*
*Lux erit in tenebris: ergo eſt ſeruandus ab aura*
*Peſtifera mortalis homo: qui in carne triumphat,*
*Ergo iouis fili*[b] *tantum hæc prouintia fiat,*
*Gloria quæ æterni, par eſt quæ patris imago,*
*Mortalem releuet, qui patris imagine factus,*
*Hicq; ſatus ſine matre, ferat ſine patre uocari*
*Filius in terris*[c] *materna eductus ab aluo,*
*Quiq; patris uerbum: fieret mortalibus idem*
*Sermo dei: & patri deceat ſe flectere natum*
*Orantem*[d] *pro gente iouem, quæ á patre receſſit,*
*Non patrem genito deceat pro crimine multas*
*Fundere in orbe præces: magni ſapientia cœli*
*Sanguine conſuluit fragili ſuccurrere mundo*[e]
*Humani mœrore iouis,*[f] *delere cadentum*
*Delicta in terris: nudare & tartara & orcum,*
*Cimereos patribuſq; lares, & promere portas,*
*Cœlorumq; animis diuina palatia iuſtis,*
*Ante patrem genitus uitæ mortalis: & omnes,*
*Hoc onus aſumpſit diues: ui ſanguinis atra*

a ℭ Manus quæ delapſa eſt a triumpho parua eſt in comparatione quæ remanſerat.
Quam plures .ſ. angeli ſimul conſenſerunt malo: ſolus adam fuit in pugna nec mirum.
Si victus quando plures cecidere.
Hoc natura petit appetit philo. primo metaphiſicæ omnes homines natura ſcire deſiderant.
Nepotes cunctos abſentes traxit.
Quæ eſt habenda mater illius. qui paſtor erit ouiũ in regione mortis.
Lux .ſ. qui erit.
b ℭ Fili pro filii hæc prouincia hoc pondus hoc onus erit filii iouis quæ eſt gloria. & imago eterni patris.
Ferat patiatur.
c ℭ Nota quare magis filius q; pater etiam q; ſpiritus ſanctus humanã carnem aſſumpſit.
d ℭ Orantem oraturũ.
e Fragili mundo hoc eſt homini.
f Humani iouis .ſ. Chriſti.
Nudare tartara .i. ampliꝰ tot anime in inferno non mergentur vel non ſint in poteſtate demonis animæ. vel purgatorium vbi animæ cruciabantur ſpollare vel potius limbũ quia animæ purgate ducebantur ad limbũ vi virtute ſparſi ſãguinis amore telluris .i. hominis.
Ferre iugũ onus aſumpſit

Ferre iugum mortis ſparſi, telluris amore:
Tunc gabriel fortis medio fit nuntius orbi,
Pro nato inueniat matrem: quæ moribus albis
Culta foret, maculæ q̃ꝫ paruæ, & criminis expers[a],
Ad iouis æterni uotum feſtina ſalutis
Norma foret, mortale[b] decus, ꝓ ia gratia rerum,
Audierat gabriel infectum & moribus orbem,
Et uitijs, heſit nullam reperire puellam
Quæ genitrix foret apta iouis: ſed mente reuoluens
Antiquas meruiſſe ꝑium uirtutis honorem,
Tartara mox adijt: cæcas & uiſitat umbras
Quæ elyſios, ut ſcripta ferunt, prope flumina, campos
Cum maribus condigne[c] habitant: ſolamina ripis
Captantes fluuij, per prata uirentia, curſu
Labentis placido, placida dein uoce reuellat,
Quæ cauſa eſt petijſſe iouis fera dindima magnum
Præconem: iuſtæ recipit, ſi caſta puellæ,
Vlla erit eſſe iouis ueram, ſine crimine matrem,
Hanc huic inuentam miro ſolamen honori,
Concipiens, pariter pariens hominemq́; deumq́;,
Lux erit in mundo, ſuperum regina deorum,
Protinus ante pedes magni ſidonia dido
Fertur: & ingenui numen gabrielis adorat[d]
In lachrimas & fuſa graues, ſuſpiria ab imo
Corde trahens demiſſa oculos, huic talia fatur.
Ipſa ego ſum dido: noſtro qua caſtior orbe
Nulla fuit gabriel: nec erit[e] quæ excedat amore
Virtutis: celebrem fama & quæ poſſit eliſam
Vlla ſequi, ripas nam me conſtrinxit ad iſtas
Fama pudicitiæ. COELO eſt ſeruire triumphus.
Effugi ſæuaſq; manus, dirumq́; tirannum
Ipſa mihi[f] nimium flamma crudelis hiarbam.

Et

a ¶ Expers parue macule etiam minime.

b ¶ Mortale decus. decus mortalium.
Moribus & uitiis moribus uitioſis endi.
Heſit dubitauit.

c ¶ Condigne nominatiuus pluralis.
Ripis in ripis fluuii labẽtis curſo placido per prata uirentia.
Eſt fuit.
Præconem. i. nuntium.
Recipit promittit puelle iuſtæ
Sine crimine ſine uoluptate.
Hanc eſſe ueram matrem iouis.

d ¶ Adorat ueneratur qa ſolus deus adoratur.

e ¶ Nec erit ulla quæ excedat amore uirtutis eliſam: nec ulla erit quæ poſſit ſequi fama eliſam celebrem.

f ¶ Mihi crudelis.




Et uolui ſeruare[a] fidem, poſt fata, ſicheo,
Mantua diuerſum docuit: naſonis & audax
Muſa nimis deme: cæco percuſſa furore
Dicor in æneam, fato uoluiſſe petentem
OEnotrias partes uri: & diſcedere cœlo,
Hos uiſura lacus, ubi nulla redemptio captis
Ad ſuperos remeare lares: niſi dextra tonantis
Soluat[b] ab exitio meritos: nugæ, omnia nugæ,
Troianos nunq̃ uidi, uix nomina teucræ
Ad noſtras uenere aures incognita gentis,
Multotiens cum falce ſenex per ſæcula triſtes
Diſpoſuit curſus, natos quos protulit ipſe
Ore cibo ſumpſit totiens, nec nominis ulla
Fama fuit noſtræ troianis regibus urbis,

a ℂ Seruare obſeruare fidē ſicheo marito
Mantua maro mantuanus.
Audax muſa naſonis.
Dicor ego pcuſſa dolore uoluiſſe diſcedere a cœlo ab aere.
Vri comburi
b ℂ Soluat liberet.
Meritos: merentes.
Nuge.ſ. ſunt me occiſſam. ſ. amore æneæ.
Teucre gentis nomina incognita.
Senex.ſ. ſaturnus.i. tempus.
Cibo in cibum.

a ¶ Ante fuit troia:& hu mo æquata q̄.ſ.eſſet car thago & dido.

Ilios ante fuit,[a] flammis & troia reluxit,
Humenti atq; æquata ſolo,quam regia dido
Ipſa foret:uel q̄ materno exiret ab aluo,
Si quæras caſtam,quæ me caſtiſſima tentet

b ¶ Diue o diuine.

Diue[b] pudicitia:fidam ſi quæris Amantem,
Quæ mage fida uiro:flamma conſumpta rapaci
Mundo abij:ne fœda forem poſt[c] fata,ſichæo

c ¶ Poſt fata .ſ. mea .ſ. vt irem ad ſicheum pura.

Connubio alterius,clari ſi ſanguinis unam
Pro ioue uis matrem:multo præſtantior omni
Sum[d] mulier:regina fui,ditiſſima coniunx,

d ¶ Sum. fui.
Ex epapho.
Priores dixere,a ioue epaphus a quo belus priſcus a belo,agenor.ab eo phœnix.a phœnice belus.ii.q & methres a quo pigmalion & dido & anna.
Infœlicior infœlix.

A' ioue me dixere genus traxiſſe,priores,
Ex epapho:beloq; graui:uel agenore,phœnix,
Vnde genus tenuit:cui belus & alter,eidem
Nomen erat methres,à quo ſidonia dido
Orta fuit fœlix genere,infœlicior omni
Fortuna generis,VANA eſt fiducia:uirtus
Nobilibus ni geſtet opem,quæ ſola ſuperſtes.
Sumq; parata mori,ſi poſſim ſanguine gentem
Humanam purgare meo,ſi corporis uſum
Rurſus ego impetrem:cœli ſim ſerua tiranno,
Qui me habeat matrem:nec tantum mater olimpi.
Nec mihi forma[e] meos præſtanti corpore mores

e ¶ Nec forma mihi.i. mea dedecet meos mores
AEqua conueniens.
Tollendo educando.
Fiam deeſt ſi.

Dedecet,ergo iouis,ſi ſim ſibi moribus æqua,
Mater ero:& fiam tollendo conſona nato.
Cui gabriel:tua cuncta placent:ſed magna tonantis
Eſſe nequis corrupta ſemel ſub coniuge,mater
Et ſuperum regina deum,dein conſcia mortis
Ipſa tuæ:ingenuam fœdaſti ſanguine uitam.
PERDERE ſe cuicunq; nefas:nam ſeparat atrox
A' molli pietate manus.tibi flamma cruore
Supplicijs accenſa pijs fœdata repugnat:
Et ne reginam gemina hac ratione pudicam

Turbaret

Turbaret, doctos coram uocat ipſe poetas,
Naſo uenit primus, primas capit ipſe ſagittas
Criminis[a] & miſero gabriel tormenta minatur.
Hic quia de tyria, fingens mendatia elyſa
Scripſerat: æneæ fuerit ſubiecta potenti,
Et flammis combuſta ſuis ſeceſſit ab aura
Ætheris: at naſo doctum legiſſe maronem
Reſpondet, quartoq;[b] uirum uidiſſe triumpho.
Æneam cæco captum didonis amore,
Seq; uiro didiciſſe ſua quod ſcripſerat arte,
Affuit ecce maro doctis comitatus amicis,
Hic meus eſt naſo,[c] docuit qui efficta magiſter
(Quam timuit ualidam numeroſus ouidius iram
Numinis) huic gabriel quæ ſunt mendacia: nugæ?
Qui ſimul errores teucri? quæ flamma pudicæ?
Diſtantes iungunt diſtantia tempora quos nam?
An ſimul æneas, caſta & ſidonia dido?
Vos ego mendaces: pro pœna criminis, omnes,
Arbiter[d] hoc ſtatuit, tum cœli nuntius alti,
Proferrent tantum ſacri mendacia uates,[e]
Miroq; de rebus canerent: modo credere dignum
Eſſet in humanis: ſamiam ſolatus eliſam
Is dixit: miſerum coniunx ſolare ſicheum,
Pennigero hæc oculis abijt ſublata uolatu,
Indignata ſibi: q; ſit ſua cauſa[f] doloris,
His hauſis, hyppo matrum caſtiſſima abhorrens.
Sermonem oppreſſit: quæ digna reſoluerat ora
Ter: pudor & tenuit ter uocis inutilis ortum,
Perdidit hæc eadem tremulo ſe prouida ponto,
Hac lege infecta quæ ſanctas ſic pœna puellas
Inuadit, q; quæq; dolo deuirginat acri
Virtutem eximiam: fugitq; obtecta pudore,

a ¶ Criminis accuſationis.
Fingens componens.

b ¶ quarto in .4. æneidos æneam captum amore didonis quod tamen fingit contrarium quia dido fuit capta.
Viro a viro a marone.
c ¶ Naſo .ſ. dixit hic eſt magiſter meus qui docuit me efficta.
Quam quantum timuit parentheſis eſt.
Teucri .i. æneæ.
Pudicæ .ſ. eliſe.

d ¶ Arbiter .ſ. angelus
e ¶ Quare poetæ mendaces.
Is gabriel.

f ¶ Sua cauſa .i. cauſa ſui doloris.
Abhorrens timens, matrum feminarum, hauſis auditis
Pudor inutilis.
Hac lege hac ratione.

*Ergo abijt[a] gabriel, magni cui ſarra parentis*
*Obuia fit coniunx, multis comitata pudicis,*
*Caſta iudith, precibusq́; pijs rebbeca petebat*
*Maternum officium, cuius prudentia mundo*
*Lux fuit, & ſecli ſanctum iubar omne futuri,*
*Confuſæ tandem talami uenere pudici*
*Vna omnes, unaq́; petunt, que gloria multa eſt,*
*Officium[b] generis, diuini numinis aluum,*
*Non deerat bona ſabba choro materna petenti*
*Munera, romanæ pariter lucretia famæ.*
*Multa petens aderat cribro que fœmina raro*
*Hauſerat ad templum caſtæ caſtiſſima ueſtæ,*
*Et que ex aduerſo protraxit flumine nauim*
*Oſtantem fragili, ſola, & ſine remige, zona,*
*Nulla iouis digna eſt materno inuenta triumpho,*
*Quæq; erat in noxa, mox regna ſilentia liquit*
*Nuntius, & rapido repetit uexata uolatu*
*Regna[c] malis mundi, tum circumuoluitur orbis,*
*Sol ubi luciferos oriens manifeſtat ocellos,*
*Atq; ubi deponit radios, ubi cinthius ardet*
*In medio afrorum, rigidas ſeptentrio partes,*
*Atq; ubi frigus iners glacie dura æquora ſiſtit,*
*Repperit hic uacuas ſolis uirtutibus oras*
*Nulla fides orbi, nulla clementia, nullus*
*Stabat amor, ſcelus omne recens, noua crimina priſco*
*Addebat, ſuperabat opus nouitate prioris*
*Delicti, & uirtute ſequens deforme maligna,*
*Fama, & odor ſancte diuum uenere puellæ*
*Præconi, quæ lauta domus uirtutis, & ingens*
*Clarorum hoſpitium, menſa & ſanctiſſima morum,*
*Stirps[d] dauid præclara nimis, tum ſanguinis alma*
*Gloria iudei, magni dilectio mundi*

a ℭ Abiit angelus a loco vbi erant mulieres gentilium.
Magni parentis .i. abrahæ cui dictũ eſt in ſemine tuo.
b ℭ Offitium generis .ſ. vt conciperent deum.
Bona docta.
Quæ cribro.
Que ſola zona.
c ℭ Regna mundi a malis uexata.
Luciferos .ſ. oriens
Deponit occidens in medio afrorum. meridies.
Frigus iners ſeptentrio.
Hic in his partibus. vel hic in mundo.
Scelus recens addebat noua crimina veteri peccato
Sequens ſcelus deforme ſuperabat opus prioris delicti maligna vitute.

AVTHOR

d ℭ Dauid hoc nomen inueni cum prima longa apud prudentium & iuuẽcum & cum prima breui apud mancinellum prudẽtius vt genuit dauid alias & cum vltima longa vt in primo codice ego poſueram cum prima breui & vltima longa ſic ſtirps præclara dauid hebrei ſanguinis alma: & feci dauid nomen indeclinabile per diuum hieronimum dicentem cui nomen erat Ioſeph de domo dauid iuuen. Edidit hic Mariam dauidis origine ioſeph mancinellus quem magis laudo ait Grammaticus docuit dauid eẽ immobile ſemper: ego tamen mutaui ſententiam ſecutus prudentium & quintianum: tamen ordo

Ex

*Ex ieſſe hæc radice uigens:& uirgula miri*
*Turis:& ingenuæ perfundens arcula mirrhæ,*
*Latiuagum populis paſſim fundentis odorem,*
*Hanc mariam dixere ſui:cui grandis ioachim*
*Ex anna extiterat genitor:ſummusq́; ſacerdos.*
*Iudæam ingreditur gabriel:humilemq́; pudicæ*
*Viſitat ipſe caſam:totamq́; hærere tonanti*
*Reperit ingenuam:diuosq́; expromere cantus,*
*Rite paleſtinæ gabriel fit nuntius almæ,*
*Angelicis cognata choris quæ grata beatis.*
*Virginitas decuit,gabriel qua nuntius eſſet.*
*Atq; peræalis ferret connubia nimphæ,*
*Lucifer ad primum fertur ſerpente parentem,*
*At deus ad matrem medio perducitur almam,*
*Angelico,angelicis & gratia profuit huius*
*Hæc eadem diuina choris,feliciter actus,*
*Extimuit fulgore uiri:mirantis & inſtar*
*Vix potuit ſua uerba loqui:tum nuntius ore*
*Mellifluo diuum diuina ſilentia rupit.*
*Vas figuli ſine ſorde nitens:mirabile fictum,*
*Ægrotis aurora micans:domus apta locando:*
*Liberat ægipti ne detq; tributa tiranno*
*Quæ genus humanum:nitidi lux ſplendida uitri.*
*Angelicos non lenta ſinus q̃ȝ præpes abrahæ*
*Paſcere fida comes:uirgo cui pareat ingens*
*Rhinoceron:regemq́;[e] domans uirtutibus heſter,*
*Fœmina quæ dragmam quærit:lux fulgida mundi*
*Luna ſuo perfecta globo:ſol lucidus expers*
*Occaſus:ac orbis amor:pia regula morum,*
*Stella maris:templumq́; dei:portusq́; ſalutis,*
*Abſolon inſequitur ioathan:[f] quem contegis alto*
*Extendens uelum puteo:fidiſſima pullos*

nulla ſit ratio aut breuita tis aut productionis magis mihi placeret breu.ori dauid in prima ſyllaba.& in vltima,ſi tamen ibi vid produxi fuit propter ceſuram q dauic faciat dauidis media aut longa: aut breui non placet neq; dauidus dauidi ſomnia quippe videtur mihi.

Beatis.ſ.ſpiritibus. qua, propter quam.

Peræalis æbreæ : peræa enim eſt iudea vlterior.ſiue iudææ pars trans iordanem quamuis uirgo eſſet citerioris partis.

Viri.angeli formam viri habentis.

Extimuit admirata eſt.

Laudes virginis.

e ℭ Regem domans heſter.i5.

Habens dragmam.Lu.i5.

Occaſus patrius eſt.

f ℭ Iohatan detracta.n.ratione metri.

A' pauone tegens Mater, ramumq; columba
Alma gerens clauſis pacem ſignantis [a] oliuæ,
Fœderis arca tenens tria ſumma potiſſima regi,
Hortus concluſus, ſpeculum ſine labe, cadentum
Vita quidem in tenebris: cædit cui fœmina ſerpens
Salue magna deum proles, magniq; tonantis
Sponſa, iouis tu mater eris, neq; decipit error,
Terra quidem læta eſt, iubilat mare, ſidera gaudent,
Angelico præclara choro noua gaudia ſurgunt,
Horrēdum pauet omne chaos, ſtupet orcus, & horret,
In limbo lætiq; patres, ꝙ uirgo futura es
Abſq; uiro magni mater iouis unica, ſerui
Qui formam accipiet rutilis delapſus ab aſtris,
Summa tamen retinens idem, qui ſæcula purget,
Humanum atq; genus, non ergo [b] exhorreat alti
Numinis altiſono tua mens quæ prouida uoto,
Tunc, mulier diuina, uirum neſcimus, & unq̃
Mens erit ad lapſum mundanæ lubrica carnis,
Quo pacto fiam genitrix? cui nuntius, alma
Diuino tu nimpha deum caſtiſſima nutu
Concipies, hominis tandem tu neſcia fies,
At uirgo ſummiſſa genu, ſermone pudico,
Ecce ait ô gabriel ꝗ̃ iuſſu ancilla tonantis,
Ad uota hæc parere potens, & prona iubenti
Sit nobis ut ſermo iubet, parere neceſſe eſt,
Angellus & ſuperas cœli remeauit ad auras
Lætus, & angelico gaudet, ſine fine, triumpho.

a Si :nantis ſignificantis tria ſumma.i.tabulas. virgam manna quæ cũcta rectoribus conueniunt.
Fœmina cui.
Læti.ſ.ſunt.

b Non ergo tua mens timeat quæ prouida eſt voto altiſono alti numinis.i.dei.
Mulier diuina Virgo Maria dixit.
Ad lapſum mundanæ carnis nuntius.ſ.dixit.
Fies neſcia hominis alma nimpha uocantis eſt caſtiſſima rectus eſt.
Genu.quartus eſt.
V eiuſſu tonantis.

Ioannis mariæ uelmatij bagnacaballi Chriſteidos liber Septimus explicit,

Argumentum



## ARGVMENTVM VIII.

*Naſcitur is, qui ſemper erat, ſaluator & orbis*
*Panditur angelica uoce, & ſua uita libello*
*Scribitur octauo, uero* [a] *ſanctiſſima uerſu.*

a ℭ Vero verſu. nullo figmento addito.

# IOANNIS MARIÆ VELMA-

## *tij bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum Cardinalem tranenſem chriſteidos Liber Octauus Incipit,*

SANCTA *Paleſtinam mulſe-*
*runt gaudia nimpham,*
*Inuaſit dulcedo dea, dum pneuma-*
*tis alma*
*Gratia perfudit dulci præcordia*
*tactu,*
*Quæ mea* [a] *deducat longos effecta*
*per annos,*
*Hoc opus eſt operis liquido concluſio uerſu,*
*A' corde eſt dilapſa pio mox ſanguinis una*
*Gutta ſacri: & magnum ſenſit genuiſſe tonantem,*
*Nec mora: membra decent: totum & formatur in unũ*
*Quod fuit id maſſæ corpus generantis: & ordo*
*Membrorũ apparet, CITO fit quod iuppiter audet,*
*Stella gerit ſolem: uitem ſine pondere palmes,*
*Riuus aquæ fontem: fuit hic* [b] *& prole ſequenti*
*Poſterior: qui matre prior, mirabilis aures*
*Lectio pertundit, contento anguſtior aluus,*
*Compleuit pia uirgo nouem puriſſima menſes,*
*Et nouies totidem phœbe reparauerat orbem,*
*Cum gereret magnum, uentris ſine pondere pondus,*
*Et partus foret hora, deum quo funderet orbi,*
*Bethleem* [c] *iuſſa petit, domus hæc ſua uirginis olim,*
*Iure fuit dauid, cuius ſanctiſſima regis*
*Sanguine creta fuit, foret hæc deſcripta libello*
*Cæſaris ex iuſſu, totum qui iuſſerat orbem*
*Deſcribi: ſed tunc modice confluxerat urbi*

a ¶ Quæ mea inuocatio eſt quæ gratia mea effi-cta: meam compoſitionẽ extendat per longos an-nos.
Hoc opus, hoc eſt opus operis. ſ. concluſio. liqui-do, claro, non ficto uel. Hoc opus eſt concluſio operis.
Totum. id totum quod fuit maſſe generantis for-matur in unum corpus.
Audet uult.
b ¶ Hic. ſ. Chriſtus fuit poſterior in humanis uirgi-ne prole ſua que ab ipſo deſcenderat ideo dicit q & prior matre. i. uirgine.
Anguſtior. ſ. eſt eccl. quẽ cœli capere non poterant tuo gremio contuliſti.

c ¶ Bethleem lu. 2. cap.
Foret. ſ. ut
Cæſaris. ſ. octauii.
Vrbi bethleem.

*Plebs*

*Plebs[a] multa:& totam peregrina repleuerat urbem.*
*Virgo fuit,ſic ſponſus inops,ſuffuſa pudore*

a ℂ Plebs peregrina. Fuit inops.

*Non reperit pro nocte larem,non hoſpitis ullum*
*Obſequium:diuo tantum contecta ſereno,*
*Infantem peperit:mox lucidus æthra refulſit,*
*Splendida tunc rutilos lætarunt ſidera uultus,*
*Sed timuit deforme chaos:dein pura[b] tonantem*
*Detulit infirma ueſtitum carne triumpho*

b ℂ Pura.ſ.uirgo.

*Ad præſepe boum:forte hic bos unus:& unus*
*Arcas aſellus erat:magni fidiſſima partus*
*Cura[c] paleſtinæ,comites hi uirginis almæ,*

c ℂ Cura appo. comites .ſ.fuerunt.
Quare bos fuit in partu Virginis.
Quare aſinus
Suſtulit paſſus eſt.

*Bos frugale animal:frugalis uita:ferax'q;*
*Frugalis doctrina dei,qui carne triumphat,*
*Paſſio frugalis chriſti:portantur aſello*
*Pondera:ſic chriſtus geſſit cum pondere pondus*
*Humanæ uitæ:noſtros & ferre labores*
*Suſtulit:horriſono genus hoc protraxit ab orco,*
*Nulla[d] manus ſeruilis erat:non ſedula nutrix*
*Infantem:ſed ſola ſuum pia mater amictu*

d ℂ Nulla manus.hiero. aduerſus heluidium.nulla mulercularum ſedulitas interceſſit & mater obſtetrix fuit.pannis inuoluit infantem in preſepio.

*Fouit:& intactæ ſponſus ſolamina nimphæ*
*Præſtitit heu fœno prægrandis iuppiter alti*
*Ætheris:& magni pro me faber optimus orbis*
*Nocte cubat[e],rex magnus item uileſcit in herba,*
*Vt releuet lapſum terræ:me ſidere ditet,*

e ℂ Cubat in feno.
Vileſcit apparet uilis
Ponant deponant.
Mirabilia noctis.

*Corda ſuperba pati diſcant:patiantur auari*
*Eſuriem:cuncta & ponant commiſſa potentes,*
*Apparuit pacem cantans paſtoribus agmen*
*Spirituum:doxam'q; deo:mortalibus æque*
*Mentis:& ingenuam pacem cupientibus orbi,*
*Hac in nocte ſacra fluxerunt balſama:eadem*
*Humana,hæc bos uerba tulit (mirabile dictu)*
*Proficient ſegetes homines ænigmate duro,[f]*

f ℂ Duro difficili.

Deficient,ſimulachra ruunt:iris ordine ſoles
Sunt uiſi,& ſolem perfecti luminis unum
Coniuncti[a] fecere ſimul,quod creuerat orbe,
Corruit & templum pacis,quæ machina facta eſt,
Eſſet[b] in æternum,poſtq̃ prædixit apollo
Virginis ad partum,prius & non corruet ædes,
Humenti hæc æquata ſolo,dixere potentes
Ergo erit æternum hoc,nulla compagine templum
Diſcincta,longosq; ſacrum durabit in annos,
Virgo parit,templumq; ruit:calce atq; tenaci
Quæ campacta prius:ſoluere ligamina muris,
Eluxit noua ſtella polo:dedit æthera lumen
Regibus in terris:regum quæ præuia regem
Panderet eſſe hominem diuina ab origine natum,
Lætantur reges:ueniunt ubi maximus orbis
Rex latet:& ſignum ſtellæ fulgentis opacat
Lumina:& oſtendit lumen pro temporis uſu,[c]
Auriferi præcioſa tagi:redolentia turis
Dona[d] ferunt:magrio & mirrhæ,tria munera,nato,
Qui fuit,atq; foret mundi rex maximus,idem
Inq; ſui patris templo cum ture ſacerdos,
Quemq; decet ſaxo frigenti,& mirrha ſepulchro,
Altera ſignificent,aurum ſapientia fertur,
Theſaurus ſapientis erit mortalibus aurum,
Virtute & præcio redolens oratio tus ſit,
Mirrha necat carnem,mirum quæ fundit odorem,
Credendum eſt hunc eſſe deum,qui natus in orbe eſt
Atq; ſacerdotem,uitæ mortalis eundem,
Sic tria deferimus,pretium,tus,munera,mirrham,
Quæ ſimul hi reges fecerunt dona iacenti
In gremio matris,nec abeſt ſapientia danti,
Exorat diuasq; præces,carnemq; flagellat,

Nulla

a ℂ Coniuncti ſimul. ꝙ .ſ.lumen.
b ℂ Eſſet deeſt vt.
Virginis ad partum corruet edes equata humenti ſolo.
Potentes.ſ.romani ergo erit tẽplum pacis hoc æternum nulla compagine diſſuta & durabit in longos annos.
Ethera nominatiuus eſt.
c ℂ Pro vſu ꝓ vtilitate:& tẽporis condictione.
d ℂ Dona mirrhæ.
Qui fuit rex. obtulerunt aurum tus & mirrham: in auro vt oſtenderetur regis potentia:
in ture ſacerdotis veneratio,in mirrha vero dominica ſepultura.

ORDO

Eſt,referunt dona præcioſa tagi auriferi ferunt redolẽtia dona turis.& dona mirrhe nato.ſ.chriſto tria munera, qui fuit rex & eſſet rex maximus:& idem eſſet in tẽplo ſui patris ſacerdos:& quem in frigẽti ſaxo mirrha decet & in frigenti ſepulchro uel ſit endiadis in frigẽti ſaxo ſepulchrali.
Aurum ſapientia.
Theſaurus deſiderabilis in ore ſapientis.
Virtute & prætio endiadis eſt.
Redolens oratio per tus enim orationis ſuauitas intelligitur pſal: dirigatur domine oratio mea:ſicut incenſum in cõſpectu tuo mirrha necat,per mirrhã mortificatio carnis ſignificatur eccl. pro certantibus ait:manus tuæ diſtillauerunt mirrhã.magis tamen placet prior horum munerũ ſignificatio.ſ. ue

Nulla fraude iouem quærunt, qui hæc munera portāt,
Inueniunt quod corde petunt, ſine fraudibus, ergo
Hunc puerum herodes quærens non repperit: atra
Mente deum petyt: ceu[a] qui ſub pelle latentes
Submiſſæ pecudis, paſcunt in corde rapaces
Multa & fraude lupos, quærunt reperire tonantem
Vi præcis, haud poſſunt ſancti mortalibus extra.
Aurora octauas cœlo dimouerat umbras,
Sol nouus oceanis totidem ſurrexit ab undis,
Infantem temploq; ferunt: puraq; parentes.
Mente ſacerdoti tribuunt: & numen adorant,
Qui latet æde patris: tum circunciditur infans,
Creuit in orbe puer: ſecum ſapientia creuit.
In denos: binosq; deus proceſſit in annos,
In puero prudens, cuius ſapientia, mirum
Magna, erat in populis, fama iam creuerat orbi,
Diſſerit in ſancto, multis mirantibus: idem
Nodoſa: & cæcos docet, ac ænigmata ſoluit,
Ipſe rogat: proponit item: multosq; flagellat
Ignaros legis, pueri ſapientia præcox,
Vexabat pro errore[b] pudor, quia nulla putatur
Doctrina hæc humana ioui, tantum illa refulget
Vt puer, in templo, ne lex tranſiſſet ab illo
Obſeruata minus, nec legem frangeret ullam,
Circunciſus erat: tamen hic iordanis in unda
Perfundi uoluit: ſacras ut redderet undas,
Sacrarat terram pedibus: ſacrauerat altum
Aera deſcendens cœlo: dum ſpiritus albam
Suſcepit, laudansq; ſatum pia uerba, columbam,
Protulit,[c] hic ſanctis triginta impleuerit annos,
Moribus: & duræ pandens miracula genti,
Iunxerat ipſe ſibi comites: uigilesq; magiſtros.

in auro oſtendatur regis potentia, in ture magnus ſacerdos cognoſcatur: in mirrha uero ſummi regis ſacerdotis & hominis ſepultura expectetur.
Eundem. ſ. eſſe mortalē.
Exorat ſapientia q̄ eſt in auro exorat præces. i. impetrat qđ ſignificat orationē quæ eſt in ture carnem flagellat intelligitur per mirrham corde uero non ficto.
a ℂ Ceu ſicut hipocritæ qui ſancti hominibus extra, latentes ſub ouina pelle nutriunt in corde lupos quæruntq; flectere iouem præcibus: ſed nequeunt dicente dauid iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus.
Sancti, iſti enim uolunt uideri uulgo boni.
Numen patris.
AEde in æde.
Sapientia creuit que in illo ſempre fuit uiſa eſt creſcere quia ſenſim manifeſtabatur.
Mirū, quoddā mirabile
Differit & docet.
In ſancto in templo.
Nodoſa dificilia.
Rogat interrogat flagellat quia uerecundabantur
b ℂ Pro errore propter ignorantiam.
Ioui coram ioue, tantum ſolum.
Vt quamuis.
Nullam legem. partem legis etiam minimam.
Sacrauerat ſanctificauerat.
c ℂ Protulit, & protulit pia verba laudans filium Math. 17. cap. hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.

*Imperij regniq; animæ, qui in paſcua iuſtas*
*Ductarent pecudes: & ab ijs in collibus hircos*
*Herbarum arcerent,[a] horum commertia nusq̄*
*Conueniunt.* PHOEBO *cum diſſonet umbra nitēti,*
*Hos docuit, quæ facta prius, monumenta ſalutis*
*Et fuerant tentata nimis ſudoris, ab ipſo*
*Sanguinis & prætio: docuit tentatio, ab orco*
*Accedens: hos nulla præmat, tentatus ab atro*
*Dæmone perdomuit uires tentantis inermes*
*Obſtanti,* NAM *multa poteſt pluto ipſe uolenti.*
*Ii magna uirtute uiri: noua lumina legis,*
*Diuitias liquere ſuas, charosq; parentes,*
*Perficerent ut iuſſa iouis: qui iuſſerat illos*
*Poſt ſua terga ſequi: docuit quoq; multa ſequentes[b]*
*Pro æterna mercede pati, præcepta ſalutis,*
*Non quenq̄ mactare uirum: non prodere fratres,*
*Periuros non falſa loqui: dilectio & hoſtis*
*Diſcipulis præoſtenſa fuit, quia iuppiter ortum*
*Luminis æquali[c] phœbeæ lampados igne*
*Diſtribuit mundo, pluit & ſuper omnia, nullum*
*Diſcrimen ſeruans: q; ſit bonus ille, ſed alter*
*Prauus: & in toto hoc nemo truculentior orbe,*
*O' pietas: ó dulcis amor: dare uulnera, & hoſti*
*Parcere, pro tenebris, radios præſtare nitentes,*
*Tum placidam populi uitare fugatius auram*
*Inſtruxit, ſed amore iouis prædixit agendum*
*Si quid uirtutis fieret, uana omnia mundi*
*Eſſe quidem docuit.* SOLA *at cœleſtia durant,*
*Regnare eſt ſeruire deo, bene uiuere morti*
*Offerri,[d] lucrumq; ſuas, uirtutis amore,*
*Pellere diuitias: magno & ſeruire tonanti,*
*Libertas. monuitq; oculos purgare[e] tenaci*

*Feſtucæ*

a ℭ Arcerent hircos ab his ouibus. i. malos a bonis.
Horum. ſ. bonorum: & malorum.
Hos. ſ. apoſtolos.
Nimis ualde quæ facta prius quia prius cepit facere q̄ docere.
Hos illos.
Accedens veniens uoluit Criſtus tētari & vincere docens hominem præparatum eſſe tentationi ita tamen peruigil vt non ſuccumbat.
Inermes vires obſtanti q; debilis eſt hoſtis contra nolentem.
b ℭ Sequentes. ſ. eum.
Multa præcepta.

c ℭ Aequali igne math. v. ſicut & pater veſter cæleſtis qui facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos.
Hoc. ſ. malo viro.
Hoſti parcere qui dedit vulnera.

d ℭ Offerri morti pro deo eſt bene uiuere: & lucrum eſt diuitias ſpernere
e ℭ Purgare oculos mat. 7. luc. 6. eiice prius trabē de oculo tuo. & tunc perſpicis vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

*Feſtuca:ut labem poſſit contemnere paruam*
*Luminis[a] alterius,neq; enim cœnoſa reatum*
*Vnda lauat,maculamq́; piat:quę turpis:& atra eſt*
*Dextra luto:nihil ergo aliis:qui loripes exit*
*Crure miſer gemino,uitii gradientis,amico*
*Inferat:at tacito ſilcat ſibi inutilis ore,*
*Quæ uultis faciant homines,pia dextera & illis*
*Hæc eadem faciat:naturæ inſtantis ad omnes*
*Præceptum hoc frugale fuit:quæ prima,ſecundæ*
*Hoc etiam tribuit ſed quæ,uelut atra,negantur*
*Nemo uelit comiti:quæ uos tradetis, ab aruo*
*Illa feretis item.* FRVCTVS *ſua ſemina norit.*
*Quam multa eſt doctrina dei:uirtutis abundans,*
*Quam multa & pietas:pruritu horrentia purgat*
*Membra hominis:pſoramq; ſuo clementia uerbo*
*Emaculat,ſic magna fides fuit ipſa petentis*
*Sanauit ſeruumq́; ducis:pietatis amore*
*Et fidei poſcentis opem:ſteropesq́; fugauit*
*In porcos:magnumq; freti ſenſere profundum*
*Bruta ſues immunda uiri:qui fœnoris expers*
*Non erat in tribubus.* MAGNA *eſt fiducia rerum*
*Quę cruciat miſeros:& multa flagellat auaros,*
*Creſcentes comitatur opes amor anxius auri.*
*Sanauit qui membra tremens,ſua corpora tantum*
*Fouerat in lecto:mentem & luſtrauit auaram*
*Lumine candoris uitæ,mirantis in auro*
*Munera multa uiri,mundo qui uenerat,atros*
*Purgare,ad cauſam errantes deducere ab altis*
*Collibus,* ÆGROTIS *opus eſt medicina:negatur*
*Corpore qui uegeto refouet ſua membra quiete.*
*Sanguinis & fluxum ſedat:chriſtusq́; puellam*
*Auocat a mortis,uere quæ uixerat,umbra,*

a ℭ Luminis oculi: uel corporis luminoſi.
Piat expiat purgat dextra & nequæ dextra quæ turpis luto purgat maculam.
Nihil uitii.gradientis.
Quæ vultis faciant .ſ. vobis math. 7. oĩa quæcunq; vultis faciant homines vobis,& vos facite illis.
Inſtantis ſolicitantis quæ .i. Chriſtus qui vt deus eſt prima natura ſecunde naturę hoc præceptum tribuit.
Fructus math. 7. lu. 8. ca.
A fructibus eorũ cognoſcetis eos.
Virtutis operis
Pruritu horrentia membra math. 8. lu. v. cap.
Clementia .i. Chriſtus.
Pſoram ſcabiem.
Vade oſtende te ſacerdoti mat. 8.
Petentis .ſ. centurionis mat. 8.
In porcos math. 8.
Bruta immunda appõ eſt.
Multa multum.
Tremens membra ſinecd.
Auaram mentem .i. matheum vocauit ad ſe illuminauit auaram mentem lumine ſplendoris vitæ viri mirantis multa munera in auro.
AEgrotis opus math. 9.
Fluxum ſedat math. 9.
Quæ vixerat quæ vera erat mortua.
Math. 9. Mar. v.

a ¶ Audit ſurdus marci. cap. 7.
Mu us luca.xi.math.xii.
Cœcus erat Ioan.9.
Liberat a ponto. mar.6. math.14.
Fratresq; ſuos math.14.

b ¶ Depaſta plen.
Ether aer.
c ¶ Noxius iambus in tertia ſede tam & ſi multi negent.
d ¶ Expertem pericli.

*Audit[a] item ſurdus:mutusq; decentia fatur*
*Soluitur & uirtute iouis:qui obſeſſus ab orco,*
*Cœcus erat,lumenq; dei pietate,recepit,*
*Liberat à ponto comites:ſæua æquora nauim*
*Vexarunt:tunc ſolus erat tellure relictus*
*Saluator:fratresq; ſuos ſuſceperat æquor*
*In trabe,quæ refluo fuerat uexata tumultu*
*Æquoris:& gelidum cuncti pauere timorem*
*Vecta rotis nox atra ruit,depaſta[b] tenebris,*
*Incumbunt uenti,reſonat clamoribus æther,*
*Intremuit malus:uelum diuerberat,auſtri,*
*Viſq; noti,aduerſo fundens ſua robora curſu*
*Obruit unda ratem:remi franguntur:& atro*
*Turbine cimba nutat:ſubmergitur anchora fluctu,*
*Ima petit deiecta mari,clamoribus æquor*
*Impletur,gelidæ tantum fit mentio mortis,*
*Vota ferunt:clamant pariter ſuccurre,perimus*
*Iuppiter:& noſtri tandem miſerere,perimus*
*Chriſtus at horriſonis labens apparet in undis,*
*Et pede tranſitur furioſa per æquora ſicco,*
*Demulcetq; uiros placido,quibus æquoris,ore*
*Noxius[c] æſtus erat:& ſæua pericula mortis,*
*Voce loquens ego ſum:regi confidite ueſtro,*
*Et mœſtos reuocate animos:uanumq; timorem*
*Pellite:nec modica trepidans mergatur ab unda*
*Veſtra ratis:fidei iactetur at anchora fluctu,*
*Carpat humum,roſtro fundetur & ipſa tridenti,*
*Tunc mage clamarunt:tetram uiolentius umbram*
*Nocte timent rapidi uolitare per inuia ponti,*
*Clauiger at tremulo fretus ſe ſe obijcit alto*
*Proclamans ó chriſte ueni,ſuccurre magiſter.*
*Ad te me iubeas expertem[d] innare pericli,*

*Proclamatq;*

Proclamatq; iterum:rapimur,ſuccurre,perimus
Fluctibus horriſonis:dextram porrexit:& curis
Fluctiſonas iuſſit ſtatim deponere uires,
Atq; iras ſedare truces,parere iubenti,
Numina,ſi quæ[a] ſunt,ſubitis placantur in undis,
Neptunnus,quem uana deum tulit eſſe uetuſtas,
Cimotoe & triton:deus & portunus honorant
Iuſſa patris ſumi,tenebræ pelluntur:in atro
Luna uaga apparet,radiat quoq; cinthia terras,
Apparent liquidæ famoſi gurgitis undæ
Alta ubicunq; uides,ſunt æquora cuncta pericli,
Maioris,ſi obſcura tegit caligo,timoris,
Imminuit quem clara dies:ſeu lucida noctis
Lumina,ne cæco fundantur corpora fluctu,
Ergo per immenſas placati gurgitis undas
Ergo,iouis magni comites quos[b] gratia fudit
Cognouere omnes:ueramq; uocare ſalutem,
Et portum repetens placidum perlabitur æquor
Diuorum puppis:proraq; obuertitur æquo
Curua ſalo,cœpere ſuos tunc gaudia:[c] portus
Mœſtitiæ q; magna lares frigentis,in alueo,
Deſcendunt montana procul:mirantur & urbes
Conuales trepidant:noſcunt miracula cuncti,
Leproſi:mutiq; ruunt:claudiq; feruntur,
Ducuntur cæci manibus:ſintecticus ipſe
Fandi habet admiſſas,linguæ q; mollis habenas,
Qui cadit é uitio cerebri dementis,& omnes
Curantur:ſoluuntur item qui dente tenaci
Spiritibus rapti falſis tormenta luebant
Omne genus[d] morbi rapido poſſeſſa uolatu
Membra relinquebat,longo & confecta dolore
Corpora iuſſa dei fugiens ſeruabat ab ipſo

a ℂ Si quæ ſint loquit catholice nõ poetice hic.

b ℂ Quos gratia magni iouis fudit.

c ℂ Gaudia cepere ſenſus & ordo q; magna gaudia in alueo portus cepere ſuos.ſ.comites vel diſcipulos.appoſitiue lares.habitacula,frigentis mœſtitie.

d ℂ Omne genus relinquebat membra poſſeſſa rapido uolatu:& confecta longo dolore ſeruabat.ſ.omne genus morbi præcepta dei fugiens ab ipſo deo præcipiente fugam.

*Præcipiente fuga.* NIHIL *eſt iouis ergo potenti*
*Difficili imperio, conſenſu hic omnia ſolo*
*Perficit, humanam quamuis cœleſtia carnem*
*Induerint, formamq; deus pie ſumpſerit iſtam*
*Iuppiter in terris, diuina potentia natum*
*Deſeruit nunq̃ ſemper, quæ, & regnat ubiq;,*
*Quod iouis eſt, hominis chriſtus præcordia*[a] *claro*

a ℭ Præcordia & ſecreta hominis, quod dei eſt, cognoſcebat chriſtus luc.x..
Facienda futura ſciebat.
Proſpectu ad proſpiciendum ipſi chriſto non erãt futura occulta.
Natura nequit natura nõ poterat facere quæ Chriſtus faciebat.
Vite in mortuis ſurgentibus.
Putrenti corpore putrentis corporis Ioan.xi.

*Intuitu callebat item: nuda omnia tandem*
*Fiebant, quæ corde latent: facienda nec ipſi*
*Nubila proſpectu fuerant: pater ipſe futuri*
*Chriſtus erat: natura nequit quæ implere: potenti*
*Fecerat iſte manu, claudus ſurrexit, in umbra*
*Proſpicit & cæcus, fiunt miracula uitæ,*
*Quandoquidem mors atra fugit: deduxit ab orco*
*In tenebris clauſam, putrenti corpore, uitam,*
*Hoc natura nequit: cædit natura potenti,*
MAIORI *cæditq; minor: deus imperat auſtro*
*In carne exiſtens, horrentia & æquora uentis*
*Mulcentur: quod maius, item peccata relaxat,*
*Hoc iouis æterni eſt, fuit hic homo, iuppiter idem,*
*Mortalis poſcebat opem patris aſtra regentis,*
*Diuinus præbebat opem mortalibus ægris.*
*Fama uiri tanti creuit diffuſa per orbem,*
*Tum gentes miranda canunt, ſermone potentem*
*Eſſe illum: factoq; magis cuncta ora loquuntur.*
*In tenebris lux clara nitet, concurritur ergo*
*Ad fontem, ſi quis ſitiat: chriſtumq; ſequuntur*
*Oppida: & in chriſto ſanctum pars numen adorant,*
*Demonium pars dicit habet: ſic prælia ſurgunt*
*Sermonis: referuntq; auido diuerſa fauore,*[b]

b ℭ Fato e uoluntate.
Diuerſa a prauis.

*A' prauis iuſti, laudant pia facta, pudicos*
*Corporis & geſtus, ſanctiſſima uerba, modeſtam*
*Viuendi*

Viuendi normam, pietas[a] ubi plena, pudorq́;
Gratia ſermonum, doctrina, ampliſſima uirtus,
Omnis ubi grauitas: multa & patientia: mundo
Rara tamen: nunq̃ q́; fuit: ſapientia uiuax.
ET quia uera nocent contra commiſſa fatenti,
Et pariunt quæ uera odium liuore tenaci,
Cœperunt proceres[b] ſanctæ regionis, & ædem
Seruantes: odiſſe bonum, noua prœlia iuſto
Inÿcere: & uerbo chriſtum mordere canino,
Cœperunt tentare deum, qui in carne latebat,
Sermone ut caperent: laqueos iactare[c]: rudentes
Tendere: foderunt caueas: & retia ponunt,
In foueas cecidere ſuas in uincla coacti
Criminibus, QVAM turpe nefas latrare pudico eſt
Fœminæ[d] adulterium uulgant: celeresq́; ſagittas
Exacuunt: ſeruantq́; truces in corde dolones,
Tela retorquentur: ueluti uibramine uenti
Acta: illos feriunt, duros qui fortiter arcus
Curuarant: ſenſim fugiunt, qui crimina taxant
Crimine deprenſi. TVRpe eſt cum culpa remordet
Tergentem commiſſa acri minoida[e] aceto,
Hic ſpuit in cœlum, fœdus qui in crimina fertur
Inflatos mundi uento ſaluator apellas
Repperit: & magni ſcribas ſe dicere templi
Maiores: populo iuſſa[f] & grauiora iubentes
Credenti: qui magna darent doctoribus ædis,
Quam ſalomon ſtruxit: multos & condidit annos,
Accubitus primos: lautæq́; ſedilia cœnæ
Prima uiri quærunt ſanctæ uirtutis, honorem
Vt compti extenſo pedibus lucrentur amictu,
Auſonia indutiq́; toga, de more, quirites.
Submiſſa ſeruosq́; uocant in uoce, clientes,

a ¶ Plena pietas. ſ. adiuncta effectui.

b ¶ Proceres virtutũ irriſio eſt.

c ¶ Iactare. ſ. ceperunt.

d ¶ Fœmine adulterium Io. 8.
Exacuunt. ſ. in adulteram iudei.

e ¶ Minoida hoc eſt iudicem cum culpa remordet minoida qui ſedus.

f ¶ Iuſſa grauiora math. 23.
Credenti doctoribus.
Cœnæ. menſæ.
Viri ſanctæ virtutis lucrentur honorem.
Extenſo protenſo.
Pedibus ad pedes.
Quirites irriſio. eſt. i. iudei maiores.
In voce in præcepto ſubmiſſæ vocis præ verecundia.

*Increpitant rauco tardos: & murmure tanto*
*Seruitio famulos: atq; impia flagra minantur,*
*Pinguia, ni diſco referantur*[a] *edulia primis,*
a ℭ Referantur .i. ſemel: & bis.
*Atq; ſalutari cupiunt, nomenq; magiſtri,*
*Exoptant: proceres dici: patriæq; parentes,*
*Obſeruatores ſanctæ, & præcordia legis,*
*Dauid*[b] *ſtirpe ſati: proles latoris, aaron,*
b ℭ Dauid ſtirpe: & cur non ſtirpe dauid nati.
*Diuinæ legis, ſanctiq; uera propago,*
*Soluere ſeq; negant nodos, & uincula moſis*
*Legati ueteris, qui ſancta uolumina uiui*
*Scripta dei digito didicit, docuitq; nepotes,*
*Hos quoq; primores argenti dira cupido*
*Inuaſit: crudelis amor uexauit habendi,*
*Dira fames auri, ſanctis animalia templis*
*Vendebant, ſancta romana palatia in urbe*
*Vt fierent depicta modo pulcherrima miro,*
*Illaq; marmoreis eſſent compacta figuris,*
*Munera quæ caſtas flectunt promiſſa puellas.*
*Nimirum exoptant ſimiles,*[c] *miracula genti*
c ℭ Similes .ſ. ſacerdotes templi.
*Adfingunt: populus miratur pendulus ore,*
*Ante domum templi, ſummiſſa uoce: ſoloq;*
*Ora humili depreſſa gerunt, diuina loquuntur,*
*Quam falſa ad fraudes ueteri hæc uulpecula*[d] *ritu*
d ℭ Vulpecula appō.
*Officium fingens humili celebrare libello*
*Neſcia & officij: bibulas tunc rara puellas*
*Retia conuoluunt: peſtes, cum bella minantur*[e]
e ℭ Minantur .ſ. ſacerdotes.
*Eſuriem, diramq; ſitim: uota aſpera iungunt*
Dent vt dent.
*Credenti: populoq; rudi: dent dona ſacello*
*Imponunt, ſic fata*[f] *iouis pulcherrima templo*
f ℭ Fata voluntas pulcherrima optima.
*Dona iubent ferri, longo ſermone minantur;*
*Implentur: ſitiuntq; magis cum plura reponunt,*
g ℭ Crimine culpa.
*Omne genus rerum cupiunt: nos crimine*[g] *multo*

*Taxauit*

*Taxauit chriſtus: tunc dira incendia uerum*
*Irarum peperit: mortisq; pericula regi*
*Hebraee gentis: medico, qui uulnera charo*[a]
*Vnguine ſanauit: fœtentia & ulcera mentis,*
*Veracem hunc uoluere graui depellere ſaxo,*
*Et dare præcipitem, ſaxoſo è uertice, uitam*
*Surgentem in tenebris: clarumq; extinguere ſidus*
*Luminis æterni, totum quod uiſitat orbem*
*Splendoris radio: cuiq; nec deficit ardens,*
*Non abre*[b] *in terris dixit paſtoribus ædis,*
*Lux ego ſum mundi, mea qui ueſtigia firmo*
*Subſequitur greſſu: nulla caligine: nullo*
*Voluitur imperio: cœcæ: ac errore tenebræ,*
*Liber*[c] *erit ſeruus, commiſſi & criminis auctor,*
*Si quis me ſequitur longos hic uiuet in annos,*
*Quis mea*[d] *purgabit: ſi non ſunt crimina: templi*
*Dicite pontifices, quorum præcordia ſudant*
*Virtutum calido, diuulſis ſentibus, æſtu*
*Delicti: qui me ſecreti dæmonis eſſe*
*Dicitis: & facitis*[e] *comitem, mea gloria tantum*
*Eſt parere patri: fraudes & pellere cœci*
*Imperij: ſum compos enim: ſum cura paternæ*
*Mentis: & altiſoni terræ*[f] *lux miſſa tonantis*
*Marcenti in tenebris: & turpi in gurgite; cœno*
*Et commiſſorum puteo: quia calleo patrem,*
*Quæ mea lux: qui miſit item me luminis huius*
*Lampada, nec noſtro fuerint mendatia uerbo,*
*Vos me neſcitis, patrem neq; ſcitis: & unde*
*Ipſe ego progreſſus: tantum caro: corpus in umbra*
*Iudicij ueſtri eſt, iterum latrare pudico*
*Cœperunt: dira lapides & prendere dextra,*
*Vt rabidi: ſine lege, canes: actiq; furore*

a ℭ Caro, præcioſo vnguento.
Mentis animæ.
Dare præcipitem Io. v.

b ℭ Abre ſine cauſa.
Lux ego io. 8.

c ℭ Liber erit ſuple qui ſeruus eſt & magnus peccator.
d ℭ Quis mea purgabit io. 8.
quis ex vobis arguet me de peccato.
Secreti particularis.

e ℭ Facitis aſſeritis.
f ℭ Terræ homini marcenti in tenebris & in turpi cœno, in gurgite commiſſorum, & puteo.

*Percuterent[a] ſaxo diuinum corpus: & almæ*
*Authorem uitæ, cœlans ſe á plebe receſſit,*
*More furentis apri, rabido quæ infecta ueneno,*
*Tum maior rabies creuit, ceu flamma relucet.*
*Cum magis acta noto uolat & per inane fauilla,*
*Saturni ſol almus erat, quod[b] tempus apellæ*
*Obſeruant, talesq; dies ij ſabbata dicunt,*
*Cœcus erat pauper materni uentris ab ortu,*
*Ante fores templi qui mendicabat, ab omni*
*Viuendi poſcebat opem, miracula tantum*
*Et Chriſti[c] miranda petens, apprehenderat aure,*
*Viderat hic nunq̃, forte hac tranſiuit amator*
*Humanæ formæ, pro qua deſcenderat orbi,*
*Vt miſerum uidit gemino ſine lumine cœcum*
*Fare age? quid cupias? fiat tibi pauper? at ille*
*Fac domine ut uideam, quid enim, niſi cœcus ocellos*
*Exoptaret? tunc Chriſtus opem de luce miniſtrat*
*Liuit & hic[d] oculos cœno, iuſſitq; natantes*
*Quo tendunt peteret, ſacras, & tergeret undas*
*Rore ſinus cœci ſacrato luminis, alter*
*Luminis æterni, clarum qui præſtat in umbra*
*Lumen, & é rigido uitam uocat ipſe ſepulchro,*
*Iuit, & hic redijt cernens, mirabile quoddam*
*Omnibus, & laudes coram reddebat, opusq;*
*Diuinum extollit, magni monumenta tonantis.*
*Grandia, & á chriſto nudabat facta potenti,*
*Sermóne & uirtute ſimul, uox iſta uenenum,*
*Atq; odijſentes peperit, qui ſancta miniſtrant*
*Dóna dei, patribus, magni & ſolamina templi,*
*Sabbata pollúerat Chriſtus, dixere miniſtri*
*Sacrorum, liuore iouem mordebat edaci*
*Turba ſacerdotum. NIGRVM qa detrahit albo.*

a ℭ Percuterent.ſ.vt.

b ℭ Quod tempus quem diem.
Miraculum cœci nati. io.9.

c ℭ Et Chriſti miranda tantum miracula audierat & ipſe petens miranda ꝙ eſt videre mirandà audierat.
Forte reſpectu cœci non aũt Chriſti qui cuncta ſtudio non fortuna operabatur vt ſtatim.
Pauper vocatiuus eſt.

d ℭ Hic.ſ.Chriſtus.
Peteret vndas quo natantes tendunt.
Rore ſacrato cœci luminis ſinus, concauitates tergeret cœci luminis .i. oculi.

e ℭ Grandia ſubſtantiuũ eſt.i.grandes res.
Chriſto potenti ſermone & opere.

Sancta prophanabant[a] humanis mercibus aulæ
Supplicia æternæ proceres, templumq́; replebant
Nummorum menſis, ouibus, timidisq́; columbis,
Et bobus, phanumq́; iouis fecere plateas,
Tunc furor inceſſit chriſtum, pro patris honore,
Et mercatores templo fune expulit omnes,
Excrucians quo cinctus erat, uerboq́; coercet,
Hac ex æde patris diuina oratio[b] tantum
Naſcitur, hic fiunt patriq́; piacula, ſed uos
Latronum umbroſam facitis, cum fraude cauernam,
Verus amor nummi ſtimulat uos, uera cupido
Lucrandi, ac opibus ſimiles ſuperare ſodales,
(NEMO poteſt ſeruire deo, qui turpe frequentat
Numen auaritiæ: ſeruo[c] contraria ſunt hæc)
Illi autem, qua hæc, lege facis? quis præbuit author
Virtutem hanc, ciues é ſancto pellere templo?
Iis ſaluator ait, ſcribæ mihi dicite, cœli?
An terræ[d] uirtute magis baptiſma dicauit
Ioannes? ſit fas nunc reſpondere petenti,
Hebræi ambigua uincti tacuere catena,
Non auſi é cœlo ſanctum baptiſma fateri
Spreuerunt quoniam ſancti ueſtigia, multis
Hærentes uitijs, pariter nec turpiter auſi[e]
Ex homine hoc ueniſſe ſacrum, ne protinus illos
Fœdaſſet populos duro, cum ſanguine, ſaxo,
Hunc ſanctum tenuere hominem: ſine numine ſanctus
Iuſſerat in mundo nihil hic, iuſta omnia fecit,
Et quia non auſint his reſpondere, nec ipſe
Pandere quæſitum uoluit: ſed protinus omni
Texuit[f] hiſtoriam, quæ dicta parabola, plebi,
Quidam erat, hic diues: uites plantauerat idem,
Vineaq́; agricolis iam productura locata eſt

a ℭ Prophanabant mat. xi.
Supplitia ſacrifitia.
Aulæ æternæ. i. templi.
Proceres ſummi ſacerdotes

b Oratio de huius quā titate ſupra ſatis.
Piacula ſacrificia.

c Seruo contraria ſunt hæc quia nemo pōt ſeruire deo & mamonæ ſeruo ſeruienti duobus contrariis.
Lucæ. xx. virtute poteſtate.
d Terræ ex homine.

e Nec auſi. ſ. ſunt.
Sacrum hoc. ſ. hoc ſacramentum baptiſmale.
Tenuere. ſ. populi.

f Lu. xx. texuit plebi.
Matth. xi. hic iſte. pronomen eſt non aduerbium.

*Nectar: & ambroſiam: dulces frugalis & uuas,*
*Mox abyt: longamq́; uiam tentauit: iterq́;,*
*Autumnus preſſa*[a] *proceſſit ſordidus uua,*
*Tunc pro pampineo, ſperans uaga munera, fructu*
*Hic miſit ſeruos dominus, quos ruſtica proles*
*Confecit ferro, laticem ne redderet uuæ,*
*Miſit item: reliquos pariter fodere*[b] *maligni*
*Vulneribus: tandem natum, ſibi pignus amoris*
*Deſtinat: ac*[c] *elephas uiſo, cœpere, cruore*
*Sæuire in genitum, genitoq́; horrentia miſſo*
*Bella parant: natumq́; necant: extraq́; cadauer*
*Proyciunt, dominum tumulat nec uinea nectum,*
*Quid pater iis faciet cum uenerit? omnia perdet*
*Dixerunt: perdetq́; malos male: deſtinet orco*
*Iuſtitiam peragat, uerum qui iuſta probabant*[d]
*Hæc dixere iouis terreni, & iuſſa timebant,*
*Sæpius eiectus lapis hic, compago coegit*
*Mœnia delubri, uobis hæc regna ferentur,*[e]
*Danda alys, fructusq́; feret data uinea plures,*
*Væh quem petra premet lapis hic, contritus obibit,*
*Pulſus ut á rapido cœli per inania uento,*
*In nihilum: uanosq́; dies lugendus & horas*
*Perdiderit, cunctos tunc indignatio, templi*
*Dira ſacerdotes, ſcribas, & legis adorta eſt*
*Doctores, quibus ille,*[f] *pater prægrandis, & author*
*Impery, genito fecit conuiuia menſæ*
*Connuby, multosq́; ſuæ præceperat urbis*
*Conduci proceres menſis, regalia læti*
*Prandia guſtarent, alacres & pinguibus eſſent,*
*At qui inuitati fuerant, prodire negarunt*
*Ad regis cœnam, ſeruis ſed uulnera iungunt,*
*Adyciuntq́; neci miſeros, camposq́; reuiſunt,*

a ℭ Preſſa vua q̄a ſic pingitur ſordidus.

b ℭ Fodere reliquos.

c ℭ Ac veluti.
Ceperunt ſæuire vt elephas .ruore viſo.
Proiiciunt math.zi.

d ℭ Probabant laudabant iuſta iouis i. verū ſed.

e ℭ. Ferentur: aphæreſis eſt. obibit adibit in nihilū quem hic lapis rediget.

f ℭ ille.ſ.dixit
Pater Math.zz. inceptum parabolæ author prægrandis imperii.
Guſtarent. .
Prandium.
Idem.
Cœna hic.



*Fama*

*Fama mali: mortiſq; malæ perterruit aures*
*Regis: & admiſſis ducibus confecit amaros*
*Sanguinis authores, omnes & deſtinat orco,*
*Rex alios iuſſit duci, conuiuia regis*
*Summeret,[a] accitus cœnæ, indulgeret & aluo,*
*Atria complentur, regalia prandia fiunt,*
*Vna omnes læti comedunt, & uiſcera complent,*
*Conuiuas cernat[b] regis præſentia menſis,*
*Ingreditur miræ diuina palatia cœnæ,*
*Hic erat infœlix, ſimilem ſine ueſte decenti*
*Læticiam, nulla[c] replens præcordia, cura,*
*Rex ira accenſus miſero terrentia ſontes*
*Verba tulit, cur auſus enim ſine ueſtibus ipſe es*
*Feſtiuis intrare lares, ubi regia menſa eſt?*
*Eia, agite, in tenebras miſerum demergite, & orco*
*Mittite: ubi fletus, ſtridor, mors, pœna, dolores*
*Æterni: multis uox inuitantis aperta eſt*
*Ad cœnam: ſequitur paucorum[d] electio, tandem*
*Vexati à uero ſontes in carne tonantem*
*Conſuluere[e] dolo caperent, ſermonis & aſtu,*
*Atq; adeunt: Chriſtum petunt, cum fraude maligni*
*An romanorum liceat ſeruire tirrano?*
*Cenſibus? auſonio ferre & ſibi munera regi*
*Annua? ſed cui nulla[f] latent ſecreta: monetam*
*Afferri iuſſit, quam magni regis imago*
*Ornabat, totum grandis qui rexerat orbem,*
*Iis ſaluator ait: cuius præſcriptio? forma?*
*Cuius item uultus? facies? & imago tiranni?*
*Cæſaris ij referunt, quibus & ſaluator amici*
*Reddite quæ iuli[g] iulo, quæ cæſaris illi,*
*Quæ iouis atq; ioui, ſua quiſq; reponat, & arca*
*Condat: & exilio fugiens aliena recuſet,*

a ℭ Summeret deeſt vt. Accitus uocatus.

b ℭ Cernat vt cernat Decenti ſimilem letitiam.

c ℭ Nulla cura.

d ℭ Paucorum electio. Multi ſunt vocati: pauci vero electi Math. 20.

e ℭ Conſuluere, conſiliū cepere. decreuerunt vt caperent.

Petunt poſtulant: interogant an liceat dare cenſum cæſari math. 22.

f ℭ Nulla nulle res ſecreta adiectiuum eſt .i. nulle res fiunt ſecretæ.

Tiranni, domini,

g ℭ Iulli apocope pro iulii filii .ſ. ceſari tam & ſi Chriſtus non fuit tempore iulii ceſaris ſed tyberii fortaſſe fuit moneta iulii ceſaris vel unus pro altero ponitur.

Iulus triſylabum eſt virg. iulius a magno demiſſum nomen iulo. ſed hic biſſyllabū ſit ratione metri

*In laqueos cecidere ſuos: fregere ſagittas*
*In ſcopulum: ſaxum'q; latens: nil profuit aſtus,*
*Nil quo'q; calliditas dubij ſermonis: & iræ,*
*Ingentes'q; minæ, nondum quia uenerat, atræ*
*Hora necis, quam ſponte ferens clementia, nuſq̃*
*Fugerat exoptant hominem ſaluare cruoris*
*Proluuio: ad terras cœlo deſcenderat imas*
*Omnipotens: ſacrum'q; polum dimiſerat hac re,*[a]
*Seruilem accipiens formam, qua pertulit orbis*
*Pondus: & infirmo tulit hic medicamina mundo,*
*Poſt: pauci uenere dies, ubi maximus hoſpes*
*Lazarus ægrotat: cui nulla redemptio uitæ*
*Nec ſpes ulla fuit uitali uiueret aura,*
*Sic erat in fatis, ueſcens ut clara tonantis*
*Gloria fœlici fieret manifeſta triumpho,*
*Pro fratre ad medicum geminæ miſere ſorores,*
*Chriſtus erat ſolo præſtans medicamina uerbo,*
*Diſtulit aduentum: fragili ut qui languidus eſſet*
*Cæderet à mundo: NEq; enim præſente fatigat*
*Corpora mors uita*[b] *formæ mortalis: & aufert,*
*Lazarus occubuit: iam quarta acceſſerat orbi*
*Aurora: & totidem claros luſtrauerat ardens*
*Cinthius ipſe dies, totidem ſoror ipſa diebus*
*Cinthia ſucceſſit tenebris uaga lampada tetris,*
*Scilicet ut prauum corpus præberet odorem.*
*Poſt obitum uenit medicus monſtrare potentem*
*Theſaurum cœli: defuncto & uenerat urbis*
*Magna manus ſanctæ pulloſa ueſte quiritum,*
*Magnus eques defunctus erat, dum uita maneret,*
*Suſcitat hunc chriſtus ſublimi uoce latentem*
*In tenebris: gelidæ pallenti & mortis in umbra*
*Hoc ſignum innumeros fidei*[c] *protraxit inertes,*
*Fama'q;*

a ℭ Hac re hac cauſa. Tulit hic. ſ. Chriſtus i. humana forma medicamina homini quamuis vt deus faceret mirabilia. Poſt deinde. i. poſt monetæ oſtenſionem vbi quando. Veſcens aura vitali. i. viueret.

b ℭ Præſente vita. i. Chriſto. Formæ mortalis. i. hominis non quantum ad animam quæ eſt imortalis ſed quantum ad illam corporis membraturam & organicam.

c ℭ Fidei ad fidem.

*Famaq;[a] multiplices populis quod fecerat:alas*
*Expandens docuit chriſtus,cuncta oppida:ſancta &*
*Vrbs ruit,& multi diuinum numen adorant*
*In Chriſto:laudant[b] Chriſtum:pariterq; ſequuntur,*
*Falſidici trepidant:& confunduntur apellæ,*
*Diuerſi diuerſa ferunt:ſed maior ubiq;*
*Pars celebrant:magniq; probant[c] miracula chriſti,*
*Protinus inuidia multis comitata colubris,*
*Excitat alecto:diroq; hæc addidit ore,*
*Quid pigreſcis amans hebrææ gentis,inersq;,*
*Non capis arma manu triſti[d] frigentia morbo,*
*Non acuis ſentes:non lurida tela miniſtras:*
*En tua gens perijt,magno deſpecta tonanti,*
*Omne genus ſequitur chriſtum,plebs omnis adorat,*
*Hebræo generi rabido ſuccurre furore,*
*Vipereis populum paſcaris[e] carnibus:atq;*
*Iis ferruginea tangas rubigine dentes,*
*Et uireant ſua corda truci perfuſa ueneno,*
*Cura ſit & Chriſti fumoſum extinguere nomen,*
*Inuigilet,funesq; paret:ſera uincula,ferrum,*
*Vltio ſuccedat,magna eſt ibi gloria:uirtus*
*MAXIMA,ubi in magnũ quiſq; ſe uindicat hoſtẽ,*
*Hæc dicens[f] rauco cecinit miſerabilis ære,*
*Dixerat:& curuo fugit turpiſſima cornu.*

*Ioannis mariæ uelmatij bagnacaballi Chri-ſteidos liber Octauus explicit,*

a ¶ Fama expandens alas multiples populis docuit quod fecerat Chriſtus.
b ¶ Laudant.
c Probant approbant laudant.
d Triſti morbo.i.accidia.
e Paſcaris deponens eſt
f ¶ Hæc dicens interdicẽdum ære.i.cornu.




## ARGVMENTVM IX.

*Nonus habet rabiem iudei ſanguinis, iras*
*Conſilium: diroſq; lupos horrentia dantes*
*Verbera: deriſum: ſacrifera uulnera ligni,*
*Et mortem Chriſti patres ſaluantis ab orco.*

# IOANNIS MARIÆ VELMATIJ bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtienſem epiſcopum Cardinalem tranenſem chriſteidos Liber Nonus Incipit,

IAM quarta ebdoadis luſtrabat lāpada terras
Phœbus: & ad primum radios exe xerat orbem,[a]
Diſpuleratq; die tenebras, & flaua fugarat
Sidera, lætifero cum ſuſcitat ære coæuos
Pontifices bdias: trepido & petit omnia greſſu
Limina magnorum uolucris, feruentius omnes
Feſtinant properare domum ſcelerata caiphæ,
Conſilia acturi, regemq; trementibus augent
Audacem ſenibus uoto: ſubſelia & implent,
Atria conſilium capiunt: mens effera uires
Damnandi audaces iuſtum ſine lege, furentis
Armat: & arma parant ſæuæ conuitia mortis.
Sede ſedens celſus tandem ſacer ipſe ſacerdos,
Indicit manibus conſueta ſilentia cunctis,
Lætiferamq; uiris deprompſit pectore uocem.
Vos, quorum augere eſt ſanctam cum legibus urbem,
Et uiolare nefas:[b] quæ tanta audatia: leges,
Ad nos diuino quæ iuſſa fidelia nutu
Deuenere pio ſpiranti numina moſi,
Quæ nulli manifeſta deo, quæ gratia nobis?
Accipite hæc animis uerboq; imponite curas.
Res noſtra hæc agitur, ſimus nec fabula uulgi
Curarum expertes, modicæ ad contraria mentis,

a Ad primum orbem ad orintem.
Suſcitat impellit: congregat.
Bdias præconis nomen & illius qui citat ad cōſilium.
Trepido feſtino.
Augent omnes iudei citati ad conſilium regem audacem ſenibus.
Damnandi iuſtum.
Vires furentis.
Parant conuitia arma ſæuæ mortis.
b Nefas. ſ. eſt violare leges. quæ tanta audatia, . ſ. quis audeat violentiam inferre legibus hoc dixit vt Chriſtum taxet vt legis fractorem.
Quæ iuſſa quia leges iuſſa ſunt diuina, venere ad nos nutu pio. i. diuina voluntate pia quia ad ſalutem noſtram data eſt lex diuina. nutu. ſ. ſpiranti numina. & diuinitatem moyſi legis latori.
Quæ gratia qualis gratia admirantis eſt.
Nec ſimus. ſ. nos maiores fabula ut a uulgo derideamur.
Modicæ mentis, minimi ſenſus.

PRINCIpio[a] qui paruus erit, niſi concidat error,
Creuerit in numeras, longo poſt tempore, uires,
Principijs obſtare licet: ſi dira timentur,
Dantur in antiquo, fruſtra medicamina morbo,
Cum ueteres fecere moras, ut gramina campis
Vlcera, quæ terre ſerpunt radicibus omni,
Cum uideat[b] lucere domum, quæ proxima, culmen
Prodere tum flammas, liquidis huic protinus undis
Sufficiat uicinus opem, ne tranſferat æſtus
Illinc in patrium, & magna incendia tectum
Flamma leuis, uolucri par, atq; ſimilima uento,
Per tenuem quæ lata uolat, uelut aera uentus.
Nulla hoſti detur cumulandi copia uires,
Aggredere hūc, dum parua poteſt, nam ſepe uidemus
Pœniteat lentas hoſti imprudenter habenas
Immiſiſſe ſuo, ſola imprudentia captos
Præcipitat, quos dura præmit uæcordia ſegnes,
Hinc uos conſilio monui, hæc exordia quorſum?
Audite ó proceres, nec uana illuſio fiat.
Vos mihi iamdudum, quæſti, fudiſtis amaras
De Chriſto, qui nomen amat ſibi tale, querellas.
Inſuctam populo rabiem qui induxit, & æquam,[c]
Irarum & cauſas: plebem qui uertit, & omne
Vile genus uulgi: mihi nec minus ira moleſtam
Fœcundat flammam, ciues parete iubenti,
Victima pro multis unus moriatur:[d] & omnes
Soluat ab exitio: noſtros œnotria[e] muros
Bella petent, laxas homini ſi, ut cœpit, habenas
Inceptos augere modos, dimittimus, orbem
Congregat, & ſimiles ſequitur uir, fœmina, greſſus
Omnia creduntur, ſoli ſapientia perſtat,
Amentes omnesq; uocat, uos expulit ira[f]

Percitus

a Principio. modicus error in principio eſt maximus in fine.

b Cum videat vicinus lucere domum proximā ſue. & culmen prodere flā mas. huic. ſ. domu. ſubminiſtrat auxilium ne flamma leuis illince domo ſua tranſferat eſtus & magna incendia in paternū tectum.

c Et æquam. i. æquum eſt vt populus rapiat furore in Chriſtum.

d Vnus moriatur victima.

e O Enotria bella

f Ira. non iuſtitia.

Percitus á templo, ſanctam uiolentius ædem
Et iubet[a] æquari firmis á ſedibus atro
In magna uirtute ſolo, feruentius ad tris
Hanc iterare dies ſua mira potentia pollet,
Manibus, & miſere fingit miracula genti
Propitijs: noſtramq́; docet mendacia prolem,
Hic ioue ſe natum uerbo mortalibus offert,
Ac ſe poſſe mori, uitamq́;[b] reſumere, mortis
Deſtructor, parcitq́; dolis, uult condere leges
Ipſe nouas, delet ueterem, non iuppiter ipſe eſt,
Non iouis & genitus, genitum cœleſtia uitant,
Hoc audire nefas,[c] & quæ uexilla feruntur
Ante uiros pugnæ, mentes, crudeſcite mentes
Errorem hunc fugitote nouum: proh iuppiter, aures
Hoc ſentire timent, iouis eſt ſatus[d] iſte? iouisq́;
Fulgur habet triplex? ciues, aduertite ciues,
Nos damur in prædam, ſanctiſſima ſedibus imis
Mœnia noſtra ruunt, huius ueſtigia nutu[e]
Gens petet heſperidum, ſimili quæ neſcia legis
Antiquæ, credetq́; deo ueriſſima ficto,
Omnia quæ narrat uobis, & uiribus urbi
Conſulite, hic præſtabo uiros[f] ego primus, & arma
Inſontem, diræ poſuitq́; ſilentia linguæ,
His dictis, ingreſſa chaum furibunda miniſtrans
Conſilio, & ſecum geminas uocat atra ſorores
Alecto, ſequiturq́; pares par perfida greſſus
Inuidia, exacuit furias armata colubris
Sanguinolenta comas, bibulis & ſibilat ardens
Auribus, ac torto mala perſonat omnia cornu.
Nec minus inuidia creſcit, cui flamma[g] perurit
Omnia liuoris pinguis præcordia regni,
Communem quæ ingreſſa larem, quæ regia pernix

a ¶ Iubet æquari a firmis ſedibus .i. a firmamento Io.ii.
Manibus .i. demonijs.

b ¶ Vitamq́; reſumere Io.xi. qui credit in me et ſi mortuus fuerit viuet.

c ¶ Nefas .ſ. eſt & nefas eſt audire q̄ ſpectacula offerantur romanis .ſ. vt vnus pauper congreget tot homines nugis ſuis Nouum magnum

d ¶ Satus filius.

e ¶ Nutu ſimili .i. demoniaco vt alii qui eum ſequuti ſunt.

f ¶ Viros & arma poſſet eſſe endiadis

g ¶ Flamma liuoris regni pinguis.

*Tecta: ſuum uirus ſufflat: tum liuida fiunt*
*Pectora pontificum, ſubmiſſo & murmure tota*
*Tota domus reboat[a] ora & trepidantia pallor*
*Occupat ex ira: furiæ cœde uenenum*
*Non fruſtra ſparſere ſuum: tunc maximus cybron*
*Exurgens, cui multa fides,[b] de iure ſenectæ:*
*Excreat: & longam mulcet ſua dextera barbam,*
*Hic grauis: & reſidens coruino orditur ab ore,*
*Tu princeps: qui gentis honos, qui numina tractas*
*Templi huius, quiq; huius habes ſacri ordinis anni[c]*
*Imperium: caput omne decens, nos membra, ſalutis*
*Hebrææ: da diue modum: ſi poſcimus æqua,*
*Perdere: qui populum uerbo ſeducit & arte,*
*Hic lupus: hæ pecudes: nullus canis anxius urget*
*Latratu à caula: fœdumq; lycaona fido*
*Dente ferit, uox ſola mihi, ſum uiribus impos,*
*Heu iuuenes anni,[d] mens uiuida, corpus inersq;,*
*Do mea, do natos, & ſi quid cana ſenectus*
*Conſilij præſtare poteſt, an cœca, uel iſti*
*Surda uenit ſceleri ſancta urbs? en faſcinat omnes,*
*Atq; tacent omnes: uellent,[e] uox faucibus hæret*
*Hiſcere: ſunt ueluti prius hic ſi uiderit audax*
*Nocte lupus: lupus eſt: rapido qui uortice inermes*
*Sorbet oues: miſeras morſuq; ingurgitat uno,*
*Principijs obſtate uiri: tum cætera, turbæ[f]*
*Si longa ualuere mora: ſi in corpore caſtra*
*Cœperunt morbi: non ulla medella reſumet*
*Corporeas uires: augebit & ulcera cancer,*
*Ni ferus ignis honos ueniat: ſeu cura, ſalutis,*
*Nec tamen hic tacuit, ſine lege, nec ordinis alter*
*Forma erat: incepit pallenti feruidus ira,*
*Deberent clamare omnes: & prodere mentem*

Quæ

a Reboat iambus in tertia ſede.

b Multa fides. ſ. erat quia ſenex.

c Huius anni, ſacri ordinis imperium.
Salutis hebreæ caput.
AEqua ſi petimus iuſta, da modum perdere illum qui verbo & arte erud.
Hic ille.
Latratu fido.

d Anni iuuenes. ſ. iuuentutis meæ.
Do mea. ſ. facultates meas

e Vellent hiſcere.
f Turbe vocatiuus. eſt
Si cetera valuere longa mora.
Cœperunt morbi: tanq; in Criſto glorioſo plura eſſent vitia ſeditiones plures in corpore in Chriſto.
Honos ſalutis nec tacuit .i. nondum hic tacuerat quando alter incepit.
Forma ordinis nõ ſeruauit ordinem nec loquendi nec perſonarũ, quia tunc non ſua interrerat loqui hinc liuor attenditur hebræorum in Chriſtum.
Omnes proceres.

*Quæ ſua ſit,proceres:hac de re[a] firma cupido,*
*Horriſono[b] cogamur enim dare linthea uento,*
*Nauis & inſano iactetur ab æquore,remis,*
*In ſcopulos pellenda truces ſpoliata,rudentum*
*Territa ſtridentum ſonitu:trabs fracta:recurret*
*In timidam pupim,nobis miſerabile pondus,*
*Et pontum:& noſtras perflanti turbine terras,*
*Ac omnes uideamur aquas in gurgite uaſto*
*Sulcare:& pauidi tumido dare uerbera ponto,*
*An mage nos uegetis obſiſtere uiribus omnes*
*Audemus:ſanctum noſtris & pellere tectis,*
*Qui ioue delapſus populo miracula pingit,*
*O' mihi ſi uires,ó ſi mea uota ſequantur,*
*Auderem barbam dextra fœdare bicornem*
*Vellere:[c] & ad multum,comperta morte,cruorem,*
*Nunc,omnes,nunc noſtra ſalus,nunc arma feroces*
*Sumite,deiectum noſtra graue pondus ab urbe,*
*Fas legem ſeruare uiri,fas perdere legi*
*Obſtantes ſanctæ,tela ergo ingentia ciues*
*Sunt forti capiunda manu,uix talia fatus,*
*Incœpere ſimul ſcribæ duo,uoce querellas*
*Diuerſa in iuſtum,quibus alta ſilentia labris*
*Indicat arpochrates[d] admoto protinus ori*
*Indice,iuſſa timent cuncti,tunc temporis aures*
*Nec quicq̃ ſermonis habent,ceciditq; tumultus,*
*Sacrorum,tunc primus honos in uerba reſoluit,*
*Os nulla uirtute ſacrum,paruoq; ſuſurro*
*Corripit altiſonas,ubi nulla modeſtia,uoces,*
*Conſilium non auget,ait,ſed uiribus impar*
*Vox æquata polo eſt,humili ſermone quod optet*
*Singula uox referat,ſintq; hæc ſecreta ſibillæ,*
*In ſenſum uenere parem de morte iouis,quem*

a ¶ Hac de re firma cupido hucusq; dixit ille. Horriſono ephron ſequitur ſpoliata remis.
b ¶ Sanctum irronice.

c ¶ Vellere auderem Omnes feroces : uel diuiſim.
Deiectum ad deiiciendũ graue pondus.
Fatus.i.eſt.
Incepere querellas.

d ¶ Arpochrates.i.cayphas qui habebat ius ſilentii.
Quicq̃ ſermonis.i. tunc facto ſigno ſilẽtii a ſũmo ſacerdote .ſ. nihil aures audierunt ſed cecidit querellarũ tumultus & uocũ
Nulla uirtute nullius ualoris in bonum.
Vox æquata polo.i. clamoroſa non auget conſilium,ſed eſt impar uiribus

*Sancta paleſtinæ portarunt uiſcera nimphæ,*
*In templo, dixere aliqui, delecta iuuentus*
*Hunc rapiat: torto dehinc brachia fune reuinctus*
*Auſonio commiſſa*[a] *duci denudet amaro,*
*Tormine: mortiſera ſic pendeat arbore Chriſtus,*
*Turpe ſcelus generi, quibus at mens altior intus*
*Eminet: & tandem ſeris fuit uſus ab annis.*
*Feſta*[b] *dies captum nimio, dixere, tumultu*
*Neſciat in turba: præſtabunt tempora tempus,*
*Ad noſtras cum præda manus noua uenerit: atrox*
*Mors fuerit tentanda lupo, uis*[c] *prima doloſum*
*Cimereo præbere lari: ſunt cætera frondes,*
*Nec dum finis erat praui ſermonis: & atri*
*Conſilij, cum dira lues: deformis iudas,*
*Sordidus: infamis: mordax: reus: impius: anceps,*
*Hidra: furor: rabies: inconſtans: helluo: præceps,*
*Sus: fera: lerna: canis: ſcelerum ſentina: uenenum,*
*Noctua: ſphinx: bubo: dipſasq́;: ingratus: & error,*[d]
*Protheus, errorum: rabie ferus: anxius: audax,*
*Corde gerens peſtem furto delapſus ab alta*
*Perfidus ambroſia, mediam non iuſſus in aulam*
*Concilij intrauit, genua & ſua pronus adorat*[e].
*Tu princeps, noſtræq́; caput ſublime ſalutis,*
*Et noſtræ qui gentis honos, ueneranda poteſtas*
*Sanguinis hebræi, ſalue, ſaluete priores,*
*Sum iudas, iudæus item (fas dicere uerum)*
*Diſcipulus ſic unus ego comes integer huius,*
*Quem faciunt chriſtum uulgo, qui numina ſacro*
*Fida ſinu retinet: reuocatq́; a ſede peremptos,*
*Lumina dat cæcis, tamen hæc ſunt omnia fraudes,*
*Sic ego credebam iuuenis, cui*[f] *uana uoluptas*
*Sumpſerat imperium, nec quid uirtutis habebat,*

Carne

a ¶ Commiſſa ſcelera. Turpe ſcelus appō. illi quibus

b ¶ Feſta dies, non in die feſto. ne forte tumultus fieret in populo.

c ¶ Vis prima. ſ. eſt. Cimereo lari tenebroſo carceri. cetera. ſ. vt torqueatur & perimatur facilia ſunt eſt enim maius capere q̃ perimere.
Inuectiuam in iudam.

d ¶ Error errorum.

e ¶ Adorat loquitur.

f ¶ Cui mihi iuueni.

*Carne ego:ſic calido:generoſo & ſanguine cretus,*
*Erraui ut iuuenis:primo quo tempore carnes*
*Officium capiunt ad caſtra cupidinis igne*
*Currendi ueneris:nec tunc ſenis ulla parabat*
*Pars[a] mihi uirtutem:ſed cum prolixa capillos*
*Hæc coma parturijt canos de more ſenectæ*
*Et mihi barba tulit primos,mens effera ceſſit*
*Pœnituit feciſſe malum,tum[b] fama reſedit*
*Auribus in uulgo paſſim celeberrima noſtros*
*Magnum hominem ueniſſe lares,cui numina cuncta*
*Aſpirant:udiſq; ſuis cœleſtia præſtant*
*Auxilium:ſuperatq; alios uirtute prophetas*
*Antiquæ legis,iam fœda cadauera ſurgunt,*
*Ad præcepta poli parent,& in æquore fluctus*
*Flamina non ſpirant uenti,non inuida tellus*
*Denegat & fructus:tandem me ſalſa recepit*
*Fama boni tanti,ſecumq; per ardua uitæ*
*Complcui multos,recolens miracula,menſes*
*Huius:& admirans quæ tunc miracula uulgo*
*Pandebat:tunc creuit[c] honos:tunc blanda cupido*
*Laudis:& in ſimili regina ſuperbia muro*
*Caſtra uiro poſuit ſtabili,putat eſſe tonantis*
*Filius:& patrem proprium uocat iſte tonantem*
*Hic aliam legem condens,caput abluit undâ*
*Infantum:ac animas credentum flumine purgat,*
*Et quæ ſancta fuit,ueniet naſcentibus error,*
*Dedecus,& pueris,& circunciſio nulla,*
*Implicat humanas mentes,ſimul ipſe pericli*
*Credebam incautus,ſed poſtq̃ legibus obſtat*
*Hebræis,dixi.ficta hæc:mendatia dixi:*
*Sancta quidem lex eſt:teneor defendere ſacra,*
*Sacra patrum:& patrios mores,ſine fraude tueri*

a ℂ Pars ulla ſemis.

b ℂ Tum tunc reſedit cũ .ſ. eſſem iuuenis .i. hoſpiciũ accepit in me.

c ℂ Creuit honos .ſ. in chriſto & blanda cupido qui videbat ꝙ tota cum turba ſequebatur.

En ego do ueſtris, dehinc uos punite doloſum
Si placeat, manibus, tantum qui demone præſtat
Gentibus, & bibulæ fingit miracula genti,
Sed mea quæ merces? quæ uos dederitis ad illud
Munera opus ciues? perdam, ne pauper utrumq;,
Molle[a] quidem tempus, loca quæq; decentia noſco
Fallendi officio. cui talia fatur obortis
Lætitia princeps lachrimis, te ſanctus abraham,
Te ſatus, atq; nepos, & lex ſanctiſſima moſis
Purget ab offenſa, pecudem tu ſuſcipe templum,
Legitimum quæ errauit iter, quæ deuia colles
Tranſiuit, dumoſq; truces per paſcua, & endor[b],
Te iuda lætanter enim mea concio fratrem
Suſcipit, & ꝙ grata refert lætiſſima grates,
Præmia ſunt numi[c] triginta & nobile iuſti
Ponderis argentum, lucro ſed gratia maior
Noſtra ſit in iuda, proprijs & ſedibus unus
E noſtris ſedeas, tibi ſit fiducia noſtri,
Et pete quodcunq; eſt, tua ſunt hæc omnia, dixit,
Tu modo promiſſum ſerues, caramq; monetam
Protulit infido, mortalia munera, pambron,[d]
Theſauri cui cura fuit, mox proditor atræ
Signa dedit noctis, faciemq;, ac oſcula tanto
Præmonuit iungenda deo: turbamq; ſequacem
Exertam uult eſſe malo, non lancea deſit,
Non galea, & non enſis item, nec dormiat ullus,
Diſcedam, tentabo uiam, diſceſſit, & audax
Proditor á turba, ſequitur quem dira proteruum
Tyſiphone: ſpiratq; ſuum facta horrida uirus,
Et tunc torua magis, maior prouincia ſurgit
Ad ſocios redijt, ſotijs mirabile fingens
Commentum, miſeræ[e] reperi conuiuia menſæ,
Cras

a Molle accommodum Satus iſaac: nepos iacob. Colles per colles.

b Per endor per campũ inſtructuoſum.

c Nummi & argentum end,

d Pambron a multa cõ meſtione nomen ſumptũ.

e Miſeræ pauperrimæ.

Cras paſca eſt,purum quæſiui paſcatis agnum
Pro cæna,inueni,fallaci conſona uerbo
Pectora crediderant comitum,nox quinta tenebras
Attulerat cœlo,requiem genus omne animantum
Captabat,iudas:hic[a] ſolus in aere uiuax
Caſtra facit,parat ipſe dolos,ſupirat,anhellat,
Inſomnem deduxit inops ad crimina noctem,
Quinta dies uenit,paſca eſt,celebratur ab omni,
Et uota in magno fiunt ſolemnia templo,
Magna dies aderat populo,quæ tota pudicis.
Declinat[b] ſacris,turbam & partitur in omnem,
Candentem,& purum calchas uigillantibus agnum,
Ad partem pueris,menſæ non retulit eſcam
Promiſſam[c] ſchărioth:repetunt:mirantur & omnes
Conſocy de fraude ſui:conuiuia iuſſu
Lauta parant chriſti,NON deeſt cui dextra tonătis
Seruit:& imperium præbens huic omne miniſtrat,
Paſcalis fit cæna igitur:menſaq́; remota
Diſcipulos lauit:prædixit ſcandala:panem
In corpus ſacrauit item,fit ſanguis & ænon
Diſcipulos pauitq́; ſuo tum corpore:& idem
Sanguine potauit:uiridem & ſeceſſit in hortum
Trans cedron,cedron rapidus cum turbine torrens
Saxorum:& multæ fluctus lapſantis arenæ
Tris ſecum aſſumpſit comites præcordia ſanctæ,
Mentis,diuini data ſunt cui pondera templi,
Ioannem:fratremq́; ſuum:tria lumina legis
Villa tenet reliquos:quæ ſub radicibus alti
Montis oliueti fuerat lapidisq́; tonanti
Ad iactum abſceſſit magno[d] fuſurus amaro
Pectore uota ſuplex:ſed iam ſeceſſerat ingens
Proditor:& falſi repetit pallatia regni,

a Hic tunc.

b Declinat.i. vſq; ad finem.

c Promiſſam ſociis ſuis iudas non tulit agnum promiſſum apoſtolis figmento ſuo.
Conſocii ſui patrius eſt cui.ſ.chriſto.
Scandala quod tradendus eſſet:negandus & relinquendus a ſuis diſcipulis.
AEnon.i.vinum.
Rapax torrens.ſ.eſt cum turbine ſaxorum.
Cui.ſ.illum cui date ſunt claues.

d Magorlo ...

Percutit:& facili patuerunt cardine ualuæ
(PAR amat æqualem) quem circumplectitur omnis
Turba ſacerdotum:ſolitamq́; ex more ſalutem
Quiſq;[a] offert iudæ:propriaſq́; ex ordine ſedes
Impleuere graues,narratq́; uolentibus omnem
Hoc audire nefas,ſeriem,quo tempore,& hora
Arte agnus cum fraude ſimul,noua præda furentum,
Sit manibus capiunda ſuis,& cuncta coaptat,
Et referens hæc ore truci,facta omnia certent,
Non opus eſt uerbis,tempus breue,ſurgite ciues,
Hac illum nunc nocte dabo,ſua crimina flammis
Digna quidem dixi,rurſus ligna addidit igni,
In corpus panemq́; ſuum ſacrauit,& idem
Sanguis erit uinum dixit,porrexit & alma
Paſcatis in menſa,dedit ipſe ſequentibus,atq;
Inſtituit ſua ſacra,aliudq́; à dogmate templum
Antiquo,ritum mutauit,& ordine quodam
Implicat humanas mentes,crudeſcite cœli,
Rideat aut tellus,quis[b] nunc nouus author,& ordo
Naturæ,hic leges properat delere meracas,
Ergo manus[c] petat arma uirum,petat arma iuuentus
Clamq; ciete uiros,nec fas accendere cantu
Prœlia:ſed noſtri tantum nox conſcia facti,
Oſcula,iam dixi,iungam memorabile ſignum,
Hoc erit in tenebris,ne ſit deceptio formæ,
Alter[d] enim ſimilis uult,nec regula fallax,
Ille idem facie:paribus tum conſcius annis,
(DIFFICILE eſt obſcura rato dignoſcere ſigno)
Hora comes furti uocat hanc ad prœlia turbam,
Et iam turba ſuas ad ſigna parauerat artes,
Tela:enſes:parmaſq; leues:& pectore curuos
Vmbones:multaq́; graues rubigine patrum,

a ¶ Quiſq; offert.cupidi fuerunt audire iudam ob id prius ſalutarunt.
Graues.ſ.viri.i.primores Conſilii quales ſcribæ:ſacerdotes:non cerdones:non pictores.
Hoc nefas.ſ.iudam.ſ. uolentibus audire hunc nefarium noua præda appō eſt.

b ¶ Quis pro quibus authore eſt.

c ¶ Manus virum pro virorum.

d ¶ Alter.ſ.ſimilis.


Ingentes

*Ingentes galeas: & quæ ſunt apta gradiuo,*
*At ſudibus plebs uilis erat, uel ſeruula ſaxis,*
*Fuſtibus atq; armata ſuis, cum gente latina,*
*Quæ mauortis honos: decus, & uaga gloria belli,*
*Hebream ducens aciem: trepidum ipſa[a] timorem*
*Sedabat pauidis: & corda tepentia turbæ*
*Excitat, atq; animos reuocat formidine lapſos,*
*Arripiunt leui latitantia lumina cornu*
*Pontificum famuli, paribus ueſtigia plantis*
*Æquabant iudæ timidi: & ſua pectora curui,[b]*
*Euboico concuſſa uiro ſaturnia proles*
*Hærebat telis: & qui ſua tela, ferebat*
*Ipſe timens, ſeſe multo metuebat apella*
*Horrore armatum, peditem ſed dira latinum*
*Inuidia arcebat, uocem non ſenſerat aer,*
*Venere ad fauces taciti ſub noctis opacæ*
*Præſidio: pſyches horti tum mœnia complent,*
*Ne fugiat minimas circum ſtant agmina, foſſas,*
*Inq; ruunt pardi caſtum uiolentius agnum,*
*Oſcula poſt falſi nimium fallatia iudæ*
*Inſæuire libet, ſua poſt mox terga reuinctus*
*Brachia: non modico feruore impellitur urbi,[c]*
*Vaſtus ouem lupus ore præmit: deffenſio nulla eſt.*
*Ipſa pauet demorſa, uelut conſtricta rapaci*
*Pura columba gemens, brumali tempore miluo,*
*Diſcipuli fugere ſui: poſt uulnera turpis*
*Auriculæ: ingenti dederat quæ[d] clauiger ictu,*
*Ducitur ad lanium christus, pia uictima, fœdum:*
*Hanc rabidi, mala turba, canes, ut ſanguine uentrem*
*Diſtendant, prædam ueluti quæ capta, ſequuntur*
*Obducunt Chriſtum, proclamat ad æthera uerpus*
*Prædicas uentura miſer: da lumina cæcis*

Romanorum laus.
a ℭ Ipſa gens latina.

b ℭ Curui ſua pectora ſinecd.
Hærebat uiro euboico .i. latino concuſſa telis.
Proles ſaturnia .i. iudei q ſaturnini ſunt.
Ipſe apella timebat ſe ipſe armatum.
Inuidia: odium in chriſtū faciebat iudeum eſſe romanum hoc eſt ſortem.
Cōplent iudei & ſatelites mœnia horti pſiches & ne chriſtus fugiat agmina ſtant circum minimas foſſas quia circundederunt hortum.
Pardi iudei maculoſi.

c ℭ Vrbi .i. ad vrbem.
Lupus hebreus.
Ipſa ouis demorſa.
d ℭ Quæ .ſ. vulnera.
Mala turba appō eſt.
Hanc .ſ. victimam.

Cece magis:mutiſq́; loqui:nunc erige claudos,
Extinctis uitamq́; para,da fontibus idem
Vina,cibum manibus tandem ſi iuppiter auge,
Diſrumpas hæc uincla potens,qui trinus,& unus,
Aufugias uireſq́; nouas,da uerba popello,
Matribus[a] & bibulis fingas miracula,uanas
Notus es inter oues,ouium prolixa uorago,
Sylla rapax,uaſto cum uortice,dira caribdis.
Illudunt,crudo latus & cum pollice pungunt,
Et palma impellunt humeros,& calcibus illum
Infeſtant,linguaq́; homini,canis appula diuo
Detrahit:auriculas aſini quoq; mobilis albas
Vtraq; dira manus fingit,fœda ora potenti
Detorquent chriſto,tum balba nare loquuntur
In pecudem,ueteri poſt tot mala ducitur annæ,
Nam ſocer hic annas,ſancti qui ſacra caiphæ,
Grandia tractabat manibus,qui dixerat unus.
Hic pereat,ne tota ruat gens noſtra ruinæ
O caſura truci,nox horrida,& horrida iuſto
Pœna hac nocte mala cæpit primordia fronte,[b]
Obſcurate poli,& multos miſerate labores,
Obtenebret phœbus radios,& lumina titan,
Sanguineas det luna comas:& lugeat æther,
Sidera deficiant longo rutilantia fletu,
Det lachrimas[c] & iuno ſuas,ſitq; horrida tellus,
Hæc tantum tribulis ueſtita:& ſentibus uuas
Neſciat,& ſegetes,& munera grata recuſet,
In freta non currant fluuij,neptunnia proles
Bella ciet,multis multus furat æſtus arenis,
Ferueat & tumidus uentorum turbine pontus,
Æquoris horriſonos paueant animalia fluctus
Quadrupedes tum bella cient,ceu tigris amore

a ℭ Matribus bibulis cito credentibus.
Vanas ſtultas.
Sancti ironice.

b ℭ Fronte .i. principio pœna cepit.

c ℭ Lachrimas .i. pluuias.

Pertentata

*Pertentata truci, libiæ dum ſola per agros*
*Dira furit, lædit q; feras, atq; ore laceſſit*
*Ad pugnam ſiluas ſimili compulſa furore*
*Sus ruit, urſa ruit uæh quis erratur in aruis,*
*Cum uenus hæc ſtimulat ſtimulis animalia cæcis*
*Eructent ſic cuncta ſuis ſuſpiria mœſtis*
*Pectoribus, doleant triſti uiuentia[a] corde,*
*Et quis uita comes nullo eſt aptiſſima nexu,*
*Et quæ nulla tenent gratæ ſpiracula uitæ,*
*Rex patitur cœli, neget hoc audire nefandum*
*Omne genus facti, iuuet hoc audire tonantem,*
*Factorem[b] factura ſuum quem iudicat atro*
*Iudicio, & trucibus cedit ſua membra flagellis,*
*Ergo annas capiens turpes, tot iurgia, uoces*
*Quid uelit hic clamor quærit, ſed fune reuinctam[c]*
*Colla uidens prædam ſolio, ſurrexit ab alto:*
*Hic miſer es dicens: ſed quæ tua crimina captum*
*Iudicio traxere graui: ſic ora reſoluit,*
*Qui comites: quæ turba tibi eſt: quæ contio uana:*
*Diſcipulos quos eſſe facis: te rege, ruentis*
*Seductor populi, te plebe miſerrime multa*
*Cur augere petis: iuuat & dicare magiſter:*
*Quam legem tu doctor item, quos ordine mores*
*Monſtraſti: auerſo noſtri tam perfide templi:*
*Nonne ſatis lex eſt magni ſanctiſſima moſis:*
*Omnia peruertis, poſuitq; ſilentia linguæ.*
*Cui Chriſtus, non aula meæ, non carcer opacus*
*Seruare hanc tantum doctrinæ conſcius audet,*
*Templa ego, quæ dixi: norunt, ſunt ſidera teſtes.*
*Vix ea fatus erat, ſurrexit ad impia ſeruus,*
*In faciem percuſſit item, quæ uerbera mitis[d]*
*Compatiens, teſtem dixit, ſi fœda loquutus*

a ℂ Viuentia triſti corde quis quibus.
Nullo nexu nullo corporis ligamine.
Nulla ſpiracula .i. materialia tantum.

b ℂ Quem factorem ſuũ factura iudicat.

c ℂ Reuinctam colla multo nexu non autem retro.

d Mitis .ſ. Chriſtus com patientia ferens.

*Adducas:ſi uera tuli:quid cœdis amice?*
*Quid feci? quæ cauſa tua eſt? quid tela minaris?*
*Non poterant augere ullis conuitia cauſis,*
*Et ſerui ratione carent, & perfidus annas,*

a ¶ Trahit non repugnã tem:ſed auiditas iudeorũ oſtenditur.

*Deſtinat hunc genero. trahit[a] hunc fera turba cayphæ*
*Qui caput erroris uulgi memorabile, praui*
*Conſilium: prædixit enim cum ſanguine mortem[b]*

b Mortem Chriſti.
Strepitu minori quia iam qđ hoc erat ſciebat cum fuiſſet conſilii caput & authora.
Minori paruo.

*Vt ſacer antiſtes, Chriſti: ſtrepituq; minori*
*Cognouit miſeri miſeram de ſede ruinam,*
*Et præuenit item ſeruiles cardinis ictus,*
*Dum dextra ad portam ferrum dat uerbera ferro,*
*Recludens faciles nocturno tempore ualuas,*
*Hic te expectat ait ſacrorum concio, qui ſcis*
*Naturam formare nouam: parere iubenti*
*Vel tibi qui cogis: diuum te hoc iure ſalutet?*
*Salue ergo qui cuncta potes: ſpes unica mundi,*
*Salue ergo: qui noſtra ſalus: medicina dolentis,*
*Ipſe ueni, rudibusq; para miracula noſtris,*
*Monſtra te eſſe deum, reſidens ſic ſede regentum*

c Hic. ſ. pontifex.
Rogat interogat.
Pars horrida .i. inferna.

*Hic[c] rogat: in terris ueniſti iuppiter ingens?*
*An ſatus huius eris? tu qui miranda popello*
*Adfingis bibulo? tibi ſeruiat horrida mundi*
*Pars petis, ut reuoces animas ad tartara miſſas,*

d Tethin mare flamine venti.

*Et credas mulcere tethin:[d] cum flamina ſufflant,*
*Vt rapidis domineris aquis, inſania uexat*
*Te miſerum, partemq; uiri dementia traxit*

e Par es. ſ. q̇ quærit theſauros.
Par es alchimiſtæ.

*Multa tibi multam: par es,[e] cui dira cupido eſt*
*Theſauros reperire nouos: uel prodere uerum*
*Ex uiuo argentum: nec habet quod ueret ab uno,*

f Mendicat. ſ. alchimiſta. Ab arte feraci irriſio eſt. ſ. ab arte tam feraci tam vtili, tu ſedutus.

*Omnia ſunt fleci, mendicat[f] ab arte feraci*
*Talis, & ipſe miſer ſeductus in aere tandem*
*Vulgari applauſu, deus & tibi crederis ipſi,*

Ceperunt

*Cœperunt clamare omnes extollere uoces*
*In pecudem, & ſæuire lupi, uox feruida uoci*
*Non dabat ipſa uices prodendi iniuſta quærellas,*
*Sunt quæq; & confuſa, uelut ſi turba ſororum*
*Fœmineo eſt admixta choro, quota portio gentis*
*Humanæ formæ, quando implicat altera uerbum*
*Cum uerbo alterius, triplici* [a] *& ſua fœmina nexu*
*Indiſtincta cadunt: recutitus & ordo loquendi*
*Sic permixtus erat, tanta eſt ignita cupido*
*Incuſare deum: callentes uertere* [b] *teſtes,*
*In uitium tentare bonum: ſed dæmone tandem*
*Progeniti uenere duo, qui talia falſis*
*Nexibus inuoluunt, dixit mirabile templum hoc*
*Deſtruet, & triduo mea magna potentia templum*
*Reddet idem: paries poteritq; reſurgere primus*
*(Vt deus hoc faceret faber optimus orbis: & author.)*
*Et plura his dixere: quibus reſponſio nulla*
*A Chriſto eſt nudata pio, furit æſtus in etnam,*
*Cui princeps: cur ipſe taces? effare: moraris?*
*Tota reum te turba facit: tibi maxima uirtus,*
*Mox templum eſt æquare ſolo, mox condere templum*
*An deus enodes? diffama, an filius ingens,*
*Desq; deo laudem: genitor ſi iuppiter ille eſt?*
*Vt ſeruaretur ſummi reuerentia patris,*
*Dixiſti, ſaluator ait, tunc maximus heros*
*Ira: odio: ſua corda tumens incepit amictus*
*In proprios ſæuire* [c] *miſer, uelut ebrius: atq;*
*Sanguinolentus aper: nec lex pia teſtibus, infit*
*Indiget, at mortis damnetur faucibus atræ,*
*Qui reus eſt mortis, proprio damnandus ab ore,*
*Nulla mora eſt, furit atra cohors, dant uerbera, ſanctā*
*Et faciem cedunt, uellunt, ſine lege, bicornem*

a Triplici verbo. i. terſtiata verba. Recutitus. ſ. iudeus: & ordo loquendi diuiſim.

b Vertere. i. tanta eſt cupido tentare teſtes ſcientes vertere bonum in malum.

c Sæuire i amictus qa ſcindit ueſtimenta ſua.

Et barbam, impura uultum fœdare ſaliua
Atq; oculos uelare [a] ſuos, & arundine longa
Percuſſere caput, ſciret ſic clauſus in umbra
Quis porrexiſſet capiti ſua uerbera ſancto,
Diuinaret item tenebris, uelut augur apollo,
Quæ facerent fera ſigna manu: diuumq; uocabant
Contemptu, [b] & reſonas tollebat ad aera uoces
Sæuentum cœtus: bacchantum more, furebat,
Audiat hæc pontus: ſic audiat horrida tellus,
Quæ [c] faciem non culta ſuam, nunc aeris atras
Suſcipiat lachrimas, lachrimæ ſint omnia mœſtæ,
Cœlum ingens quod cuncta p̄mit: uaga ſidera: & ignes
Zodiaci tum ſigna ſui: ſol cinthia: & æther
Aer: unda ſimul, terra: & pars infima mundi,
Arborei fœtus, & quæ tellure uagantes
Sorte [d] tenent ortus, lachrimæ ſint omnia mœſtæ,
Et ſacer infernus, proprias proſerpina uires
Amiſſura ſuas: petet hic phlegetonta: lacumq;
Exili priuabit, item poſt funera regno
Plutonem: ac animas patrum fera tartara reddent,
Dent lachrimas cuncta ergo grauas: ſpes unica mundi
Et deus hic patitur, chariq; tonantis amici
Compoſuere fugam: ſuperum cui regna [e] ſequutus
Credita ſunt tantum: ſic quem dilectio charum
Diſcipulum proprio fecit uirtute magiſtro,
Qui notus faciles adytus: & aperta ſequenti
Atria, clauigero miti mox impetrat ore,
Frigus erat: uacuis accendunt fellibus ignes,
Stant circum: petruſq; ſimul frigentia flammis
Membra fouet, macie nimium defecta ſenili,
Clauiger & nutrit calido ſua corda fauore,
Hunc ancilla premit uerbo ſcelerata proteruo,

Nunc

a Vellare pro, uelarunt. Sciret. ſ. vt Sua verbera pro ſuo capiti accommodatio adiecti ui eſt.

b Contemptu pro contemptui Virg. 4. geor. nanq; aliæ uictu inuigilant.

c Quæ tellus non, habens cultum ſuum ſuſcipiat a cœlo pluuias Ignes. ſ. ſtellæ.

d Sorte a caſu oriuntur. Sacer maledictus.

e Cui regna. i. Petrus tantum ſequutus eſt & ioannes. Hic illic.

Nūc ſequeris feruenter,ait,quem uincula noſtro
Carcere connectant,& cras è pluribus unus
Diſcipulis maior:modicoq; rubore ſenilis
Veſtita eſt facies:trepido cui fatus & ore,
O' mulier,non noui hominem,commertia ſecum
Nulla mihi fuerant:nec uerba reliquerat idem,
Altera ſubſequitur:nonne hic comes unus in illis
Huius erat capti?proprio te iudicat ore.
Sermo tuus,niſi uera neges,tunc uera negauit
Obteſtans neſcire hominem:neſcire magiſtrum,
Principis at ſeruus:nocte hac te,dixit,in horto
Vidimus & lateri gladio munitus iniquo[a]
Hærebas in caſtra minax,tunc clauiger orci
Inter,ſe,cancros uidit,tum ſidera teſtans
Affirmat neſcire illum:quibus,ordine,dictis,
Nocturnas ales cantu condiuidit horas,
Hunc Chriſtus reſpexit[b] item:mox atria mœſtus
Exiuit,lachrimæq; graui,ceu flumina lapſu
Per faciem cecidere ſenis,ſuſpiria ab imo
Pectore naſcuntur:nec non his uocibus,inquit
O' mea ſors,q̃ dira fuit,quis crimen amarum.
Expiat?ò tellus,nunc me tua uiſcera tetro
Ore petat,merui pœnas,pandora[c] refundat
Omne genus morbi miſero mihi,perfidus error
His maiora petit,ſi ſint grauiora pericla.
Æthereа delapſa domo,mea corpora uexent,
Heheu turpe nefas:faſſus neſcire magiſtrum,
Hunc miſer amiſi,nec erat mihi cauſa negandi,
Hunc uidi,comes ipſe fui,de puluere traxit
Me indignum ad ſuperos.ſed nunc in tartara lapſus
E' cœlo ſum fraude miſer,quæ ingrata magiſtro
Diſcipuli merces?tunc ſe neſcire magiſtrum

a Iniquo inimico. Vidit ſe inter orci cācros

b Reſpexit ſpirituali. non corporali reſpectu.

c Pandora ex gentilici opinione non autem hebraica locutus eſt.

Dicere[a] quæſitus, nec uult releuare cadentem,
O' me infœlicem, quis me infœlicior alter?
Flete oculi: noſtrumq́; ſcelus purgate dolentes,
Omnia ſint luctus, & tu mihi parce, nefandum
Pœnituit feciſſe malum, mea culpa doloris
Cauſa tui eſt: crimenq́; meum tu uictima deles
Peccaui, qui fortis eram promittere uitam
Verba timens tantum, ſed quid ſi tela fuiſſent,
In miſerum: & celeres uidiſſet pugna ſagittas?
Ante ego ter galli cantum te diue negaui
(Hoc ſignum petro uitæ prædixerat author
Ante ſonum galli ter me tu, petre, negabis)
Peccaui, miſerere mei: ſuccurre cadenti
Te ſine, & æthereo nec me depelle theatro,
Hoc[b] mihi præceptum eſt: ſubiecto parcere: fratrem
Amplecti decies, decies ſi errauerit, idem
Venerit ad culpam, mores mutauerit atros,
Et totiens medicina iuuet fera uulnera: foſſus,
Fomentum quotiens repetat: ne tranſeat orco,
Hic nec plura loquens premit altum corde dolorem,
Laſſata in pecudem magnorum turba luporum.
Interea haud ſaciata malis pallatia ponti
Præſidis accelerat romanæ conſcia gentis
In mortem chriſti: ſæuo[c] & duxere pilato.
Hebrei pedites uinctum poſt terga tonantem
Blanda manus teneras: & ſtricto uerbera collo,
Tollebant uoces: reſonat clamoribus æther
Inq́; diem tenebras multorum lampade uertunt,
Armorum ſtrepitusq́; citant[d] torpentia ſomno
Membra putri: ac timidas figebat cornea curas
Vox animis: linquuntq́; toros: timidæq́; puellæ
Aſſurgunt celeres: ſpeculis & lumina ponunt,

Dicere

a Dicere quæſitus. ſ. nec ces diſcipuli in magſum eſt queſitus dicere ſe non noſſe magſum ſuum: nec illum adiuuare egentem.

b Hoc præceptum eſt mihi a te.
Mores vitia.
Foſſus percuſſus.
Orco ad orcum.
Tranſeat. ſ. hinc. i. ne moriatur & hoc intelligitur de morte animæ quamuis immortalis.

c Sæuo magno.
Vinctum manus poſt blanda terga.

d Citant excitant.

*Ducere ouem cernuntq; lupos, pars dicere*[a] *iuſtum eſt,*
*Pars mœrere graui triſtis pia corda dolore,*
*Notus erat multis, multis ignotus, eidem*
*Diuerſi diuerſa dabant: ſub tecta quirini*
*Ducitur, auſonio dant hunc dira agmina regi,*
*Accuſant hunc eſſe reum, quia legibus obſtat,*
*Contemnit uerumq; iouem, ſeductor apellæ,*
*Subriſit præſes, ficta hæc cognouit, iniquam*
*Inuidiam, nouitq; odium: magnoq; pudicam*
*Herodi mox miſit ouem, galileus ab uno*
*Audiuit ſaluator erat, qui lætus & idem*
*Exultans ſuſcepit ouem, cum præſide & iras*
*Extinxit, prius hoſtis erat recutita propago*
*Præſidis, ambo feræ faciunt noua gaudia pacis,*
*In ſolio reſidensq; ſuo fert talia capto.*
*Nate deo, ſi uera meis dant auribus ora,*
*Audiui: miranda facis: pede flumina ſicco*
*Pertranſis pleno ripas rapientia curſu,*
*Inq; merum liquidam uertis de fontibus undam,*
*Et plura ijs uirtute potens miracula miſces,*[b]
*Hæc ſi uera canant, uſum natura, modumq;*
*Hic uertat (monſtrauit aquam) ſit limpha calenum,*
*Maſſica ſint latices: credam ſi facta loquentum*
*Reſpondent uerbis, & tu mihi liber abibis,*
*Obticuit qui uinctus erat, miracula regi*
*Hærenti*[c] *nec fecit honos, & gloria mundi,*
*Prudentem fatuum cenſet, cui nulla ſalutis*
*Cura fuit propriæ, candenti & ueſte remiſit*
*Indutum auſonio,*[d] *romano iure, tiranno,*
*Qui regeret uerpos, nullus male ſenſerat ex his*
*Qui herodi duxere uirum de ſtirpe tonantis,*
*Ex italis pars una fuit, comes inclita magni*

a ℭ Dicere dicebat iuſtum eſt ꝛ puniatur.
Pars merere merebat graui dolore habens pia corda triſtia.
Quirini romani.i. pilati
Regi.ſ. pilato.

b ℭ Miſces ijs.
Sit limpha aqua vertatur in vinum.
Maſſica ſint.i. vinum vertatur in aquam.

c ℭ Hærenti. dubitáti.

d ℭ Auſonio tiranno .i. italo .i. pilato. romano iure romana poteſtate.

*Romulidæ:& nullo*[a] *reuocant clamore dolentes,*
*Pontius infeſtat frontem, dolor intimus angit*
*In uerpos liuore minax, qui limine primo*
*Ingrato duxere ſibi, qui natus olympo,*
*Nolebat uexare hominem: ſed ſamana proles*
*Dira, procax, ſtimulo inculcat temeraria uerbo*
*Puniat hic Chriſtum, quem multo crimine ſaman*
*Damnauit, mercator erat de ſanguine ſaman*
*Perfidus, humano promptus gaudere cruore*
*Funeris, & uitio*[b] *bipedum notiſſimus iræ,*
*Virtuti infeſtus, cupidusq́; ad plura, bilinguis.*
*Hunc uerbo altitonans: & duro uerbere traxit*
*A' templo: & fatuas fudit ſua dextera merces:*
*Hinc iræ: hinc odium: necis hinc & ſæua*[c] *cupido*
*Huius erat: Chriſtum ſemotæ pontius aulæ*
*Euocat à populo: blando & ſermone parentem*
*Cœlorum*[d] *alloquitur, taliq́; examinat ore.*
*Gens tua te duxit: mea nor romana iuuentus*
*Detulit ad luctum: nec lege c. actus iniqua*
*Supplicio plectere mihi: iuſtiſ, ima iura*
*Cœſaris: & noſtra eſt æqua pe.pendere lance,*
*Quæ deceat librare manu: ſed pelle timorem*
*Vera loquens: ſi regis habes*[e] *inſignia gentis*
*Hebrææ: te tota mihi, de nomine regis*
*Gens tua damnauit, dixiſti, iuppiter inquit,*
*Pontius adduxit turbæ: magnaq́; fatetur*
*Voce notam neſcire mali, ſed perdere iuſtum*
*Lex romana uetat: tunc ij clamore proteruo*
*Ni reus, exclamant, eſſet, tibi contio, ponti,*[f]
*Sancta ſacerdotum ſeruis non redderet iſtis*
*Hunc uinctum poſt terga manus, nec fune ſuperbo*
*Colla neci præmeretur, habes, qui uera loquentur,*

Sunt

a Nullo clamore iſti ro- mani reduxerunt Chriſtũ pilato ſine ſtrepitu quia dolebant de illius pena.
Ingrato nolenti.
Stimulo ſtimulanti.
Saman fictũ iudei nomẽ.

b ℭ Vitio iræ

c ℭ Sæua magna.

d ℭ Cœlorum: angelorũ.
Gens tua quo ad id quod dicit alloquitur.
Iniqua iniuſta: quæ iniu- ſta ſunt iniqua ſunt.
Iuſtiſſima. ſ. ſunt.

e. ℭ Si habes inſignia quo ad id vbi dicitur. Examinat.

f ℭ Ponti vocantis eſt.

*Sunt homines rectæ fidei, uos dicite teſtes,*
*(Adducunt teſtes) quibus[a] hic deprenditur inſons*
*Criminibus, namq; arte bead furit impius atra*
*Fallendi: ſequitur nocens ſub pectore melchon*
*Obſeruans uirus, quos dira mente cabaſan*
*Cogerat ad plura huc falſæ mendacia linguæ*
*Adducti, dixere ſacris ſe legibus offert*
*Infenſum, parcitq; dolis, ut iuppiter, atq;*
*Se natum, propriumq;[b] deum uult eſſe parentem,*
*Hoc audire nephas, neq; enim romane ſenatus*
*Hoc patiare ſcelus clamat ſæuiſſimus axa[c]*
*Primorum qui magnus erat, tum perfidus eſcon*
*Et quæſtu inſurgit: caſtiſſima ſidera natos*
*Non præbent, non uxor ineſt, non gaudia nuptæ,*
*Procedunt teſtes, iubet ipſe ſilentia præſes,*
*Vult templumq; æquare ſolo ter phœbus abibit,*
*Ter ueniet: mox ſurget idem: miracula fingit.*
*His præſes: non iſta mihi quæ dicitis, audet*
*Purus homo: ſine fraude iacet: non ulla doloſum*
*Cauſa facit, tantum regi uos parcite ueſtro,*
*Intonat at paries: reſonant prætoria, multis*
*Vocibus aſſurgunt, hæc ſolus regna ſuperbus[d]*
*Cæſar habet, cenſumq; damus, de iure triumphi*
*Romano imperio: pro lege necatus obibit*
*Hebrea, lex noſtra iubet, quibus ipſe, diebus*
*His feſtis ſoluenda puto, ſi parcitur uni*
*Qui culpa damnandus erat: dant uincula Chriſtum,*
*Dant, cui fæda manus: cũ ſanguine plena, barabbam[e]*
*Humano fuerat: qualem pia gratia uitæ*
*Reſtituat: ſi ueſtra mori lex iuſſerat ambos:*
*Nanq; pares cuncti turpem petiere barabban,*
*Inſontem nimio fremitu fera turba tonantem*

a ¶ Quibus. ſ. teſtibus.
Deprenditur accuſatur.
Bead.
Teſtes.
Melchon.
Bead teſtis iniquus.
Melchon rex mæroris.
vel princeps iniquitati.
Cabaſan eos congregans

b ¶ Proprium ſuum pa-rentem.

c ¶ Axa furibundus dicit
Eſchon cogitatio mæro-ris inſurgit: & etiam que-ſtu.
Procedunt pergant in ac-cuſatione.
Idem templum.

d ¶ Superbus magnus.
Pro lege ſecundum legem
Quibus. ſ. iudeis.
Ipſe pilatus.
Soluenda. ſ. lex. i. puto ſoluenda ſit.
Vite datiuus eſt.
e ¶ Sed quare dixit barab-bam tantum & non alios latrones qui cum Chriſto fuerunt crucifixi cum eſ-ſent tres. ſ. baraban & illi duo hoc factum eſt a py-lato vt facilius liberaret Chriſtus poſitu. cũ vno tantum q̃ ſi fuiſſet com-paratus cum tribus quip-pe omnes illi erant in car-cere addicti morti.

*Decreuere cruci, ſermo ſed præſidis omnes*
*Hos urget, ſtimulis parcant, dixitq́; flagello*
*Confectum reddam, miſero dein parcite cæſo,*
*Huncq́; ligant ſerui: ſeruus cheth[a] unus: & alter*
*Dachar cum multo duræ, mala ſecta columnæ*
*Verbere, tum corpus triplici torſere flagello,*
*Inq́; uicem dant flagra deo, qui carne triumphat.*
*Funditur inde cruor, ſacratum ſanguine corpus*
*Riueſcitq́; ſolo, iuſtas nec uoce quærellas*
*Fundit ouis, tacitam gerit hæc in pectore uocem,*
*Plorate hic, plorate poli,[b] ſuſpiria ueſtris*
*Pectoribus ſint uaſta piÿs de funere ueſtri*
*Regis, & in medium quiſquis lachrimauerit orbem,*
*Plorate hic, plorate uiri, iuueneſq́; ſeneſq́;*
*Virgo, infans: maiorq́; fleat ſua pectora plangens,*
*Plorate hic, plorate freto uiuentia uaſto,*
*Rex patitur, cœliq́; faber, terræq́; mariſq́;,*
*Mulceat ut uerpos præſes de corpore cæſo*
*Oſtendit ſæuis canibus miſerabile corpus,*
*Tunc mage crudeſcunt, dignus moriatur amara*
*Morte magis clamant, magni nec cæſaris ipſe es*
*Seruus, huic parcens, magnumq́; ſuperbia[c] regem*
*Hunc fecit dixere canes, roma illa ſuperbum*
*Sola dedit nobis regem, quæ digna triumpho*
*Imperÿ, ſi rex uiridem ferat ipſe coronam.*
*Diuinum ſic uepre caput, pungentibus atq́;*
*Obducunt[d] ſertis, lacerant & ſentibus illud,*
*Inq́; uicem illudunt, fœdant, dant uerbera, frendunt,*
*Qualis aper canibus, diriſq́; fugata ſagittis*
*Præda, ferox ſiluis ſpumoſo beſtia dente,*
*Atq́; iterant, ſine fine, crucem: ſæuamq́; minantur*
*Cæſaris inuidiam, timido mox territus ore*

*Cæſaris*

a ℭ Cheth .i. percutiens. Interpretantur. Dachar pungens. Mala ſecta appō.

b ℭ Poli.i.angeli.

c ℭ Superbia fecit Chriſtū regē tantū nomine.

d ℭ Obducunt circūdant diuinum caput uepre: & pungentibus ſertis. Inq; vicem tmeſis. Minantur.ſ.præſidi. Inuidiam Odium. Iram. orē facie.

*Cæſaris ad nomen præſes,ſic pontius orco*
*Pallenti[a] miſerum tunc ſe formidine ſtrinxit,*
*Impuras lauitq; manus:ac uoce ſerena*
*Sanguis,ait,Chriſti nullum de cæde minetur*
*Vltorem nobis:tanti ſim criminis expers.[b]*
*Cui ſæui dixere canes: uox,ſanguinis huius*
*Nos petat:& charos præſes,per grata nepotes*
*Pignora perſtringat,ſolio tunc pontius alto*
*Crimine ꝙ trepidus diro ſic protulit ore.*
*Pontius hic præſes romanæ gentis:& ultor*
*Hoſtis in œnotrios:& qui uagus extitit urbi,*
*Cui grande imperium recutiti ſanguinis almi*
*Commiſſere patres purganda ad crimina uinctum*
*Damno cruci Chriſtum,cruce ſic moriatur & atra,*
*Hebream qui lege noua peruertere gentem*
*Conatus:ueterem uoluit confundere legem,*
*Alter at exibit:duro hunc configite trunco,*
*Spiritus à teneris abiens & in aere membris*
*Diſcedat,cæcumq; dolens deſcendat ad orcum,*
*Lætitia clamare omnes,ſententia iuſta eſt,*
*Artifices aptate crucem:cum furibus aptam*
*Perferat iſte necem:minor eſt non ipſe duobus*
*Crimine:qui tetro clauduntur carcere morti,*
*Latrones habuere duos:maneſq; futuros*
*Supplitio:& multi crucibus ſpectacula uulgi,*
*Audiuit quæ facta pio,qui proderat,expes*
*Ante ſacerdotes nummos proiecit iudas[c]*
*Peccaui dixitq; miſer de ſanguine iuſto,*
*Oſcula cara[d] mihi,præcium mihi carius,ergo*
*Accipite hec proiecta manu mala munera nobis,*
*Sanguinis & prætij diram cepere monetam*
*Pontifices templi,quam non æraria condunt,*

ſ

a Pallenti orco ſe dica-uit.

b Expers immunis.
Preſſes uocatiuus eſt per grata pignora appõ.
Sentẽtia pilati in chriſtũ
Almi patres.i.ſacerdotes dedere imperium purgan-di peccatũ chriſti uel pa-tres, romani ſenatores hoc enim imperium a ro-manis habuit, vt puniret reos pœna ſanguinis qua poteſtate carebant he-bræi.
Qui conatus peruertere hebream gentẽ uoluit cõ-fundere ueterem legẽ no-ua lege.
Alter .ſ. Barabbas. qui a de duo facta fuit petitio
Clamare .ſ.cœperunt. uel clamarunt iuſta eſt hæc ſententia.
Minor eſt non iſte chri-ſtus non eſt minor crimi-ne illis duobus qui atro carcere clauduntur ad mortem.

c Iudas audiuit quæ fa-cta fuerunt chriſto.
d Cara.ſ.fuerunt.

At prætio hoc mercantur agrum pro funere cũ quis
Accedat ſanctam, & pereat, peregrinus, in urbem,
Hunc tumulet tellus prætio, & decreta cruore.
Proditor ingemuit: timidoq́; impalluit ore
Se miſerum: miſerumq́; refert: quid fedius unq̃
Eſſe poteſt uili prætium q̃ uile magiſtrum
Offendiſſe ſuum: moritur, nec proditor, inquit
Viuet hic[a] in terris, quæ me lauet unda? quis error?
Quod facinus? diri macula & quæ criminis? ulla
Vlla arbos miſero pandat, ſua brachia,[b] ramos
Vltores, patula iuſtoq́; ex arbore trunco
Extremum miſer ipſe diem, ſine ſanguine clauſit,
Exarſit,[c] ceu tacta leui miſerabilis arbos
Fulmine, uel ſtipule cum iam crepitauerit ignis,
Propter & exundans ignita afflauerit aura,
Omnibus inde fuit turpe, & uitabile lignum,
Nempe ſibi cecidere comæ, tum corpus iniqua
Nigredo obduxit, ſtygiumq́; profudit odorem,
Hic miſer orcheas lachrimans peruenit ad umbras
Plutoni inuiſus, quæ ſpoliauit auernum
Cauſa[d] necis chriſti fuerat: mox turba magiſtros
Artis adit, mora nulla datur, furit effera, mentis
Non ſana: læti promunt ſibi præmia: fabri
Tres fecere cruces, ſublimior una duabus,
Nam fuit hæc Chriſti furit hic furit ille parantq́;
Vexilla: ac acies, tenui[e] & reſonantia cœlo
Cornua, terribili frena & ſpumantia morſu
Concurrunt omnes, pueri ſpectacula uiſunt.
Interea genitrix ſummi diuina tonantis
Ioannis rumore malo: rumore ſiniſtro,
Matronis comitata piys, q̃ mœſta receſſit,
Ex marthæ lacrimoſa[f] domo, ſanctamq́; petiuit

Ipſa

a ¶ Hic pronomen eſt.

b ¶ Sua brachia appõ.

c ¶ Exarſit aruit uitabile lignum appõ. comæ frondes.

d ¶ Iudas inuiſus fuit plutoni quia fuit cauſa mortis chriſti quæ ſpoliauit limbum animis.
Adit magiſtros artis, ad fabros lignarios.

e ¶ Tenui cœlo .i. aeri.
Cornua .ſ. parant.
Frena equos.
Viſunt eunt ad uidendũ

f ¶ Genitrix lachrimoſa.

Ipſa urbem:dat fama nouum lachrimabile matri
Lurida de nato,quem iam ſententia diræ
Præſidis addixit[a] morti,dolor anxius urget,
Et ſua tunc miſere,gladius præcordia fixit,
Ante alias iteratq; gradus:& tecta tiranni
Concita peruenit:populo ſed territa multo
(Expectabat quem uili de plebe tumultus)
Diua petit.quid turba petat:quid plura ſonantum
Cornua? quid pedites? equites? uexilla? quid arma?
Diffamant faciunda ſibi per dura cucurrit
Oſſa tremor:ſanguisq; ſuas,de more reliquit
Virgineas ſedes circum præcordia lapſans,
Recludunt celeres,uigilanti cardine,ualuas,
Atq; implent acies urbem:ducuntq; tonantem
Verberibus:uix notus erat, uix uerbere mater
Confectum nouit:uitæ ſub pondere[b] ligni,
Quo uiſo ferit aſtra:ferit clamore pudicos
Cœlicolas:uiresq; uocat telluris:& alti
Ætheris:& celſum uocat in certamina olympum,
Suppetias[c] natoq; ferant:uiresq; miniſtrent,
O fili:filiq; iterat:quis uincula fili
Dat manibus tam cruda tuis? mihi parcite matri,
At populo eſt reiecta graui:[d] montemq; cadentum
Iuſtitia uenere equites:turbæq; ſequaces
Accelerant ſpectare gradus,pars uenerat ante,
Iuſtitiæ & collem numeroſo milite complent,
Pars oleis[e] erecta aciem direxit iniquam,
Appenſa ueteri pars pendet in aere muro,
Proſpicit hic a colle humili:ſunt omnia plena,
Impia turba furit,rabido fremit ore,cruentas
Denudant ueſtes:fluit unda cruoris,ad omnes
Vndiq; riueſcit partes renouantq; dolorem

a ¶ Addixit condemnauit morti dire iniuſte urget cruciat uirginem ſua præcordia miſere quale illud & ſuam ipſius animã pertranſiuit gladius.
Vel miſere.ſeue aduerbiũ melius tamen eſt ſit genitiuus & ingenioſius: ne mireris quæſo quia & is qui componit poteſt deducere carmen ſuum in diuerſam ſententiam quamuis unius tantum fuerit hoc dixi ne quiſpiam inſurgat dicẽs qd. opus eſt tot ponere ſenſus qñ poeta ſcit quid uoluit dicere.
Diffamant ſibi: diuulgant

b ¶ Sub pondere ligni uitæ.

c ¶ Suppetias ſubſidium.

d ¶ Graui populo a ſummis ſacerdotibus montẽ caluariæ cadentũ iuſtitia.

e ¶ Oleis oliuarum arboribus.
Aciem oculorum acumẽ iniquã inimicam.
Appenſa muro ueteri.ſ. pendet in aere.

a ℭ Veſtimenta alias po ſuerat indumenta.

Chauilla nocens cū fratre qui nomine burran.

b Compingis coniunx gis apelle uocantis eſt: Eſt ne hæc gratia & mercedis letitia ꝙ multa bona opera operatus eſt in populo.

c Quo quanto magis.

d Gens ſcelerata verſant

*Hærentes carni l acera rapit impia proles,*
*Veſtimenta[a] iouis prolixo corpore macron*
*Cum fratre & chiauilla nocens, qui nomine burran,*
*Virginis heu ſudor, tres ſunt, & ſorte repoſcunt,*
*Nuda ouis apparet chriſtus: ferit ora furentum*
*Clamore: inſanas uirgo contundit & aures*
*Fuſa genas lachrimis, tibi quid ſæuiſſima clamat*
*Gens inimica deo, tua qui fera uulnera purgat,*
*Intulit oppoſiti? quæ tanta inſania? ueſtrum eſt*
*Hoc ſcelus ò ciues: meriti quæ perfida merces?*
*Hic claudis direxit iter: noua lumina cæcis,*
*Verba quidem mutis: genus ò mortale, quid hoc eſt?*
*Extinctis uitam reuocat: cui perfida ſæuam*
*Pro mercede crucem rabido confuſa furore*
*Gens ſua compingis[b] uenit en hæc gratia apellæ*
*Mercedis? perimunt uitalia munera dantem*
*O' cœli: ò tellus: aer: ò flumina, ſiluæ,*
*Suppetias huic ferte neci, ſuccurrite cuncti,*
*Si quenq̃ miſeret, mea nulla potentia, tantum*
*Vox nobis: nobisq; dolor: mea uulnera ſaltem,*
*Me lachrimis comitetur item peregrinus in urbe,*
*Hoſpes ego: non diues opum: mihi nulla parentum*
*Copia: tum mulier: quæ me infœlicior unq̃*
*Eſſe poteſt? ſuccurre mihi cuicunq; poteſtas,*
*At mage crudeſcit numerus recutitus ad iras,*
*Quo[c] mage uirgo rogat: dira magis æſtuat ira*
*Effera gens, uaſto ingeminat moriatur & ore,*
*Aſperſa os palore ſuum, trepidantia labra*
*More canum frendens rabioſo & murmure uerſant[d]*
*Diuinum ſcelerata ducem, quem protinus alto*
*Extendunt ligno, figunt & membra tabellæ,*
*Quæq; locis compacta ſuis, quæ cuncta creauit*

Dextra

*Dextra prior ſenſit triplices ſeruiliter[a] ictus,*
*Impia carnificis clauo dum perforat uno,*
*Altera ſic patitur totidem fera uulnera preſſo*
*Pectore cadentis genibus, pars altera[b] collum*
*Dirigit ad tabulam crines connexa ſiniſtræ*
*Manſuis agniculi, furit & ruit inuida proles*
*More canum, lacerant[c] dum fœda cadauera campo*
*Multa cadentis equi, tacitis aut mergitur undis,*
*Dum canis exhauſtus uita, uiuaria piſces*
*Vndiq; labuntur piſces, canis undiq; mordent*
*Corpora: ſic odio mordet recutitus amaro,*
*Mox ubi tranſuerſo fuerint ſibi brachia trunco*
*Equata, & confoſſa truci ſine cuſpide ferro,*
*Sæuus utrunq; pedem polypar tenet, arrigit, aptat,*
*Reſte ligat: rigidaq; trahit diuina rudente*
*Crura deo, curuatq; cedro, fera peſſima[d] plantas,*
*Nulla mora eſt præbetur enim cum pondere grandis*
*Malleus: & reſonos triplicat ſeruiliter ictus,*
*Atq; ijdem fixere pedes: ſuperadditus uni*
*Vnus erat: ferro laceros firmabimus uno,*
*Altera[e] per græcos duplicis fit mentio claui.*
*Senſit amara ſonos genitrix: meus hic dolor, inquit,*
*Mors mea, cur bona crux tibi non miſerabilis ambos*
*Suſcipis: an neſcis cuius tu ſanguine flores,*
*Huic te qui iuſſit naſci tormenta miniſtras,*
*Talia nequicq̃ fundit: fruſtraq; laborat*
*In rabidos iactare præces, impellere greſſus*
*Ad loca tormenti: tetras mœſtiſſima gentes*
*Solicitans utraq; manu diducere, pulſu*
*Fœmineo, conata uiam recludere matri,*
*Ter reiecta retro: ter humi collapſa reſedit,*
*Ter ſocia ſuſpenſa manu, lachrimæq; decoras*

a Seruiliter crudeliter.

b pars altera connexa crines leniſtre.

c Dum lacerant .ſ. canes. Multa pro multum .i. uehementer.

d Polypar fera peſſima.

e Altera per græcos greci dicunt: q duobus clauis confixi fuerunt pedes chriſti nos aũt latini unũ tantum ponimus.

Incæſtant facies comitum: ſingultibus acer,
Ploratu & colles reboant, lachrimæ omnia mœſtæ.
Gens infrena magis rabie baccbatur, & atra
Bile tumet, properat populo ſpectacula toto[a]
Pandere, & in tenues arbor protenditur auras,
(Hæc cœli clauis, magne uictoria palmæ)
Tum ſubito feriunt uariæ ſublimia uoces
Sidera, circunſtant loca, quæ clamoribus implent,[b]
Diuerſi diuerſa ferunt, pro crimine damnant
Non nulli, meruitq; crucem, mens inuida quorum
Macruerat liuore truci, cæcata malignis
Spiritibus, furibunda, procax ſæuiſſima, mendax,
Omne genus ſceleris, mater, ſentina malorum,
A' patiente necem uero demorſa minaci,
At pia quæ ſamij dextrum caſtiſſima callem
Liminis[c] adſurgit mœſtiſſima pectora palmis
Obtundit, uellitq; comas, & uulnere ueſtes
Dilacerat, funditq; preces, ſæuosq; tirannos
Deuouit, obcæcat radios ſol, cinthia nigras
Oſtendit moribunda comas, parteſq; ſacelli
Scinditur in geminas uelum,[d] ſcinduntur & atri
Murorum lapides, gemuere animalia ſiluis
Multorum monumenta patent, ex tempore motus
Telluris ſenſere graues, dioniſius ingens[e]
Cœlorum compos fugientia lumina cernens,
Eclypſim lunamq; pati titanis iniqui,
Quæ minus hic deceat, totus diſrumpitur orbis
Naturæ, dixit, patitur uel iuppiter author,
(Apparet fructus[f] ex arbore ab arbore demptus,
Fas contra, quem primus homo, ſine lege, momordit)
Cuncta gemunt, tantum ſæuit iudea prophano
Ore deum temnit geminis latronibus auctum

Ingentem

a ℭ Toto in toto datiuus tamen eſt ſecundum antiquam inflexionem poſitus pro ablatiuo.
Victoria palma uictorie

b ℭ Implent loca clamoribus, & circunſtant.

c, ℭ Liminis ſamii. i. pia turba quæ dextrum callē litteræ pitagore inſurgit

d ℭ Velum ſacelli.
In geminas partes.

e ℭ Ingens. ſ. philoſophus
Iniqui irati.
Quæ. ſ. eclypſis.

f ℭ Fructus iambus in tertia ſede.

Ingentem comitem, quo,[a] toto aſcenderat orbe
Omne genus linguæ, totū uulgata per orbem
Supplicia hæc fecere forent, nam pontius almæ
Scripſerat in titulum crucis hæc tribus omnia linguis,
Hebrea: graia pariter: fuit italus idem
Aſcriptor tabulæ, gentis ſaluator, apelle,
Rex[b] nazarenus, Nec ſat fixiſſe tabelle,
Membra iouis parcentis enim, qui fixit, appellæ
Potarunt cum felle truci ſitientis aceto.
Ora, nec hic latices, noſtram ſed amore ſalutem,
Cæca ſalutiferas tranſegit lancea[c] coſtas
Intremuit malus: facinusq; exhorruit arbos,
Hunc aluit tigris qui non torquetur amaro
Mœrore, immeritas chriſti ſub arundine, pœnas
Inſpiciens, plorate omnes, fera uerbera: riſus.
Vincula, porrecto crudelia funera ligno,
Sabbata lux chriſtum uetuit uentura cupreſſo
(Magna dies[d]) hærere diu: poſuere capaci
Linthcolo: tacitisq; petunt ſingultibus ingens
Exceptum ferro ſaxum: latitauerat antro,
Vlla necatorum tetigere cadauera nunq̄,
Quem tumulum præſtare deo: conduntq; ſepulchro,
Curritur ad regem: cui contio, talibus infit,
Tu princeps, qui noſtra ſalus, ſanctiſſima præſtas
Gaudia, & auxiſti iudæam munere gentem,
Aduertas. populi ſeductor dixit, ab atris
Partibus: ad noſtras ſtatim conſurgere partes
Velle, à morte[e] dies depreſſis uiribus ad tres
Inferni: & mentem ſe uelle reſumere primam,
Quam demens. miſerum quæ tanta amentia cœpit?
Ægrotantis erat uana hæc deluſio ſomni,
Multa uidens, hic nulla uidet: dementia qualis

a Quo ad quem locum. Toto orbe deeſt Forent. l. ut. Hæc omnia.

b Ieſus. i. nazarenus rex iudeorum. Nec enim ſat. Parcentis apelle qui fixit.

c Lancia nota longinus romanus non liuore percuſſit latus chriſti ſed ut uideret ſi erat uiuus quia uiuenti fregiſſent crura.

d Magna dies appō.

e A morte poſt mortem Mentem animam.

*Vt manes reuocare ſuos à ſedibus imis*
*Crederet extinctus uanæ deluſio mentis*
*Vana fuit miſero, iubeas ſeruare ſepulchrum.*
*Præmia non deſint, pedites[a] ſeruantibus urnam,*
*Ne comites rapiant: uitæ & uelut author: auerno*
*Dum referant redyſſe ſacro, turpiſſimus error[b]*
*Deterior primo, ſtragesq; nouiſſima regni*
*Fiat in urbe homini uæh nobis, præſes, apellæ*
*Pontius in uotis fautor: ſua uota ſecundat,*
*Seligit: & uigiles cogit, caligine cœca*
*Inſignes armis pedites,[c] quos munere donat,*
*Deffendant tumulum, ferro molitur: & haſta*
*Funeris hanc curam: & lapidem ſignare ſepulti.*

a ¶ Pedites ſeruare.

b ¶ Error. ſ. ſit.
Strages. ſ. ſit
Præſes uocantis eſt.
Pōtius fautor appelle in uotis ſecundat ſua uota.

c ¶ Pedites inſignes armis rectus eſt.
Deffendant. ſ. ut.
Hanc curam funeris pro curam huius funeris.

*Ioannis mariæ uelmatij bagnacaballi chriſteidos Liber Nonus explicit.*



## ARGVMENTVM X.

*Surrexit decimo: probat & ſaluator ab imis*
*Veniſſe ad ſuperas laribus uiuatior auras*
*Hidra: & uiuaci de multo fomite flamma,*
*Candida dein nubes rapuit ſuper ætheris orbem.*

# IOANNIS MARIÆ VELMA-
*tij bagnacaballi ad Dominicum Reuerendiſſimum oſtien em epiſcopum Cardinalem tranenſem chriſteidos Liber Decimus Incipit,*

*VEſper in occiduo flauos inflexerat orbe,*
*Et celerans urgebat equos calcaribus:atq;*
*Sol uagus occeanas fugiens[a] properabat ad undas,*
*Frigida cum ſtellis nitidæ commertia lunæ,*
*Cum genitrix:& uirgo parens,comitata dolore*
*Clamabat,lachirimisq́; ſuis quencunq́; ciebat,*
*Ad mea terrificans uenias ſuſpiria pontus,*
*Ad lachrimas aer tenuis diſtemperet imbres*
*Exclamat,manibus figens complexa ſepulchrum,*
*Oſcula dat tumulo,ſaxo quæ uerbera palmis*
*Lenta dabat q̃ȝ mœſta pijs,ò ſaxa dolores*
*Ingeminat clamando graues,ò ſaxa nefandum*
*Vos caſum deflete mihi,ſingultibus arcæ*
*Oſcula tum renouat:frigens duriſſima moles*
*Cur,dixit,natum retine:ingrata dolenti*
*Redde mihi,quem fida tenes,mea pignora ſunt hæc,*
*Si neſcis:natusq́; meus,fluit unda ſerenis*
*Ploranti lachrimoſa genis,reboabilis echo*
*Aſſonat,& totum reddit quæ fleuerat antrum*
*Omnia ſunt lachrimæ,comitum pia turba ſolutis*
*Crinibus exaugent luctum:ſaxa omnia plorant,*
*Antra ſonant:tumuliq́; domus[b] gemit:inſonat æther*
*Nam uocat hæc genitum,genitum reſonabilis echo*

Reddit

a ¶ Sol fugiens frigida commertia.
Piis palmis.
Fida pro fide.
Totum antrum.

b ¶ Domus tumuli Io.2.
Venit ergo ſimon petrus ſequens eum & introiuit in monumentum:hæc eſt illa domus tumuli.

Reddit: & hæc eadem recipit per inane magiſtrum
Ore uomit rurſum quod iam ſuſceperat antro.
Martha ſoror marthæ releuant delapſa ſepulchro
Membra paleſtinæ tumulo & præcordia: nimphæ,
Solanturq́; iouis matrem: laſſamq́; reducunt
Ad propriam mœrore larem: luctumq́; frequentant,
Inq́; uicem multis ſtringunt ſe amplexibus omnes.
Atq́; ſedent laſſæ, longo,[a] & formidine, luctu
Scribarum trepidæ: duro qui pectora ligno
Atq́; manus: ſanctosq́; pedes fixere tonantis
Humana ſub carne uiri: nam mente furentes
Chriſtiſequas dira cruciant indagine: læto
Diſcipulos turpi afficiant: & morte: minantes
Multiplices pœnas: laqueos, fera uincula, ferrum,
Carceris obſcuri tenebras, & plurima mortis
Suplicia: audacem reddunt & uiribus[b] urbem
Sæuitiæ, qua ſacra crucis poſuere triumpho
Membra dei: ac hominis: ſed tantum carne ferentis
Vulnera, ſic placida latitant mœrore quiete
Chriſticole matres, & qui præcepta ſecuti
Sancta ſalutiferi, mores, ueſtigia chriſti,
Interea dum mente gemunt, funduntq́; querellas,
Alma parat pietas infernis ſoluere clauſtris
Subiectas tenuere animas, quas tartara uinclo,
Et patres tenebris ſuperas educere ad auras,
Primæuaq́; crucis ſacrata[c] redemerat arbos,
Exceptus genitor quod primus ab arbore pomum
Abſciderat uetitum: prima hæc contagio mentes
Vulnerat humanas, & longo uinculat æuo,
Deſcendit: deſcendit item, cui pectora dextræ
Sunt uexata cruci: duris & crura flagellis
Subiecit: chriſto qui infrena & corda cadenti

a ℭ Longo luctu & formidine ſcribarum.
Tonantis viri ſub humana carne.
Vt afficiãt diſcipulos turpi morte.

b ℭ Viribus ſeuitie.
Quia cruci affixerũt chriſtum. qua ſeuitia.
Sacra membra.
Soluere animas quas.

c ℭ Sacrata arbos redemeant pomum.
Exceptus deceptus a prima arbore adam abſcuderat.
Nota deceptus non fuit adã ſed ſcienter peccauit.
Deſcendit. ſ. Chriſtus uel pietas cui. ſ. ille cui latro
Et qui.
Cadenti Chriſto mouẽti.

*Liuorem alterius taxans:ſermoneq; mordens*
*Veridico,iuſta moriens in pace quieuit.*
*Eſt locus in medio uiuis regna inuia,terræ,*
*Quod centrum dixere omnes telluris opacæ,*
*Mille tenet portas,totidemq; addantur:& antro*
*Quot poteris numerare aditus,ruit undiq; triſtis*
*Conſcia turba mali:non obſtat rupis:& ingens*

a ¶ Non tardat non impedit.
ORDO
Mons ingens non tardat non impedit turbam ruentem celerare gradus.
Ori ſerpentis diri:& igniuomi appoſitiue fauces æterni uorticis ita ꝙ os ſerpentis ſit dirũ & igniuomum.
Manent expectant.

*Non tardat[a] celerare gradus; mons,cæca ruentem*
*Regna obdens di is,miſeris ſunt omnia portæ*
*Quos diri morſura manent ſerpentis & ora*
*Igniuomi,ingentes æterno uortice fauces,*
*In cæcos uia lata lares:deſcenſus ad ignem*
*Lubricus,ad ſuperas collis rhodopeius auras,*
*Os latum infernæ,ſed faux arctiſſima,portæ*
*Difficilæ eſt reuocare gradum mortalibus ægris,*
*Quos uorat infernus,quia nulla redemptio captis,*

b ¶ Itur a Chriſto & latrone.
Et ut petat.

*Itur[b] ad umbriferas ſedes,deſcendit in antrum*
*Chriſtus:& horriſonas diuina potentia rupes,*
*Non timet horrendas cumarum audentior arces,*
*Non ueteris miranda petit ſecreta ſibillæ,*
*Vt petat & barathrum tumulo non funera condit,*

c ¶ Cogit.i.chriſtus uitã dat:nõ necat quempiã ut deſcendat ad inferos ut æneas miſerum.
Munera appõ.

*(Cogit[c] at aſſurgant)non icta ſecuribus illex*
*Scinditur:haud altis uoluunt a montibus ornos,*
*Non ueneris cognoſcit aues:nec ab arbore fœtus*
*Corripit auricomos,infernæ munera diuæ.*
*Non offam figulauit item,quæ plena ſopore*
*Eſſet ad interitum bucæ latrantis in antro.*
*Omnia ſunt tenebræ,cautes:rorantia flammis*
*Et loca pœnarum:plena & reptantibus antra,*
*Hic glacies:ibi flamma uorax:ibi flumen inundans*

d ¶ Fluxu alias fluctu.i. copia cenoſe aquæ & copia mephitis terre.

*Cœnoſi laticis fluxu:[d] terræq; mephitis,*
*Horror:& ira minax:mors eſt ſine morte,ruinæ*

Cliuoſæ

Cliuoſæ rupis, fletus: ſuſpiria: fraudes,
Diuorum contemptus item, mendatia: morſus
Inuidiæ: adnectans[a] mentes, harpaginis uncus,
Paupertas: uitæ tum deſperatio ſancte,
Supplicium ſine fine nocens, priuatio magni
Luminis ad cœlum: uitij mens conſcia multi,
Et comitum ſcelerata manus: mala cuncta barath rj
At manes diuerſa ferunt[b] tormenta: locorum
Manſio diuerſa eſt, ſupereſt quæ prima parentum,
Ante crucem Chriſti fuerat: non pœna dolentis
Hic inerat ſenſus, tantum priuatio lucis,
Hæc tamen ad tempus uiguit ſed morte ſoluta eſt,
Nam locus hic ſuperas inferni poſſidet arces,
Infantum ſequitur cæcorum manſio, qui non
Baptiſmi ſignum necti meruere ſub ortu
Ambiguo: aut patris non circumciſio facta eſt
His abrahe antiqui, quorum[c] punitio ſenſus
Nulla ferit: tantum cœli priuatio torquet
Hos cæcos: mollis pueros & flamma flagellat,
Tertia pars rapidis cruciat præcordia flammis,
Inferior, geminis[d] manes & uinculat atros
Tormento: ſenſusq; ferunt incendia ligni,
Hoc tamen æternum non eſt, flamma expiat atra
Fœdatas animas uitij caligine multi,
Tum ſuper inſcendunt ſuperas magni ætheris auras
Sunt ubi delicie longo cœleſtibus æuo.
Vltima prauorum ſedes, ibi flamma perennis,
Nulla quies miſeris, & nulla redemptio, ab antro
Exire, & celſo manes requieſcere olympo,
Hæc loca claudantur,[e] cernunt fera mœnia: ſeruat
Lucifer has portas dira ditione triumphans,
Regreſſus, ſtrictasq; tenet proſerpina fauces,

a ℭ Adnectãs mentes q̃ semel mens malo' illecta cum dificultate abſoluit.

b ℭ Ferunt patiuntur. Quæ ſupereſt prima mã‑ſio erat parentum quæ ſupereſt erat.ſ.ante paſſio‑nem Chriſti: poſt expoliata remanſit uacua

c ℭ Quorum ſenſus. Cæcos tenebratos. Flamma pœna.

d ℭ Geminis duabus. Incendia ligni.i.ignem.

e ℭ Claudantur.ſ.ut. Has portas.ſ.omnes om‑nium partium infernaliũ.

a ¶ De' ut concedatur.
Princeps atri.i.inferni.

(Si detur[a] reuocare polo ueſtigia magno)
Nam pluto infernis patribus præuiderat atri
Lætitiam princeps:poſtq̃ præcurſor adiuit
Tartara:de prima referens noua gaudia,lege.
Et diræ chriſti uiſa eſt patientia mortis,
Et fuerant oſtenſa prius miracula genti

b ¶ Re ab ſe illud q͞d erat in lucifer triſtis & merẽs cognouit ab effectu.
Urit exſiccat.

Re quod erat,triſtis cognouit lucifer ab ſe,[b]
Ergo urit timor oſſa:furens:& frigidus extat,
Tartara magna fremunt:pluto quatit ora:furitq;
Per loca tormenti:trepidat proſerpina coniunx
Ditis:& erectis plorat ſerpentibus:ingens
Pœna urit,ſubitis tandem præcordia flammis;

c ¶ Corpora animas uirgi.lib.6.
Præcipit.ſ.pluto.
Deſunt.ſ.cani.
Male uehementer.
Valuas anguigeras.

Nec ferruginea tranſuectet corpora[c] cimba
Præcipit ille charon,terret quem uerbere uilem,
Et ſera terribiles erebi fidiſſima portas
Claudit:& ad curam latrator cerberus audax
Ponitur,hunc ſæuo deraſis enſibus ictu
Deffendit,gladij feriunt ad cuncta minaces,
Millus:& horriſonos arma hæc pungentia crines
Audacem fecere canem:nec robora deſunt,
Ore uomit flammas:& flaua minantia terras
Lumina terrificant:triplex aſpectibus horrent
Pectora tota caput,faciliq; accenditur ira,
Ante omnes latrat:ſpumas uomit ore cruentas,
Omne genus roboat,miſeras male territat umbras
Anguigeras:ſteropes ualuas cum uectibus obdunt:
Impingunt molem & montem,duriſſima poſti
Saxa ferunt,rapidis uallant & mœnia flammis,
Sulphure cum tedis:& quas animauerat arte

d ¶ Pauens priuari imperio aule cœcæ & dira caligine.

Pluto pauens[d] aulæ dira & caligine,cœcæ
Priuari imperio, tanta eſt iniuria regni,
Ergo arcus,pharetram,ferrum,celereſq; ſagittas,

Corripiunt

*Corripiunt: ſeptemq́; parant in prælia cauti*
*Æratas acies: regemq́; obſeruat acerbum*
*Quæq́; ſuum: diſtincta tenent uexilla feroces,*
*Legitimis[a] bello ſurguntq́; horrentia ſignis,*
*Hæc domus inferna eſt ſepteno conſita muro*
*Atq; duces ſeruant ſeptem fera mœnia centri.*
¶ *Prima acies fuluum ſigno gerit alta leonem*
*Aſpectu indomitum toruo, dominata ſuperbis*
*Lucifer huic princeps, qui prima ab origine traxit*
*Huius opes uitij: fert ſigna ingentia ſæuæ*
*Anthiocus doxce tumido uolitantia uento:*
*Alecto & baculis ſtridentia timpana pulſat:*
*Ac ſua diuerſo tolluntur[b] mœnia ſaxo,*
*Deffendunt multa tum propugnacula turre,*
¶ *Alter erat prætium: prætio quæ mœnia mamon*
*Obſeruat multo, tum ſigna ingentia craſſus*
*Adſitiens aurum reliquis, comitatus auaris*
*Oſtentat: parco formica nigerrima uictu.*
¶ *Iis erat in uelis: turpi mox tertia[c] cœno,*
*Tiſiphone & reſonant horrentia cornua bello*
*Mœnia conſurgunt: calido de gurgite uiuax*
*Flamma urit ſeptum, pueri dilector iniqui,*
*Aſotos[d] retinet, tum caſta ſemiramis ardens*
*Inſequitur nato multis comitata puellis,*
*Seruat & actiaca fugiens cleopatra carina*
*Hanc aciem: ſigna ipſa gerit ſurgentia porco,*
*Hæcq́; alijs maior furiarum tertia cornu*
*In pugnam accendit ſteropes, & ſanguine gaudet.*
¶ *Quarta acies[e] irata furit dominata malignis,*
*Hæc ferrugineo defendit mœnia clauſtro,*
*Dira huius celebrat ſerpens uexilla triumphi,*
*Syllo regit rabidas effuſi ſanguinis alas,*

a ¶ legitimis conuenientibus uexilla illa horrentia picturas habent ducibus ſuis conuenientes.
Acies ſuperborum.
Alta ſuperba.

b ¶ Tollunt eriguntur.
Deffendunt propugnacula. ſ. mœnia quæ ſunt multis turribus.
Alter. ſ. paries.
Acies auarorum.
Mamon diuitiarum & auarorum deus dicitur.

c ¶ Tertia mœnia conſurgunt.
Tiſiphone ſexius eſt bello ad bellum.
Acies luxurioſorum.
d ¶ Aſotos luxurioſus.
Caſta ironice.
Ardens nato.
Gaudet ſanguine propter adulteria.

e ¶ Acies iracundorum.
Hæc acies.

Romanus catilina fero tum grandia bello
Linthea demonſtrat, rabido tum cerberus ore
Excitat in pugnam, quibus eſt furioſa uoluntas
In tela: & miſerum, dira ſub morte cruorem.
¶ Quinta ſubit, belli ſpecies, quæ uaſta uorantum eſt
Sardanapallus agit quintum feruentius agmen,
Vncta gerit pugnæ tardi præcordia porci
Pro ſigno connexa ueru læmargus abundans
Vnguine, qui uaſto[a] condibat prandia regi,
Mœnia porcorum partes, coliphia, pinguis
Caſeus, & iecoris nidor, tuceta, ſed arma
Olla, ueru, ſartago, boni certaminis orbes.
¶ Sexta acies[b] rabido, labriſq; trementibus, ore
Subſequitur, pars hæc multa macredine ſepta,
Hec ſacris, & erat ſcribarum plena dolentum,
Inuidus ipſa chaim ſexto mœrore triumpho
Tollitur, in fratrem ſeuit furioſus opimum,
Et qui bella gerens cunctas liuore, per urbes
Incitat ad pugnam fratres, & regna cruore
Spargit hic inuidia (quam turpis beſtia liuor)
Oſſa tegunt muros, ſoliſq; ex oſſibus illa hæc
Mœnia ſunt, putens gerit & canis[c] improba uelum
Fertq; notam mœſtis ibi fœda ciconia uelo,
¶ Vltima tardorum eſt acies, inimica merenti
Præmia uirtutum, nec habet quæ acquirat inerti
Conſociata pede, hec nullo hic inſignis honore
Decubat in cœno putrenti obducta colore.
(Putet iners ſemper) nec erat manus apta labori hæc,
Mœnia ſunt uermes, uitij ſentina, cloacæ
Puris, & anneſi iam circunflexio muri,
Copia per portas miti fruſta ore petentum
Stabat ibi ad pugnam baculo, uel arundine tuta

Armarunt

Acies guloſorum.
Læmargus guloſus eſt.
a ¶ Vaſto regi guloſo ſardanapallo quia fuit ſuus coquus.

b ¶ Acies inuidorum.
Hec erat acies ſcribarum: phariſeorum: & ſacerdotum.
Mærore cum mærore.
Furioſus. ſ. chaim.
Et ille tollitur qui gerens bella.

c ¶ Canis quia animal inuidum eſt.
Fert dat in uexillo illo erat ciconia picta animal fedum.
Acies ocioſorum.
Inimica oppoſita quia nihil operatur: cum merens præmium operatus ſit.
Manus acies hæc.
Sentina uitii appō.
Cloacæ puris. i. putredinis.

Armarunt centrum ſteropes:fera dindima cornu
Multiplici reboant,armorum inuaſerat horror.
Fœlices animas[a] chriſti cruce regna petentes
Inq; ſalutifero pendentis ſanguine ligno,
Sed fruſtra timor urgebat uirtutis alumnos,
Sperabant fruſtraq; ioui pugnare potenti
Deuotæ mentes orci,fera turba,malorum,
Itur ad umbriferas ſedes:ad tartara:ad orcum,
Ad tenebras,ſed cuncta nitent fœliciter ætra
Æthereа,ſoter qua parte ad concaua tranſit,
Et terræ anfractus:cautes mirantur,& antra,
Serpentes diræ fugiunt,ſplendentia Chriſti
Lumina,ſtix retinet curſus obſcura feraces
Horroris multi,cœnoſæ & portitor undæ
Se miſer humenti fluuij cœlauit in ulua,
Cerberus obticuit trepidans demiſſus in aluum
(Quam dederat natura ſibi pulcherrima)caudam,
Extimuere acies cunctæ ſua regna petentem,
Infernasq; deum,multo cum lumine,portas,
Sola[b] ſuperborum confuſa ſuperbia uires
Excitat ut magno regi furioſa reſiſtat,
Progreditur facie rutilans ſaluator ad undas
Fluminis inferni ſine quas uectore,quietas
Pertranſit uirtute ſua,miratur auarus
Portitor ipſe charon:iterum fluxere fugaces
Vlterior cum ripa iouem noua[c] gramina fundens
Suſtinuit,multosq; tulit pro tempore flores,
Quo ſtetit hic chriſtus,tum mœnia ſepta rapaci
Flammarum fluuio accelerat,uirtute iubentis,
Flamma fugit:putri glacies diſſoluitur æſtu,
Serpentes fugiunt:& mœnia cuncta pateſcunt,
Saxa ruunt:nil obſtat enim,quod protegat antrum,

a ℭ Animas petentes regna cœlorum cruce propter crucem chriſti.& ſanguine pendentis in ligno ſalutifero.
Pugnare repugnare.
Sperabāt deuote mētes.i.maledicte.
Fera turba appō eſt.
Pulcherrima optima.

b ℭ Sola, qa ſuperbia opponit ſe deo:
Furioſa ſ.ipſa potentia ſuperborum,hoc eſt, ipſa ſuperbia.
Sine uectore.

c ℭ Noua inſolita.
Tulit protulit.
Hic illic.
Accelerat.ſ.chriſtus:& flāmæ fugiunt.
Pateſcunt aperiuntur.
Nil obſtat chriſto.

Sponte patent portæ:ſteropes fugere,cauernas
Et miſeri petiere feras:ſed lucifer [a] ardens
Occupat infernos adytus:rabida ora tonanti
Soluit:& impium rogat hic uenientis ad orcum,
Cur diræ patuere fores? cur uiuus ad umbras
Venerat? alterius,magniq; in regna tiranni,
Tunc,miſero,ſaluator ait,ioue natus,& idem
Iuppiter humanus ſecli,ſaluator & orbis,
Huc ueni,quæ in uincla rapis præcordia,ſoluam,
Quæ tua ſunt linquo:nulla eſt iniuria regni,
Vade:tene:dominare malis:quos impia tantum
Mens fouit uirtutis inops:& crimen abundans
Sæuitia:cœlumq́; furens [b] contempſerat orbi,
Et quæ fallacis laqueata cupidine mundi;
Te fuerat comitata magis:ꝙ̄ regna piorum.
Dixit:& in limbi clauſas clementia portas
Irrupit:cecidere fores:& cardine ualuæ
Oſtendunt facili ſanctos in uincla parentes,
Indoluit pietas:& miti iuppiter ore
Solatur:totamq́ patrum circunrotat ædem
Lumine cum radijs ait & diuina propago,
O' cœli ciues: [c] multis qui ſecla tenebris
Tot paſſi hanc multa ſpe uos poſt funera lucem
Optaſtis:ne uos pacto ſpes deſerat ullo.
Surgite de tenebris:ſuperas fœliciter oras
Suſpicite:& medium læti tranſite per orbem
Ad uitam,ſine fine,piam ſuper ætheris axem.
Aurora infuſas terris dimouerat umbras,
Solq; uagos ſtimulabat equos:uectusq́ quadrigæ
Oſtentans radios radijs impleuerat orbem,
Perdideratq; comas:nitidos & cinthia crines,
Cum chriſtus flentem ſanctis comitatus auernum

Patribus

a Lucifer ſuperbie rex
Imperium uenientis.
Rogat interogat & petit
Iuppiter humanus.ſ.deus
& homo.
Soluam.ſ.ut.

b Furens orbi contem-
pſerat cœlum.
Taxat hic ſuperbiam aua
ritiam.& luxuriam.

c O uos ciues cœli paſſi
tot ſecula.

*Patribus exiuit:corpuſq; exangue reuiſit*
*Vtq; leo horrenti fortis ſurrexit ab antro*
*Mortis:& ad tumultum uigiles exterruit hoſtes.*
*Prima iouem mater uidit,quæ prima dolores*
*Senſerat:& ſancti ſeuiſſima uulnera ligni*
*Prima quidem genitum fuerat miſerata ferucntem,*
*POST tenebras lux eſt:& poſt lucentia ſolis*
*Lumina:ſunt tenebræ:forma hæc iterata uiciſſim*
*Succedit:magnæ creuerunt gaudia matri,*
*Funera poſt geniti frigenti eiecta ſepulchro,*
*Nam cuncti uidere iouem cum ſanguine mixtum*
*Surgentem a tenebris:primum patriarcha tepenti*
*Eduxit* [a] *teſtem mundo:benedixit iacob*
*In uita extremus genitos:& grandis iudæ,*
*Verba pater dixit ſenſu diſtenta profundo,*
*Ad prædam ſurgens catulus ſpolia ampla leonis*
*Mi fili accubitu mollem cæpiſſe quietem*
*Te cerno:uelutiq; leo quis ſuſcitat illum*
*Mugitu:uidit dauid,ſomnum ipſe profundum*
*Accipiens:ſurgenſq; graui poſt funera ſomno,*
*Micheas,ut Chriſtus ait:cum ſedero ab umbra*
*Conſurgam,ne læta abeas inimica cadenti,*
*Exiuit qui a uentre maris,qui a uiſcere magni*
*Piſcis:hic eiectum crudeli a funere ionas*
*Ad uitam uidit,ſanſon & qui abſtulit urbi*
*Vi geminas gazæ,diuina potentia,portas*
*Inferni confregit enim dura oſtia centri,*
*Angelus a tumulo Chriſtum & conſurgere ſaxo*
*Viderat:& magno tulit hæc noua gaudia mundo*
*Quem matres uidere prius:timidæq; puellæ*
*Gaudet enim cœlum mortem ſuperare nefandam,*
*Pro mundo qui fata tulit ſub crimina lapſo,*

Eiecta.ſ.funera quia ſuper uixit.
a ℭExcludit teſtem gene.49.
Iacob benedicens filiis ait ad iudam catulus leonis iuda.ad prædam aſcēdiſti fili mi iuda, præuidit iacob chriſtum leonē & ob id eius inuincibilē uirtutem, requieſcens accubuiſti ut leo : & quaſi leena,quis ſuſcitabit eum fuit.n.chriſtus de tribu iuda, apoco.i.uicit leo de tribu iuda.ii.ad prædam aſcendiſti,quia Chriſtus aſcendit in crucem,mortuus ſpoliauit infernum: & patres ſecum duxit.iii. requieſcens accubuiſti ut leo.qui ſuſcitabit eum.
Nam leo filios generat ut mortuos quos die tertia ſuo magno ſuſcitat rugitu.
Spolia ampla appō.
Vidit dauid ego dormiui & ſomnum cepi:& exſurrexi,quia dn̄s ſuſcepit me
Graui a graui, vt tāq̄ michee.7.ne leteris inimica mea ſuper me quia cecidi conſurgam cum ſedero in tenebris.dn̄s lux mea eſt.
Ionas ione.ii.&.iii.a ventre maris & piſcis end. uidit Chriſtum eiectum & ſurgentem a tenebris.
Sāſon iudicū.16.a tumulo & ſaxo end.marc.16.
noua magna.inſolita quē angelum.
Eum qui tulit fata.
Pro mundo pro homine
Fata mortem.
Tulit paſſus eſt.

Quandoquidem reparata uiget, quæ lapſerat orco[a],
Natura angelica, ſedesq; receperat almas,
Conueniens fuit ergo nouæ mortalibus eſſet
Letitiæ præco ſupremi ciuis olympi,
Angelus ad tumulum uenit uirtute[b] potenti,
Omniparens tellus tremuit, tum terra quicuit,
Gloria non cecidit radians præſentia fulgur
Huius erat præconis item: ſic uiribus audax
Cuſtodes rigidi quoniam timuere ſepulchri,
Huic humilis deſcenſus enim, quia matribus inquit
Ore pio: pauidum matres ſedate timorem.
Surrexit: ceſſitq; ſuo ſpes unica ſaxo,
Hę pariter uidere ſuum poſt funera ab orco
Surrexiſſe patrem, luxiſſe & mortis in umbra,
Romani,[c] quæ turba piam ſeruauerat arcam,
Dixerunt uidiſſe crucis qui geſſerat almæ
Vulnera, conformi ueſci mortalibus aura,
Clauiger & petrus uidit, comitesq; beate
In terris uitæ clauſis formidine ualuis,
In medio uidere domus diuina ferentem
Exempla, & pacem ſolidos qui corporis artus
Oſtendit cunctis: cleophas,[d] atq; inclitus author
Scribendi innumeros menſæ cognouerat actus
In medio chriſtum, digito monſtrauit & omni
Indice tum populo dominum: ſua geſta ſequenti
Dindimus: & pleno dominus meus: & deus idem
Ore deus dicens lachrima exclamauit oborta,
Diſcipulis chriſtoq; fuit menſa una: cibauit
Corpus, & immenſos diuina ſcientia ſenſus
Edocuit: petrumq; maris uaga munera uaſti
Tentantem maculis monuit ſua retia cimbæ
Poneret in dextram, magnas & prenderet eſcas

Æqueris

a ℭ Orco ad orcum.
Angelica iambus in. 3.

b ℭ Virtute potenti magna cum potentia venit angelus ad ſepulchrum Chriſti quia terra tremuit Et ecce terremotus factus eſt magnus.
Glorioſa venit virtute glorioſa quia aſpectus eius ſicut fulgur.
Audaci nam pre timore eius exterriti ſunt cuſtodes & facti ſunt uelut mortui Humili quia dixit mulieribus. nolite timere.

c ℭ Romani. i. pilati miniſtri cuſtodientes ſepulchrum viderunt Chriſtū ſuſcitatum.
Veſci aura. i. viuere viuentibus conformi.
In medio domus Lu. 24.

d ℭ Cleo. vna tantum ſyllaba ſit Lu. 24.
In numeros actus. ſ. appoſtolorum.
In medio. ſ. ſtans ipſe in medio locum ſignificat non aſit in medio cœne quia in primo cognitus eſt.
Populo. i. turbe credentiū & apoſtolorum monſtrauit Thomas Ioan. xx.
Diſcipulis Ioan. 21.
Petrum tentantē Ioan. 21.

*Æquoris:in uerbo[a] hoc piſces fluxere ſolutis*
*Retibus,ut ferme caderent retinacula lini,*
*Mirantes traxere uiri,tum a gurgite prædam*
*Et prunis poſuere dapes prægrandis opimas,*
*Ac magni uaga dona freti,dein uiſcera complent.*
*Non licuit titubare diu ſe mente,ſequentes,*
*Sed deus errori occurrit:releuatq; labantes,*
*Conuenit differre diem,quo ſurgeret antro*
*Mortis,& a uita ceſiſſe oſtenderet alma,*
*Nec nimiũ rigido corpus latitare ſepulchro,*
*Ne rueret fundata fides:animata cruore*
*Corporis affixi,duro pro crimine ligno*
*Mortalis uitæ, ſpes[b] & ſurrexit eandem*
*Pertranſire uiam,qua uita reſurgit ab orco*
*Iuſtitiæ & ratio eſt,digno celebrare triumpho*
*Militiæ qui ductor erat,ſuperauit & hoſtes,*
*Fas fuit & uitam dederit morientibus atro*
*Crimine depulſis cœlo,lapſoſq; reduxit*
*Criminis in uepres ad ſumma palatia regni.*
*Ad uitam rediit uitam qui præbuit,ergo*
*Sic licuit reuocare gradus:gaudere triumpho,*
*Pro uita qui bella tulit:mortemq; fugauit,*
*Et quoniam imperium ſanctæ rationis opacat*
*Corporis hæc moles:nec uerum cernit in umbra*
*Hac carnis grauitate fera:titubare ſodales*
*Ceperunt:uere an chriſtus ſurrexerit:an non?*
*Tunc[c] lumen ſaluator enim cæci orbis & altæ*
*Mentis:& arcani clauis quæ ænigmata ſoluit,*
*Aggreditur dubias mentes:& corda refrenat,*
*Hos uitæ comitum mordens hærentia[d] ueræ*
*Imprimit & ſigno patribus præcepta tenaci,*
*Ne ambiguam præmeret lethea obliuio mentem*

a ℂ In verbo in præcepto.
Tum pro tunc.
Titubare mente ſequentes ſe. Antro ab antro.
Nec licuit latere dico in ſepulchro.

b ℂ Spes ſurexit reſurectio Chriſti ſpem dedit reſurgendi a mortuis.
Ratio iuſtitiæ eſt exaltare eum qui audenter & pugnauit:& ſuperauit hoſtẽ
Fas fuit celebrare illum q̃ dedit uitam mortuis.
Lapſos in vepres criminis.

c ℂ Tunc ſaluator appoſi.lumen & clauis quæ ſoluit.
d ℂ Hærentia dubitantia veræ vitæ hoc eſt reſurectionis.
Comitum diſcipulorum.
Mordens hos .i. illos.
Patribus appoſtolis.
Ne obliuio doctrinæ.

*Doctrinæ in ſocijs, hic ſit conuiua fidelis*
*Inter diſcipulos menſæ, tum ſurgit in auras,*
*Candida quem nubes tollit ſuper ætheris axem*
*Angelico ſublata choro, diuina canenti.*

IOANNIS MARIAE
*Velmatij bagnacaballi chirſteidos Liber Decimus & ultimus explicit.*

## VELMATIVS AD SANCTOS

*Qui dextrum tenuiſtis iter, ſancta agmina, cœlo*
*Theoricos cultura lares: ſolemnia patri*
*Fundite uota deo pro me, priuatus ut ardens*
*Æthereas uideam diuino lumine ſedes.*

FINIS.

# IN CONCINATOREM

## *Scottizantem tantum: & thomaſtizantem.*

*TV qui multa doces miro uaga ſul*
*pita ſenſu:*
*Et populo miranda paras, quis fru*
*ctus inermi*
*Tunc ingens animæ præſtatur,*
*inania ſunt hæc.*
*Quanta, ſeris,[a] ſit forma ſibi, proportio qualis.*
*Hæc ſit an armonica: aut numerus:[b] ſit ſanguis, an aer*
*Illa quidem ſpiret, ueniat uel ſphærica: cur hæc?*
*Vna ſit an tantum cunctis? quæ uita patrocli*
*Hectoris hæc eadem fuerit? quæ patris iuli?*
*An minor in pueris? longo uel maior in æuo,*
*Sint ſiue æquales animæ, cur liquerit artus*
*Ante ſenum finem[c]: cur noxia: & altera ſupplex?*
*An magis æterna eſt? mundo uel creta coæuo,*
*Siue pater ſerat uſq;[d] nouas poſt corporis artus*
*Si melior poſt fata ſit hæc, ſi fluminis unda*
*Lethei abſorpta repetat[e] noua corpora uiuax,*
*Communis ſenſus quis ſit phantaſmata quæris.*
*Pars memorans quæ quæris item, quis uerticis alti*
*Intellectus agens, ſomnus, quæ ſomnia, noctis*
*Viſio, ſi ſuperos ſpecies diſtinguat ab iſta*
*Mortalis formæ, ſpecie uenerentur & illi*
*Diuerſa inter ſe, quare deus author eoſdem*
*Condidit è nihilo? mora quæ fuit atra cadentum,*
*Hora fuit? pars æqua[f] magis? uel tertia partis?*
*Temporis an modicū? quid erit poſt clauſtra perēpte*
*Communis uitæ, ſurget uiuatior hidra*

a Seris ſeminas naras ſibi .ſ. animæ.
b Aut numerus ex xenocrate anima eſt numerus ſeipſum mouens quia cum deus ſit ſolus unus alia erunt numerus quæ patris.ſ.eſt hæc eadem ſit iulii.
c Ante finem.i.cur anima ante ſtatutum diem a natura relinquat corpus.
d Vſq; aſſidue ſecūdū veritatem.
e Repetat ſi anima rurſus ſumat corpus habita mundi obliuione quis ſit .ſ. quæris commūis ſenſus Pars memorans quæris q̄ ſit memoria.
Verticis alti.i.animæ imperii.
Si ſpeties mortalis forme diſtinguat angelos ab iſta ſpetie.i.ſi anima ab angelo diſtinguatur ſpē. Illi ſi angeli inter ſe diſtinguantur ſpetie.
f Pars æqua.i.media hora quæ æquatur alteri medie tertia pars partis.ſ. accipiendo medie horæ tertiam partem.

Alter homo: cum iam totum combuſſerit orbem
Iuppiter: aut idem, redeat cum patribus adam:
Vel iudex tantum partes impleuerit ambas,
Æthercam meritis: infernamq; auxerit aulam
Supplicio quæ iuſta fouet:[a] quæ turpia punit
Nec ueniet mortale genus, duriſſima proles,
Amplius excidio formæ, qua, uiuit: & audet,
Quid fuit ante diem primum: quid fecerat author
Is cum uectus aquis: omnes ſi dicitur idem,
Vna hora feciſſe dies, quos ſeptimus obdit
Quo pacto tentauit adam qui tartara torquet:
An dominus: uel ſeruus erat: quæ uerba parentem
Deuinxere meum: uel ſi peccauerat uxor
Absq; uiro, tunc noſtra ſalus cecidiſſet in antrum:
Quæ macula & primos fœdauit iniqua parentes:
An quæ infœlices uexat[b] prægrandis auaros:
An gula uaſta fuit: uel ſæua ſuperbia uitæ:
Inferis & bibulas obſcuris ſenſibus aures.
Quos[c] ſator anteuidet cœno, quos tartara manes
Sint ſumptura truces, diraq; uoraginis ore,
Cur deus his poſuit campis: quos ipſe perenni
Nouerat augendos barathro, quot dindima ſeruent.
Quotq; gradus cœli: ſeu quæ dimenſio mundi:
Solis ad occaſum rutilo ſurgentis abortu:
Quot ſtellæ: quæ ſtella minor: ſi ſole triumphat
Luna ſuo: uarias ſeruent quas ſidera uires:
Quæ uẽus: aut genitor ueneris: q; iuppiter: aut mars
Mercurius q̃ multa ſciat, q̃ gratus apollo,
Materias texisq; graues, cum iuppiter aures
Incutit: & pater eſt: & quis ſit filius, omnem
Arte doces populum: ſeu quæ ſit gratia, qualis
His tribus, & cuiq; eſt firmiſſima, & æqua poteſtas,

a ℭ Quæ fouet iuſta .i. aula cœli quæ punit .ſ. inferna.
Quæ .ſ. forma .i. anima.

b ℭ Quæ vexat .i. auaritia

c ℭ Quos præuidet deus damnandos cur permittit vt generentur.

An

An monas in triade eſt,uel ſit ſubſtantia ſimplex,
Quomodo trina tribus ſunt nomina,dicito,nomen
Iis tribus ac unũ eſt,tribus eſt honor unus:& unum
Sit decus: & uirtus:par gloria,trina poteſtas,
Si pietas:ſi firma fides:ſi & ſidera uiuax
Spes[a] colat,ætherei uel quæ rutilantia tecti,
Enſe minax terret diras iuſtiſſima mentes,
Sermo tuus uigilat:cœlum ſi turpis egeſtas
Non habitet:ſi cuncta uident quæ credere fas eſt:
In tenebris mundi, cœli qui tecta frequentant.
Siq; bonum præſens,quod ibi ſperatur: iniquus
Si nullus ſæuit ſuperas,in crimine,partes:
Cum ſenſu retinenda ſuo quæ uerba reponunt
Auriculæ: natis poſſint quæ promere fidis:
Ioannes ſi partis erunt:& clauiger æquæ
Qui claudit, qui clauſa aperit,ſi dindima poſſit
Soluere,uel tantum medio ſapit aurea mundo
Clauis,erit turbe in ſancto quis fructus inermi:
Cuncta poteſt petrus:tamen hæc duriſſima captu
Fugerunt,rapido uelutí ludibria uento,&
In folijs deſcripta uagis ſecreta ſibillæ,
Hoc ſat erit:laudaris enim,reparabilis echo
Intonat:& bulla ferues extenſior uda,
Secedat paulus,tum qui fudere cruorem
Pro ioue:tum ferio cædat crux digna triumpho.
Atq; utrum currat per lata palatia templi,
Doctus es,hoc ſcimus,ſunt hæc tãtum apta cathedris,
Sunt ubi qui celeres iaculantur,tela,ſagittas,
Chryſippi:& feruens umbone repellitur ictus,
Hic bonus:ille bonus,cœleſtis lumina menſæ,
Quàm bene ſocratico ueſtiris digna cothurno,
Non tamen his locus eſt:ubi dira pericula formæ

a ℂ Viuax ſpes epitethon ſpei.
vel quæ iuſtiſſima.i.iuſtitia.

ORDO EST.

Vel iuſtiſſima.i.iuſtitia colat rutilantia.i. ſidera tecti etherei quæ minax enſe terret diras mentes.
Senſus eſt in cœlo ſi non eſt egeſtas quomodo in eſt miſericordia ſi vident deum facit ad faciem quomodo in cœlo eſt fides ſi bonum præſens eſt ibi quare eſt ſpes:ſi nullus malus ad quid ibi iuſtitia quæ reos punit.
In ſancto in templo:
Cuncta pater petrus:qua ſi dicat quid plura papa omnia põt & habet ptãtem ſoluendi in purgatorio tamen audiẽtes abhorrent has difficultates.
Ferio ſylogiſmus in ferio ironice dictũ eſt. ꝙ plus valeant ſubtilia argumenta ꝗ̃ verba Chriſti.
Vtrum currat quantum ad dubia.
Vbi ſunt qui.
Tela chryſippi appõ eſt.
Vmbone reſponſione hic ſcilicet diuus thomas.
Ille.ſ.ſcottus.
Lumina appõ.
Veſtiris digna .i. philoſophica.
Vina caſtigationes oleũ pietatem monitiones uates vocantis eſt.

*Corporis emergunt: ſed chriſti pabula templis*
*Verſentur: lapſos releuent: & uina miniſtrent,*
*Atq; oleum plagis: tua ſit reſponſio forſan,*
*Spartani, uates, certe tibi crura lycurgi.*

# VELMATII IN CONCIONATOREM

## FINIS.

## VELMATIVS RE-
### uerendiſſimo Car-
### dinali.

ARMA canant alij: ſæuiq; hor-
rentia martis
Prœlia: cui rapida prenditur ha-
ſta manu.
Et dicant multi, quæ tela cupidi-
nis, arcus,
Et ueneris teneras ſemper in igne faces.
Aut mores taxent: referant ſeu prandia regum,
Vel moueant placidos diſtica uana iocos.
Ipſe ego tartareas infido carmine fauces
Perſequor: & fatuos deſtino ad antra deos.
Non clio. cliusq; bonæ ſcribenda ſorores
Sed mea cælorum carmina: dictet amor.
Caliſto hic non urſa fugit: non dirigit arcas
In matrem calamos, tela nefanda, truces,
Nulla ceres: iuno &: nulla ac proſerpina, nullus
Neptunnus tumido, cura ſuperba freto,
Hæc mea percurrit non bacus adulter in uua,
Hic mauors cipriam non præmit atq; deam.
Ergo minus faueant nobis, quæ credita romæ
Numina, mercurius, phœbus apollo minus.
Ipſe ego diſcipulos chriſti, uera omnia ſunt hæc,
Prædico: frugiferam dat mea dextra crucem.
Iure ſitibundo mihi ſidera ſancta miniſtrent
Ad mea frugales, quæ ſapientis, aquas.
Hic tantum pietas ſanctæ ad diuina cohortis.
Liuor & hebrææ gentis ad arma furit.

*Ergo ferat chriſtus uires, ſpes certa labori*
*Hic hermes ſtudio, dalius iſte meo.*
*Lingua mihi paulus, ſoter doctrina paretur.*
*Ad graue ſed lucas ſit comes æquus iter*
*Et tu, quem ueneror, candelæ luminis adde*
*Quæ proſunt ſtudio robora uiua meo.*
*At ſi me fugias (quod erit crudele) fatebor*
*Hæc erit haud æqui ſideris atra manus,*
*Sufficiet noſtro uires deus ipſe labori,*
*Qui nunq̃ ualidam deſerit orbis opem.*

## DE QVIBVSDAM ERRO *ribus ad eundem reuerendiſſimum Cardinalem*

*Velmatius*

*Perfectum nihil eſt, niſi qui conflauit, & illud,*
*E nihilo ualida iuppiter omne manu.*
*Errat enim qui ad uota potens in diſſona fertur*
*Quo magis a macula qui nequit eſſe ſophus*
*Nemo ſatis cautus, niſi qui fugit arma, nec ille eſt*
*Sæpe canis ſequitur qui fugit ante canem,*
*Nam commiſſa ferunt, romæ ut purgentur, iniqui.*
*Qui cadit ingreditur ſi lupus, exit ouis.*
*Sic errata tuli magna exſoluenda ſuburræ:*
*Decepit calidum me ſatis ingenium*
*Atq; moræ impatiens: manus & nimis ardua pennis*
*Tergantur ſapido putrida membra ſale.*
*Non qui cadmeæ fugiunt connubia natæ*
*Crimina caſtigent: ſed mea qui ſapiunt.*
*Adde tamen uirgæ duros quod pauit appellas,*
*Non tenus oppoſito uapulet ergo teno.*

*Velmatius*

## VELMATIVS

*Quis rhodiam pingat uolucrem ſine uoce loquentem?*
*Quis remq; exacuit qua crocodrille cares?*
*Non doctus: non lucis egens ad gurgitis hauſtum*
*Sed quæ gnoſiacum perdidit androgeum.*
*Non peream calchas, mopſus ſi occurrat inermi.*
*Quid mæres calchas ſi tibi mopſus ero?*

FINIS.

# ACTVS APOSTOLORVM PER IOANnem Mariam uelmatium Liber Primus.

HVMANVM poſtꝗ̃ cœleſtia regna ſonantem
Surgentem e tenebris ſublimi patris olympi
Suſcepere throno: turpi formidine pallens
Incutit oſſa timor ueſtigia ſancta ſequentum
Hic[a] iouis humani, ceu parua armenta per agros
Poſt obitum paſtoris eunt, quæ horrentia paſſim
Peſtiferos lyncum: rabioſi & uulnera: morſus
Dura lupi, clauſere fores, & cardine ualuas
Chriſtiſequæ: uenere tamen de plebe petentes
Tecta ubi,[b] qui æthereum petijt uirtute parentem,
Diſcipuli fecere larem: tum protinus intrant.
Quos[c] monet antiſtes iudæ properantis ad orcum
Spe uacua in terris, quoniam defecit[d] iniquus
A luce ad tenebras argenti intentus honori,
Fas erit[e] expulſi ſedem renouare: cadentis
Surgere: quiq; larem regerent uirtute uacantem,
Diſcipulos ſtatuere duos, quorum alter ioſeph
Nomine erat: comitemq; omnes dixere mathiam,
Frugiferas funduntq; præces, tu iuppiter almi
Sideris, & factor magnæ telluris: & alti
Gurgitis: & quæ ſunt toto uirtutis in orbe

a ℭ Hic aduerbium eſt.
ORDO
Ceu parua armenta horrẽtia paſſim peſtiferos lyncum morſus & dura lupi uulnera, quæ eunt per agros poſt obitum paſtoris ſui.
b ℭ Vbi diſcipuli illius q

c ℭ Quos petrus monuit de iudæ.
d ℭ Quoniam deficit, ad monitio eſt.

e ℭ Fas erit ornare ſedem expulſi & fas erit ſurgere qui regerent larem cadentis.
Ioſeph, qui & barnabas.

Omnimodæ:

*Omnimodæ:tu corda hominum qui noſcis, & omnem*
*Hic hominum ſenſum, qualem petis ipſe duorum*
*Detege, quos ſtatuit tibi contio tota tonanti,*
*Impleat ut lapſi*[a] *ſedem, mœrentis iudæ,*
*Tartara quem retinent:curuo & ſuſpenditur arcu.*
*Fatidicas ſuper hos mittunt indagine ſortes*
*Pneumatis:an uelit hunc, comitem uel ſcligat illum*
*Spiritus ad ſedem tetrum properantis ad orcum,*
*Elegit:iunxitq; choro ſors ſancta mathiam,*
*Quem regit iſte cephas:& numina magna frequentat*
*Clara ſemel totum phœbe reparauerat orbem.*
*Biſq; decem uenere dies:rutilantia ſolis*
*Lumina:tum tenebras totidem ſuffuderat orbi*
*Nox erebo prognata truci, cum cætus in unum*
*Conuenit:& tantum ſancto labuntur ab ore*
*Verba præcis iuſtæ, chriſtumq;, & numen*[b] *adorant.*
SVSCIPIVNT *nā ſancta ioue͂, q̄a turpia fraudes*
*(Conueniunt quæ pulchra lari, non fœda uenuſto)*
*Intonat ecce polus, radijs atq; æthra coruſcat,*
*Apparent rutilo linguæ cernentibus igni*
*Diſcipulis:patriſq; uiro ſupereminet omni*
*Spiritus:& geniti in linguis pia gratia magni,*
*Linguarum ſpeties*[c] *fuit hæc, & grandis imago,*
*Lingua quidem docuit uiuum mirabilis orbem,*
*Et monuit faciunda homini, tum uerba ſalutis*
*Et fugienda aperit, centrumq; relinquere carnem,*
*Ignis erat, ſuccenſa forent ut uerba tonantis*
*Ad populum:corda atq; hominum magni æſtus amoris*
*In iouis igniret laudes:neſciret inermes*
*Pallentis uires, pallentis uita timoris.*
*Hic deus ex humili mira uirtute potentem*
*Efficit, ex magno ſic huius inertia*[d] *ſeruum*

a ℭ Lapſi hic ſubſtantiuū eſt. mœrentis iudæ declaratio eſt.

b ℭ Chriſtū & numē end.

c ℭ Linguarum ſpecies expoſitio eſt.

d ℭ Inertia inedia inopia tarditas.

Redditːhic impleuit comites uirtute,timorem
a ℂ In tuentem regna illū qui.
Expulit,audacem fecit qui in regna tuentem[a]
Mitis ouis fuerat,ſerua accuſante leonem,
Fecit ouem paulum:docuit pia regna fideles
Diſcipulos,qui cuncta docet,tum protinus orbi
Omne genus linguæ pandit,mirabile cunctis
Hebrei dixere mero caluiſſe frequenti
Hos homines,quos lingua poli mutire iuberet,
Vnigeni ſermonis enim qui ſeparat uſum
Hic docet ignaros,prius ora tacentia fari,
Et uarios in uerba modos effundere ciues.
b ℂ Vel etiam.
Nanq; geta in linguis:parthus:uel[b] dalmata:ſeres
c ℂ Sabinus latinus tecta ignorata a loquentibus.
Græcia:& aſſyrij:tecta & regione ſabinus[c]
Diſcipulis chriſti:nec quid ſermonis ab illo
Cœtu aberat:nigris lingua hæc peruenerat indis
Mox certe græci μεν.
Pœnus,arabs,uno mox uerſabatur in ore,
Quiſq; erat hebræus,ſeres,tum natus athenis,
d ℂ Inopes uocantis eſt.
Mirantur uerpi,quibus hæc pater ordinis alti
e ℂ Ab umbra currētis calami.
Petrus ait faciens condigna ſilentia cunctis,
Iohel.2.
Hebrei,ſeruate meam,uerba omnia,uocem
Huic ioheli.
Sermonis noſtri,neq; ſit qui ſpernat euntem
f ℂ Somnia tenebroſa.
Iohel.2.
Ad uitæ pia uerba piæ,ueriſſima ſunt hæc,
Et erit in nouiſſimis diebus,dicit dñs effundā de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.& prophetabunt filii ueſtri,& filiæ ueſtræ & iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt:& ſeniores ueſtri ſomnia ſomniabunt:& quidem ſuper ſeruos meos & ancillas,meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo & prophetabūt:& dabo prodigia in cœlo ſurſum & ſigna in terra deorſum &c.
Vina chorum non ulla,inopes,[d] fœdare potenti
Imperio:& uirtute ſua uis nulla momordit
Hunc mihi præſentem,ſubtili tertia,ciues
Linea currentis calami ſignatur ab umbra.[e]
Hoc tantum uirtute dei,quod dixit iohel;
Spiritus huic ingens,effundam,afflarat ab alto,
Hunc flatum in terris,geniti, timidæq; puellæ
Prædicent,miranda canam:tum ſomnia cernent
Quos alitis tenebroſo[f] ſenes:ſeruiq; loquentur,
Et ueſtræ ancillæ:quorum monumenta notabunt.

Maiores:

Maiores:& ſigna dabo uenientia cœlo,
Fulgura,cum tenebris fœdetur terra cruore,
Sol tenebras:roſeumq; dabit luna ipſa cruorem,
Ante dies hominis ueniet quã magnus:& omnis
Saluus erit quicunq; iouem prono ore[a] uocabit,
Verba,uiri, audite hæc,chriſtus miracula cunctis
Qui fecit:qui mira dedit telluris:& alti
Ætheris inſpectu:uobis in iuſſa[b] paratis
Traditus eſt morti:non hunc fera dindima clauſtris
Subdere tartareis potuere in uincula:rupit
Vincula:& infernos ſua ſæua[c] potentia cancros:
Suſcitat hunc genitor:uates hæc uidit in umbra
Marcentis terræ,quando hæc prædixit,ut ille
Cerneret [d] ante deum,ſe qui uirtute potentis
Protegeret dextræ caderet ne lapſus in umbras,
Idcirco mens læta fuit,lingua omnis abundans
Lætitiæ:multaq; caro ſpe quippe quieuit,
Deſinis haud quã barathri fera uincula turpi
Hanc animam ſeruare luto:putreſcere ſanctum.
Et minus ipſe dabis.uitæ tu iuppiter author
Monſtraſti uitæq; uias:tua gaudia ſeruum hunc
Replebunt,uultuq; tuo tua lumina lætant,
...r uates fuit hic dauid:uera ipſe loquutus,
Cuius enim cippus prope nos,ſanctumq; ſepulchrum
Vidimus,& toti dauid quæque attulit orbi
Vera,nec ambigua linguæ mendacis in umbra,
His ergo fida comprehenſis omnibus aure
Quid facimus? dixere uiri,ſaluemur:& orcum
Vitemus,parcatq; deus,peccata relaxet.
Pœniteat ſceleris petrus reſpondet,& unda
Suſcipiat uos ſancta,lauat quæ crimina mentis,
In uirtute iouis,geniti,uel pneumatis almi,

a ℭ Prono oratio humili voce.

b ℭ Iniuſſa contra iuſſa.

c ℭ Sæua nõ.violenta ſed magna.

d ℭ Cerneret dauid. Prouidebam dñm in conſpectu meo ſemp quoniã a dextris eſt mei ne commouear & ſequentia.

*Nam uobis ueſtriſq́; ſatis promiſſio fiat*
*Multa poli: & quoſcunq; deus pater ipſe uocarit,*
*A' prauo hoc arcete luto uos protinus omnes,*
*Baptizatus enim petri quicunq; recepit*
*Verba ſenis, ter mille uiros lauere piaclo*
*Multiplici, populiſq́; dabant miranda: potentes*
*Mirandi uirtute iouis, quibus omnia in unum*
*Collecta è medio ut uictum cum pace tenerent*
*Veſtitum pariter caperent, quos iuppiter auxit*
*Doctrinam augentes chriſti, concordia, & igne*
*Accenſi in chriſtum: & fructu cumulauit amoris,*
*Ioannes,[a] petruſq́; ſimul delubra tonantis*
*Sancta petunt: claudus recubat pia munera poſcens*
*Iis quibus orandum eſt: atq; hac tranſire ſacello*
*Sorte erat, huncq; cephas præcepto intendere uultus*
*Amborum dicit, miſer hic ſperabat: ut aurum*
*Acciperet, nil æris erat, cui petrus: amice*
*Argentum eſt, aurumq́; minus, neq; munera nobis*
*Quæ exoptat mundus, ſi quid uirtutis, habeto,*
*Nanq; iouis pietate, tuis, quocunq; licebit*
*Tu pedibus fœlix confer, tunc ocius omni*
*Exurgit mirante choro, ſine uulnere, purus*
*Mente prius, uegetuſq́; ſui mox corporis uſu,*
*Exiliens: templumq́; petit curuatus ad aras,*
*Inq; genu grates agit hic: laudeſq́; tonanti,*
*Nanq; deus miranda facit: miracula & orbi*
*Iuppiter oſtendit: tetris atq; euocat umbris*
*Altitonans animas, cæcis & lumina reddit,*
*At iouis hic homines ſunt admiranda miniſtri,*
*Vt magnum profitetur[b] opus, quod gratia confert,*
*Diſpenſant hi dona dei, pietatis amore,*
*Non tamen hic omnes theſauri oracula mundo*

a Ioannes alii viri diſertiſſimi faciunt ioannes quadriſyllabum: & .i. breuiant cetera producunt: ego autem nō poſſum adduci vt ſit quadriſyllabū: quamuis reperiatur ſemper poſui triſyllabum & ponam: cum prima longa, nec obſtat uocalis ante aliam: non tamen contenderem quia & tetroſyllabum eſſe poſſet: ſed non ſonat.

Sorte reſpectu claudi, nō templa petentium.

b Profitetur oſtendit.

*Recludunt, geniiq́ꝫ ferunt pia munera cœli,*
*Sed tantum chriſti roſeum uirtute cruorem*
*Qui meruere ſequi: mundum liquere: parentes,*
*Diuitias, genitos pariter, charosq́ꝫ nepotes,*
*Qualis & ipſe cephas: qualis comes ille ſequutus*
*Humani pia uerba iouis: ſolamina uitæ,*
*Mirantur cuncti: iouis & ſtupet inſcia turba*
*Ceruicis duræ, matres, iuuenesq́ꝫ: ſenesq́ꝫ*
*Iisq́ꝫ cœphas: miraris enim quod iuppiter audet?*
*Eſt deus huius opis compos, miracula grandis*
*Iuppiter hic tantum nobis operatur, & illum*
*Ira odio cœci ligno affixiſtis apellæ,*
*Virq́ꝫ abiit neq̄[a] ſaxo ſed chriſtus ab antro*
*Surrexit, cœlum petiit uirtute parentis,*
*Nosq́ꝫ ſumus teſtes horum, quæ[b] fecerat ipſe*
*Chriſtus, & in chriſto genitor compleuerit: author*
*Luminis æterni, cuius, q̄ noſcitis omnes,*
*Et fidei uis magna manus ſanauit auerno*
*Ignari legis chriſtum miſiſtis, at ipſos*
*Pœniteat ſceleris, commiſſa & neſciat author*
*Seminis humani, medio cum uenerit orbi*
*Chriſtus ad exitium commiſſi, & criminis ultor,*
*Et iuſti ad uitam, cantor quem pneumatis almi*
*Prædixit moſes, uates uenit ipſe potenti*
*Semine ueſtrorum, ſic ſtat ſententia, fratrum*
*Diiouis æterni, quem fas audire: uelut me,*
*Quæcunq́ꝫ[c] adducet populo: quæ ſpreuerit illum*
*Cunq́ꝫ anima: exitio ponetur plebis aborſus,*
*Hos, omnes, dixere dies, ſamuelq́ꝫ,[d] paresq́ꝫ*
*Poſt obitum ſamuelis, item de ſemine claro*
*Vos uatum, magnus uates ut prædicat, eſtis,*
*Et teſtamento geniti, quod iuppiter ipſe*

a ¶ Vir neq̄.i.barabbas. Saxo pro ſaxeo

b ¶ Quæ illorum quæ.

c ¶ quæcunq́ꝫ tmeſis.

ORDO

d ¶ Samuel & omnes pares poſt ſamuelem.i.omnes prophete dixere hos dies.i.annunciauerunt ut textus ait.

MOYSES

Prophetam ſuſcitabit dominus deus veſter de

fratribus ueſtris, tanq; me ipſum audietis iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit uobis erit autem omnis anima quæ nõ audierit prophetam illũ exterminabitur de plebe & oẽs prophete a ſamuel & deinceps qui &c.
End.i.in tuo ſemine.

*Ad ueſtros ſtatuit patres: cum dixit abrahæ.*
*In te omnes terræ pregnati & ſemine gentes*
*Suſcipiunt benedicta iouis, tum fine coegit*
*Sermonem antiſtes poſuitq; ſilentia uoci,*
*Ecce ubi tartareæ torquent in uincula fauces*
*Defunctorum animas: pallens diſcordia: pallens*
*Tiſiphone: tum liuor edax triſtiſq; megæra*
*Conſilium fecere ſuum: nec defuit urgens*
*Alecto in pugnas homines, miſerabilis orcus*
*Cum priuaretur ſolito, poſt bella: trophæo,*
*Fama erat in populis uncti, uexilla ſerenos*
*Pandebant miranda ſinus, creſcebat in orbe*
*Vera fides uncti, cum terra[a] ingentia, homoq;*
*Et facerent miranda rudes miracula cœli,*
*Quæ natura nequit, cœcis dant lumina: ſurdo,*
*Auditum, claudiſq; pedes & funera ſiſtunt,[b]*
*A' barathro reuocantq; animas, hæc umbra miniſtrat*
*Sancti hominis, mira hæc certe, maioraq;[c] fiunt,*
*Quam deus in terris multos operatus in annos,*
*Hic tamen eſt author cunctæ uirtutis in orbe,*
*Ergo orcum furiæ linquunt, ſæua agmina, ditis.*
*Ad ſuperum uenitur iter, ſanctamq; prophanant*
*Viroſo intuitu, multi quoq; criminis urbem*
*Aggreſſu, repetuntq;[d] omnes pallatia ſummi*
*Pontificis, nam tota cohors confluxerat ardens*
*In pecudes, quas paſtor agens de patre, reliquit.*
*Cum peteret cœlum reſides taxaret, & æſtu*
*Feruore & fidei tardos animaret, & omnes*
*Fœdarunt liuore truci, turpe agmen, apellas,*
*Intorti crines ſtridebant anguibus, atq;*
*Inyciunt uirus diræ, taboq; cruentant*
*Natura ad facinus pronos, quod turpiter[e] exit,*

a Terra homo q; endia. i. homo terrenus.

b Siſtunt ne moriantur impediunt.

c Maiora. i. plura.

d Repetunt quo ſæpius intrarant.
Diræ dirarum.

e Quod turpiter, diſtinctio eſt.

Ecce

*Ecce manus:peruerſa manus:manus impia:mordax*
*Dira:nocens ſæuit,furor & praui ominis ardet*
*Ira:odio:terrere bonos:& perdere ciues*
*Ad ſuperos uitæ:canis hic:lupus ille flagellat*
*Abſentes:tigriſq; uorat pecudesq; tonantis*
*Arcere à cauſa ſtatuunt:tum concita raptat*
*Se turba:& ciues properat ſceleroſa potenti*
*Deturbare manu:crudeli & tradere morti,*
*Hi ſileant:chriſtumq; negent ſe ſcire,dolentes*
*Ecce adſunt laruæ,tetricoq; ſilentia uultu*
*Abrumpunt, chriſtumq; rogant cur dogmate multo*
*Extollant populis:ueluti ſi iuppiter hic ſit,*
*Et cæco occluſere lari:dum fulſerit hora*
*Craſtina,quæ lucem faciat renouata ſequentem,*
*Veſper ab occiduo iam iam ueniebat olympo,*
*Creuerat atq; fides,poſtq̄ ſurrexerat alto*
*Sol nouus è cœlo,tetraſq; remouerat umbras,*
*Hic populi uenere ſenes,caput ordinis annas.*
*Ioannes,multiq; ſacri,dira hidra caiphas*
*Sæuus alexander:chriſti & traxere ſequaces*
*Diſcipulos:cæco quos dira in uincula clauſtro*
*Ii rabidi tenuere canes:& qua arte rogantur*
*Hæc faciant:tam mira omni,qui grandia callet,*
*Quam magis hæc rudibus ueniunt miranda puellis*
*Ruricolis & ſæua[a] uiris,nam dicite quid ſit:* a ¶ Sæua immania.
*Tunc deus aſpirat petro:qui talibus,infit:*
*Primores populi,uos qui de ſede minori,*
*Audite hæc omnes,& nulla obliuio noſtri*
*Sermonis fiat,uili de plebe nepotes*
*Sanguinis hebrei,ac homines,caro noxia[b] culpe,* b ¶ Caro noxia obnoxia peccato.i.peccatores
*Fexq; ſumus populi,nec iuppiter ipſe,nec ille eſt,*
*Non dij,ſed tantum deus hic operatur,& unus[c]* c ¶ Vnus,ſolus.

Ægrotos ſanat,quem uos fixiſtis appellæ
Humanum in terris ſublimi ad ſunera trunco,
Hunc deus a tenebris reuocat,lapis ille tot annos
A' uobis eiectus erat,quem ut iungeret ambos[a]
Angulus excepit muros,lapis ille ſalutem
Non alibi ſit noſtra ſalus,progignit & auget.
(DIFIcile eſt quæ clara fide,ui,& fraude[b] negari)
Haud poterant obſtare homini,cui uera fatenti
Aſpirat uirtus,nec nugæ oracula fiunt,
Cognouere homines ueſtigia ſancta ſequutos,
Atq; inopes nouere uiros,ſine dogmatis uſu[c]
Dura tamen ceruix inſtat uerantibus,audent
Conſilio renouare neſas,& turpe uenenum,
Quid facinus? quis uera neget? miracula fiunt
A cœno plebis,miſeri,quid plura? perimus
Saltem uerba minas pariant,ne detur,ut ultra
Progrediatur opus tantæ uirtutis,[d] & omnes
Exoptent quæcunq; iubent implere probari,
Defuit haud terror praui ſermonis,& omnis
Fraus operata minas,& diræ mortis imago,
At ſenior ſi ueſtra magis,ꝙ̄ uerba tonantis
Fas audire uiri,proferte hæc auribus omnes
Callentes naſum,liceat quæ audiuimus,atq;
Vidimus ipſa loqui:potuere impellere uerum
Haudquaꝙ̄,liquere homines tum uera fatentes,
Nanq; minæ intrepidis tantum manſere ſuperſtes
Tanti operis iudex cœli ceſſere quirites,
Et comites adiere ſuos,quibus omnia texunt
Quæ dicta a reprobis,patulas mox clamor ad auras
Erigitur,diuumq́; fidem,uireſq́; repoſcunt,
Dauidis[e] iſta ferunt,cur hic furor inſcius,ardor
Vindictæ,querulæq; hominum pia ſidera uoces
Incutiunt

a ¶ Ambos quia angulus duos parietes coniungit, ambus ergo muros.
b ¶ Vi & fraude end.
c ¶ Vſu experimentoꝝ
d ¶ Virtutis poteſtatis.
e ¶ Dauidis.
Dauid media breui protulit ſedulius cur ego dauidicis aſſuetas cantibus odas.
Iuuencus uero produxit.
Edidit hic mariam dauidis origine ioſeph.
Rō nulla extat ſana ego cum illis primam produco & cum uelmatio.
eandem breuiatem: me, dia tamen ſemper curta quāꝙ̄ dauid dicunt habere ultimam longam

*Incutiunt: fraudesq; uolunt: & falſa reponunt:*
*Conuenere ſimul, multa qui fraude, potentes,*
*Aduerſus quem dextra iouis diuina perunxit,*
*Certe una uenere uiri, uenere potentes*
*Imperio reges, romana pontius aura,*
*Regia & herodes fultus ui, cede, corona*
*In puerum chriſtum furerent,[a] cum fratribus iſrael,*
*Implerent & uota tui mi iuppiter alti*
*Conſilÿ fieriq; manus ſtatuere potentes,*
*Cerne minas gentis da nos mutire foroq;*
*Pandere quæ docuit chriſtus præcepta, timorem*
*Pelle procul, peragamus[b] item pia iuſſa iubentis*
*Dicere quod fidei, nec ſit pudor ullus habenti*
*Quod decet ad cœlum: creſcit doctrina ſepulti,*
*A tenebris qui exiuit item: nam ſidera teſtes*
*Aſcenſus fiunt: uera eſt medicina dolentis,*
*A precibus[c] tremit ille locus: tremuere columne,*
*Oſſa hominum tremuere ſimul, mirabile dictu,*
*Spiritus hos implet magni factoris: & ille*
*Qui uenit a genito, clementia[d] ſancta, duorum,*
*A patribus refugitq; timor: mox uerba ſalutis*
*Prædicunt: fiunt uni communia menſæ*
*Cor unum: mens una ſimul proferre quod agris*
*Iure tenent gentis: uel uendere cominus agros*
*Offerre & precium patribus quia gloria uana eſt,*
*Fortunæ, mundiq; ſalus, & in aere floci,*
*Ecce manus domini q; magna potentia cœli,*
*Quidā erat in tribubus: fuit & ſibi ſapphira coniunx,[e]*
*Huic ananiæ nomen, diſtraxerat agrum*
*Occultans precÿ partem, dum cætera ſanctis*
*Patribus adduxit, dicens commune quod hoc eſt*
*Offero, cui paſtor, qualis temptatio: qualis*

a ℭ Furerent deeſt ut.

b ℭ Peragamus quia ſupradictum eſt pandere & prædicare præcepta.

c ℭ A precibus poſt preces.
Tremit preſens eſt.

d ℭ Clementia ſancta appō eſt.

e ℭ Coniunx multi coniux non coniunx ſcribūt non habebunt me municipem dicant q̄d uelint.
Ananiam non inueni in quantitate.
Hoc quod offero cōmune eſt.

Fraus uiget in miſero, mentitus es ipſe tonanti,
Non nobis: hoc omne tuum, ſine fraude, decebat
Iure patris miſerum, quid enim deceptio prodeſt?
Fallenti[a] ſuperos, & qui non facta tuetur,
His auſis cœco rapit hunc infrena ſepulchro
Mors, eadem rapit atra ſuam de fraude mariti
Vxorem, & fraudis uitio mittuntur ad orcum,
Nam timor inuaſit turbas, miranda per omnes
Diſcipulos fiunt, toti & miracula genti.
Ecce iterum alecto cruciat præcordia uirus
Sanguinis hebrei, fœdans liuore priores
Delubri, & tabo maculans ſua uiſcera turpi
Occludunt cœco chriſti ſancta agmina clauſtro,
Viſitat hos patres cœlorum nuntius, atra
Liberat atq; domo, foribusq; in cardine clauſis
Valuarum firmo, ſanctiſſima uerba iubentur
Proferre in medium chriſti, delubra petuntur,
Magnificantq; iouem, genitumq; tonantis in æde,
Doxa ſacerdotum, ſcribarum gloria, princeps
Præcipit adducant e tetro carcere ciues
Chriſti ſequas, ſtatuantq; foro, damnentur & atre
Vna omnes morti, taceant niſi, ſepe minantur
Dira in morte minas, laribus[b] aut abdantur iniquis,
Vſq; obitum uitæ natura occludet inertem
Quo,[c] ſucco defecta ſuo, mergantur in undis,
It ſtator, atq; fores, nec erant[d] uirtute potentes,
Occluſas reperit, mirum hoc, mirantur & omnes
Tum referunt neſcire, uiri, quo nocte profunda
Progreſſi fuerant taciti, tantum oſtia cœci
Creuerunt occluſa laris, ſignata[e] ſigillo,
Inquirunt ubi ſancta cohors, uiuacior hidra
Degat, an in templo ſanctam uel liquerit urbem.

a Et fallenti illis qui vi det anteq̃ res fiant.

b Laribus: bus aut abii tur. i.

c Vſq; quo tmeſis.

d Neq; erãt intra ſeptũ carceris diſcipuli potentes uirtute i. operibus.

e Signata ſigillo. i. probe munita.

FAS *fugere eſt:crudele mori:natura quod optat*
*Oppoſitum morti eſt:non hoc*[a] *natura negabis,*
*Hos populum doctare ſciunt:indagine diram*
*Quærentum ad mortem comites ducentis ad aſtra,*
*Aduenuint templum,quærunt quid in æthera tollant*[b]
*Chriſtiferum nomen:nec iuſſa capeſſere tentant.*
*Iis mage parendum* ποιμὴν *me iudice,dixit,*
*Atq; etiam ſub morte ioui:q̃ȝ gentibus orbis,*
*Ipſe ego ſum teſtis:quem uos fixiſtis apellæ*
*Atq; hi ſunt ſimiles quem uos damnaſtis,inique*
*Inuidiæ:& liuore necis:ſunt ſidera teſtes*
*Surgentis uitæ,ſed uera negatis,& ignem*
*Verbera,uel ferrum,uerumq; fatentibus haſtam,*
*Offertisq; minas,uera hæc quæ pandimus orbi,*
*Excruciant diro ſceleratam arpagine mentem*
*Verba ſenis petri,corda & ſiccantur iniqui,*[c]
*Perdere tentabant,quorum faſtigia creſcunt*
*Credantur uirtute operis,ſermone potentum,*[d]
*Gammaliel legis doctor,ſurrexit in orbem*
*Hebrei cœtus,circumſpicit ipſe,iubetq;*
*Audiri quæ uerba refert,& condere menti,*
*Hinc prius hic ſanctos comites ſecedere iuſſit,*
*Ante dies paucos theodas ſeductor,apellæ,*[e]
*Vt ſectarentur,multos de plebe coegit,*
*Se patrem in terris multe uirtutis,& atri*
*Criminis oſorem dicens,monumenta ſalutis,*
*Credite ſunt uerba hæc,ſed cum ſeduceret, umbra &*
*Eſſet hic,exmplo ſic ſeducentis iniqui,*
PRINcipium *feruet,mediũ tepet,ultima frigent,*
*Mox redit in nihilum quod erat nihil,omnia nugæ,*
*Fumus & hic pomi fumo morientis iniquo*
*Quod ſeruat deuota palus,pro crimine carnis*

a ℭ Hoc.ſ.q̃d fas ſit mortem fugere:& mori crudele eſt.
Indagine quærentum.
b ℭ Tollant apherefis eſt

c ℭ Iniqui ſiccãtur corda ſinec.
d ℭ Quorum potentum ſermone faſtigia creſcunt: ut credantur uirtute operis.

e ℭ Apellæ uocatiuus eſt: põt ẽt eſſe genitiuus ut ſeductor apellæ.

Naturæ obſtanti,periyt ſeductor,& orco
Demiſit diuina manus:quæ falſa fatigat
Supplicys,nam uera ſuo uult eſſe triumpho,
Fecit idem iudas,iudas galilæus,iudæ,
Contigit id thoadæ,uapor hic uaneſcit in auras,
Hæc eadem,ſi ficta[a] quidem,ceſſare uidebis
Sancta cohors,FRONDEſcit opus ſi uera ſequant
Nemo poteſt obſtare deo,concurrere cœlo,
Nomine diſcipulis interdixere flagello
Confectis Chriſti,ne quid crebreſceret orbi
In cruce qui functus uita,dein ceſſerat orco
Ad ſuperos itura lares pia gloria[b] uitæ
Abſcedunt læti paſſi conuitia,uoces,
Hebreasq́; manus diras pro nominis uncti
In ſæuos odio,miro tutamine,[c] apellas,
In ſancto pia uerba tamen reſonantia templo
Non obeunt:VOX nanq; iouis uiuacior igne eſt
Adduntur cum ligna foco quæ follibus arent
Diſcipulum numerus creuit:creuere labores
Seruity ſeruire uiris,ubi plurimus eſſet
Pandere doctrinam fidei labor utilis orbi,
Hæbreos taxant græci:culpabile murmur
Exit ad innocuos,uiduas q; gentis apellæ
Deſpicerent:fidei dum contio tota frequentat
Dulce miniſterium:quibus ÿ noua lumina mundi,
Chriſtiſequæ:uanum eſt menſis ſeruire:relicto
Sermone,[d] & Chriſto:calido & ſeruire palato,
Sancta cohors:ſecerne uiros qui hæc munera cunctis
Diſpenſent:precibus noſtrum eſt inſtare[e] pudicis,
Elegere uiros ſeptem:ſtatuere timonem
Et ſtephanum:reliquosq́; pares:ante ora ſequentum
Prima iouem in terris:Chriſti & uirtute potentes
Impoſuere

a Si ficta.ſ.ſint.

b Pia gloria appõ eſt.

c Pro miro tutamine Chriſti in apellas.

d Sermone & chriſto endia.
Calido auido.
e inſtare firmiter ſtare.

*Impoſuere manus,uerbum creſcebat in urbe,*
*Credentum & numerus,fidei parebat ouanti*
*Multa ſacerdotum turba,& præcepta ferebat,*
*At ſtephanus uirtute iouis,cui gratia,mirum*
*In populo præſtabat opus,miracula pandens,*
*Prodigia,[a] excelſo ſigna & monſtrabat olympo,*
*Liuor edax quoſdam tetigit committere[b] uerpos*
*Cum ſtephano taxare ſuos,& prendere mores,*
*Nemo unq̃ potuit doctrine obſtare potenti:*
*Spiritui pariter,qui diſceptabat,at illi*
*Verba minantis habent,teſtes ad funera mittunt,*
*Qui dicunt ſtephanum magni ſpræuiſſe tonantis*
*Numen,& hunc moſen pariter,fit contio,damnant*
*Plebs ſeducta uirum,magnum tempſiſſe tonantem*
*Dixerunt teſtes.quorum contentio fallax,*
*Et chriſtum dixiſſe locum deſtruxero,leges*
*Mutabo hebreæ gentis,quas maximus author*
*Doctrinæ adduxit,tum ſancta uolumina,moſes,*
*In ſtephano angelicam faciem uidere:tuentes*
*Hunc iuſtum,cui magnus ait,cerne omnia,princeps[c]*
*Si uera hæc quæ obiecta tibi,quæ concio taxat*
*Tunc iuſtus:mea uerba omnes audite priores*
*Conſilij,fratresq́; pares,& ſede minores,*
*Iuppiter apparens ueteri,q̃ magnus,abrahæ*
*Aſſirij admonuit ſanctum ſecedere terra*
*Informi,[d] & ueteres carras habitare,quod actum eſt,*
*A morte[e] hunc genitoris item tranſuexit ad oras*
*Quas colitis,non ille hæres,fuit accola tantum*
*Carrarum,promiſit enim ſibi ſemen,ut hæres*
*Poſt obitum patris regeret,ceu uota iuberent,*
*Dixit item,quia ſeruus erit ſub pondere ſemen*
*Quod geris in lumbo,triginta haud amplius annos*

a Prodigia monſtrabat
b Commitere cum ſte phano.
c Cui magnus princeps i.ſumus ſacerdos.
d Informi ſterili.
e A morte poſt mortem patris.

*Et quadringentos, ueniam, qui uincula iungant*
*Ipſe ego ſeminibus iudex canentis abrahæ*
*Qui pater eſt gentis, ueteri dein ſeruiet aræ*
*Progenies delecta meæ, quæ exiuerit inde*
*Grandæuo & generi: tum circunciſio facta eſt.*
*Et natum[a] genuit, peperit quoq; ſarra ſecundum*
*In terris patrem poſt primi patris honorem*
*Obſeruandi abrahæ, genuit genitoris iacob*
*Filius & genitum noſtrum qui impleuit abundans*
*Stirpe patris magni, geniti tum undena propago.*
*Inuidia, liuore truces mercantibus imum*
*Confratrem præcio damnant, preſſura: triceno,[b]*
*Hæc extrema patris, puero cui nomen ioſeph,*
*Ægiptum duxere uiri, quem dextra potentis*
*Naturæ ſeruabat enim, nec defuit unq̃*
*Quin tegeret diuina manus uirtute camillum,[c]*
*Dilligit hunc, qui multa poteſt illo orbe pharaon,*
*Rex erat ægipti: rex hunc præponit ioſeph*
*Ægipto: laribus cunctis, ut liber habenas*
*Et præmat: & laxet: prorex uideatur ab omni*
*Aſſirio: nullusq; ſuo ſit maior in orbe.*
*Ægiptum deuota fames: chanaamq; flagellat*
*Mittunturq; iterum: dominus qui ſeruus ioſeph*
*Iam fuit, aſſiriæ genti præfectus, iniquis*
*Teſte quidem uero fratrem ſe fratribus offert,*
*Atq; ſuum genus ipſe ſuo, fratresq; reuellat*
*Chara patris ſoboles regi: patremq; fatetur*
*Ætate[d] qui uixit adue melli æthere ueſci,*
*Accerſit genitusq; ſuum pietate parentem,*
*Affines: charosq; ſibi, pius ipſe, nepotes,*
*Venit enim genitor ſerui, uenere parentes,*
*Atq; ibi defecit: pariter periere ſequaces*

a Natum. ſ. iſaac.
Secundum reſpectu ſarre parientis.
Secundũ patrem. i. iſaac.
Abrahe obſeruandi.
genitoris abrahe
Filius iſaac.

b Triceno præcio tri gentis argenteis.

c Camillum. ſ. ſeruum.
Pharaon. arat.
Sumpſerit hoſte caret nec iam ſua iura pharaon.
PRVDENT.
Adſediſſe phocis poſito pharaonis iniquo.
QVINTIA
Seiunctis forti uirga pharaoni profundo.
Chanaam cha longam: namq; ſia herous ſit.
Qui ſeruus. ſ. fuerat.
Suo regi.

d Ætate aduerbiũ eſt.

Sanguinis

*Sanguinis a patre hoc, gelido & poſuere ſepulchro*
*In ſichen quod magnus ibi ſibi fecit abraham*
*Argento, natiſq; ſuis: ſed tempora currunt,*
*Fit prope quod ueteri ſummus promiſit abrahæ*
*Iuppiter auctori prolixi ſanguinis alto,*[a]

a Alto pariter antiquo

*Creuit enim numerus: pharao migrauit ad urbem*
*Infernam: rex alter habet faſtigia regis*
*Sanguinis ægipti: regiq; ignobilis hic*[b] *eſt*

b Hic.ſ.ioſeph.
Ignobilis ignotus.
Hic.ſ.pharao.

*Qui fuerat primo multæ uirtutis ioſeph,*
*Hic genus abſterret noſtrum: delere frequentat*
*Noxius hebreis: ne noſtræ gentis abhalat*
*Mas puer ad mamas quiſq̃: dein legifer orbi*
*Naſcitur aſſirio moſes, noua lampada mundo*
*Lapſanti ad tenebras: & mortis uincula diræ,*
*Ter diana ſuum radians compleuerat orbem*
*Ter quoq; defecit,*[c] *laribus fœtura paternis*

c Deficit.ſ.luna.

*Chara iouis ſoboles diro occultata tiranno eſt.*
*Hunc alit expoſitum regis pia filia creuit,*[d]

d Creuit potens ſermo ne & opere.
Quæ ora quæ regio.
Triſtis iniuria.
AEgipto pro ægiptio vt ino pro inoo uirgi.
Cenſens exiſtimans ſuos apellas cognoſcere q deus daret ilis ſalutem p manus ſuas.

*Atq; opere, hic ſermone potens, cum maximus octo*
*Luſtra ageret uates, fratres uiſurus in oram*
*Seceſſit quæ aleret miſeros, ui ſortis apellas,*
*Vindicat hebreum (cui facta iniuria) moſes*
*Triſtis ab ægipto, cenſens præcordia fratrum*
*Scire: deus charam daret his, pia cura, ſalutem*
*Sanguinis hebrei, moſis quem dextra foueret,*
*Sol nouus exoritur gemini conuitia iactant*
*Inter ſe: multumq; citant*[e] *clamore furorem,*

e Citant apherefis.
Fratres uocantis eſt.

*Iis moſes: q̃ turpe ſcelus, ſi inuiria, fratres*
*Exeat a fratre ad fratrem: cui perfidus & ſons,*
*Et nocuus fratri: quis te pro crmine iuſtum*
*Vltorem inter nos poſuit: uis perdere forſan*
*Me: uelut aſſirium: quem tu lætaliter orco*

Demiſiſti amens inflicto uulnere foſſum,
Verba fugam moſi pariunt exoticus idem
In terra madian latuit uelut exul: ibiq;
Procreat ipſe duos, diuerſo tempore, natos,
Sol quadraginta currens compleuerat annos:
Angelus[a] ad moſen paret: locus ille ferentis
Petreæ deſertus erat, de montibus umbras,
Ignis erat: deus ignis erat: flamma ardet: ab igne
Seruaturq; rubus, ne conſumetur ab igni,
Miratur moſes: miranti iuppiter inquit,
Ipſe ego terreni generis magnumq; parentum
Sum deus, hic abrahæ, geniti chariq; nepotis.
Solue pedes ſoleis: tellus hæc ſancta ruinam
Hebreæ gentis uidi duroſq; gementum
Percepi gemitus: ueni tutentur apellæ,
Miſit & ad regem: regi tum mira furenti
Oſtendit moſes: donec diuiſio fortes
Æquoris undaret pedites contracta;[b] maligno
Atq; equites cum rege feros uiolenter in unum
Funderet hic pontum, ſummi uirtute tenantis
Huic data quæ, uati, qui iam prædixit in iſrael,
Iuppiter ex uobis uatem produxerit, ac me
Audiat hunc populus, ſublimi è uertice montis
Petreæ, quam diuus arabs nunc incolit oram
Verba tulit uitæ moſes, obſtare parentes
Antiqui cepere homini diuina ferenti,
A quo deficiunt: uitulum fecere: præceſq;
Fuderunt uitulo (MAGNA eſt iniuria[c] cœli)
Quo ſpreto ſeruire feris: & tradere morti
Se in tenebris: umbra atq; necis: quæ æternat in igne,
Vnde nihil reditus: nulla atq; redemptio captis,
Conuertitq; deus peruerſæ mentis alumnos

Seruirent

a Angelus. i. deus.
Ad ante.
Paret uidetur uirg.
Cui pecudum fibræ: cui cœli ſidera parent. i. uidētur.

b Contracta. ſ. in ſe. in unum dum coniungerentur diuiſe partes in unum pontum.

c Iniuria cœli magna eſt

*Seruirent cœlo:falſi cui uictima cordis*
*Diſplicet,huic,cœlum,ſedes:non tecta columnis*
*Suſtentata quibus ſpeties exangula:magnum*
*Suſcipiunt ex arte iouem:mens pura,deumq́;*
*Excipit argenti non diua palatia multi*
*Iure ædes dauid,ſummi & plena ara tonantis,*
*Iure quidem templum,pura & delubra ſequaces,*
*Quos ueſtri patres geniti:patrumq́; nepotes*
*Addixere neci:ſed uos didiciſtis iniqui*
*Dogmata priſcorum,quis[a] multa obliuio ſanctæ*
*Virtutis,delere[b] hominem,qui uerba ſalutis*
*In medium profert:nulla eſt amneſtia menti*
*Qui fuit in terris humanus iuppiter:at uos*
*Hanc humilem taxaſtis ouem,cum ſanguine,pœnas*
*Addentes pecudi:tetrum miſiſtis ad orcum,*
*Ter redyt referens phœbeam lucifer æton*
*Lampada,cum redyt fœlix ouis illa reſurgens*
*A morte:& tenebris,* NVLLA *oppugnatio*[c] *cœli ē*
*Feruere hebreos uideas liuore minaces*
*Iræ æſtu ardenti,ſtephanus ſed lumina cœlo*
*Intendens,doxamq́; iouis,magnumq́; triumphum*
*Vidit,& hæc populo:cœlorum arcana deumq́;*
*Intueor,qui noſtra tulit commiſſa cruore*
*In ligno pendens nimio,quem dextra tonantis*
*Se iuſta ſtantem ſummæ uirtutis amœnat*
*Lumine,apanthropi*[d] *tunc multæ uocis apellæ*
*Horrore incipiunt nocuas extollere uoces*
*Anxiferiq́;*[e] *aures manibus,turba impia,fœdis*
*Occellant:inſtarq́; canum diuellere tentant*
*Diuinum à cœtu ſtephanum:rapiuntq́; trahuntq́;*
*Extra urbem miſeri, lapides,ſua tela*[f] *pudicum*
*Excruciant:rabidiq́; furunt,ſeruabat & atrox*

a Quis quibus.
b Delere hominem priſcorum fuit dogma.
Amneſtia præteritorum obliuio.

c Oppugnatio cœli.i. in cœlum nulla eſt.i.parū & nihil poteſt.

d Apanthropi apellæ.i. inhumani.

e Anxiferi anxietatē ferentes.

f Sua tela appō eſt.

Veſtimenta necis paulus,[a] lupus ille ſequentum
Signa crucis, fautor, nulla hic pietatis imago,
Tempora diſcruciant ſaxis, tum pronus, humiq;
Adſerpens genibus magno lachrimantia cœlo
Lumina fert: humilesq; præces gerit ore tonanti
Iuppiter omnipotens,[b] qui cuncta ex ordine cernis,
Qui exaltas meliora [c]polo, qui deprimis orco
Crimina: ne hæc ſtatuas illis commiſſa: ſed auctor
Humanæ uitæ parcas: ignoſce præcamur,
Hæc cum dixiſſet fœlici in pace quieuit.

a Paulus fautor.
b Stephanus
c Meliora.i.bona.

Actuum apoſtolorum Liber Primus
Explicit.

INVASIT *timor: arma parat re cutita propago*
*In pecudes, ſtragesq; die prægrandis eadem*
*Facta fuit, fuga magna nimis, diſperſio gentis*
*Parentis petro, ſaulus uexabat ubiq;*
*Quos poterat tractare[a] manu, dein carcere cœco*
*Cuiuſcunq; gradus uitæ cogebat inerti,*
*Concio ut in chriſto ſanctæ obmuteſceret urbi,*
*Quam deus elegit, ſed quo magis æſtuat amens*
*Turba ſacerdotum, taceant, uelut[b] ignis edaces*
*Diſcipuli erumpunt, occulto in fomite flammas,*
*Elegit ſychen uerba ut præponeret urbi,*
*Crimina & urgeret flammato corde philippus*
*Mira docet: miranda facit, cui maximus heros*
*Seducens alios homines, ut credulus hæret*
*Corde ſimon, comes unus erat chriſti acta ſequentum,*
*Admirans quæ dextra facit dominantis ubiq;,*
*Heroes chriſti ſychen pia pabula cuncti*
*Suſcepiſſe ſciunt, petrum miſere, pudicum*
*Ioannem in terris, quibus ij uirtute potentes*
*Impoſuere manus, dulcem genitoris amorem,*
*Et geniti accepere uiri, quos protulit omnes*
*Et gens & ſychen, cernens miracula ſanctæ*
*Conuerſus fidei, petro, uelut anxius heres*
*Corde ſimon proiecit enim quod fecerat aurum*
*Et talamo patris: patrijs & rebus opimis,*
*Atq; ait hoc munus detur mihi, munera ſunt hæc*
*Pneumatis: ut foueant corda hæc ſperantia quod fas,*
*Concedam[c] conceſſa alijs, q̃ uana libido eſt*

a ℭ Tractare frequenter trahere.
Vitæ inerti mœſte & ocioſe.

b ℭ Taceant deeſt ut.
Velut ignis in occulto fomite erumpit in flãmas edaces.
Sychen, iuuencus uenit ſamaritida ſychen.

c ℭ Concedam alijs conceſſa. ſ. mihi.

Velle polum mereetur humus,proportio nulla

a Onus.auaritia cupientis poſſe fieri.

Huic paſtor te perdat onus [a] cupientis in auro
Poſſe quidem ſancti fieri mutatio cœli,
Munera te perdant:numenq; præcare potentis
Naturæ,ſi orare licet,delere quod inſtat
Semper ad interitum,nec mens tibi uana uacillet,

b Simon.ſ.dixit his ad hec.
Auidus & ardens in mira pneum.
Feciſſet deeſt quod.

His,auidus cum fraude ſimon,[b] & pneumntis ardens,
In mira,ut laudetur opus,feciſſet ad auras,
Si mereor mulcere iouem,dira ultio auaræ
Ne fiat mentis,ueſtra o mereantur honorem
Verba uiri pacis,ſin ſim minus aptus habendi,
Diſponant ueſtræq; preces:gemitusq; profundi,
Spiritus inſideat nobis,& munera cœli,

c Fuderunt ſemina campis viuētibus quos agros quos cāpos dulcis amor magni genitoris & alti geniti incola habitat.

Semina fuderunt [c] campis uiuentibus:agros
Incola quos habitat magni genitoris:& alti
Dulcis amor geniti diuino & ſemine complent,
Mox urbem repetunt:facies diuina philippo

d Et conuertat curſum orbem medium petat.

Precipit in gazam,curſum conuertat:[d] & orbem
Sol ubi dat magnos medium petat ipſe calores;
Iuſſa capit:tum ſanctus iter lætiſſimus intrat,
Candacis eunuchus ſancta ueniebat ab urbe.
Prouectus curru,populus conuenerat urbi:
Subdere ſe cœlo precibus, quo uenerat idem:

e Geniti amos filii amos qui fuit eſaias.
Amos in quantitate non reperi.
Patientis onus ferri.

Reginæ eunuchus:genitiq; [e] uolumina legis
Iſte amos legit,uates ubi comparat unctum
(Dametas dum tondet ouem) nullo ore bidenti.
Effuſo in gemitus:tanta eſt patientia ferri,
Hic patientis onus,nulla atq; iniuria uexat,

f Nec ē tua' de grandis iniuria.
Nec dira.ſ.iniuria citabit Chriſtum ad gemitus.
Mēs diuina.ſ.ſpiritus ſanctus dixit.

Nec [f] prægrandis ouem,chriſtum nec dira mouebit,
Ad gemitus:magno tunc mens diuina philippo
Acelera:ſarraco here,contingc quadrigam;
Se iunxit plauſtro,deinde ora ſilentia rupit,

An

*An capis hæc quæcunq; legis? cui candacis ingens*
*Seruus ait, quonam pacto? ſi nemo latentem*
*Nudauit ſenſum: currumq; inſcendere iuſſit.*
*Et uoluit de quo ſcire, hæc prædixerit auctor*
*Quem docuit, dixiſſe*[a] *deum, qui uenerat orbi*
*Venturum, peccata hominis deleret*[b] *iniqui,*
*Hic lauit mundi maculas: commiſſa cruore*
*Purgauit, quæ magna ſuo, ſpoliauit auernum,*
*Surrexit: pia regna tenet: mundi ipſe redemptor,*
*Perueniunt ubi nimpha ſuas ructauerat undas.*
*Fons erat æmanans, tenui prelucidus unda,*
*E terra: & cauea; cui labra humentia gramen*
*Sparſerat, & circum frondoſi*[c] *umbracula rami,*
*Et roſeos: aliosq; ferens margo ipſe colores,*
*Omnia letabat, flaua & redolentia ripæ*
*Lilia fundebant niueæ ſpiramina ueſtis,*
*Et quæ ceruleas monſtrant cernentibus oras,*
*Ac alios alij generis uiridantia flores*
*Arua dabant oculis, nec erat quod turpe putares,*
*Et cantillabant uolucres præſaga futuræ*
*Carmina lætitiæ,* MAGNA *aquiſitio cœli eſt,*
*En latices eunuchus ait: quid clarius unda hac?*
*Quis me purgari prohibet: cui ſanctus, amice,*
*Credis enim quæ dicta prius? credo, inquit, Ieſum*
*Eſſe iouis genitum? tunc expiat unda fidelem*
*Candacis eunuchum regine ardentis coi.*
*Ad nomen patris: geniti: dein pneumatis almi,*
*Abluit unda caput: ſanctum mox nuntius alto*
*Delapſus cœlo rapuit per inane, nec illum*
*Amplius hic uidit, gaudens remeauit ad oras*
*Reginæ ingentis, quis tunc fœlicior illo?*
*Azotus*[d] *uidit ſanctum præcepta ferentem*

a Dixiſſe.ſ. prophetaſſe eſaiam deum uenturum, q iam tamen uenerat tempore philippi.
b Deleret.ſ.ut.
Lauit a lauo lauas.
Emanans e terra.

c Frondoſi rami ſparſerant umbracula circum. Margo ferens roſeos & alios colores hilarabit omnia.
Ripe fundebãt lilia flaua & ſpiramina redolẽtia niueæ ueſtis.i.lilia alba.i. regiones: & ripas ceruleas.i.lilia cerulei coloris alii pro alius cice.
Si res tote alie rei neceſſe eſt ſimiliter ſit.

d Azo: uſ.n.ſyrie urbs eſt.

Omnibus:humani multo feruore tonantis,
Saulus adhuc ouibus magni paſtoris anhellans,
Verba:minas:ferrumq́; parat, delere cupitq́;
Chriſtiſequas:nomenq́; iouis, qui uiſerat orbem,

a ¶ Damaſco in damaſcū mortalis epiſtola quæ mortem inferret opus appoſitio eſt quo opere.

Primores ardens adyt quæ prima, damaſco[a]
Vrbs ſyriæ peſÿt, mortalis epiſtola ſigno
Pontificis præmeretur, opus, quo perderet auctos
Diſcipulos uncti:iam multum creuerant orbi,
Credentum numerus, CITO fit quod iuppiter audet.
Cumq́; iter hic faceret tonuit polus, ætra refulſit,
Intremuit tellus:timuit penetrabilis aer,
Cum iouis ex alto facies deſcendit:& ingens
Iuppiter inſonuit, fluuios & uerba meantes
Protulit in tetrico ripis retinentia iuſſu,
Saule:quid hic acuis tua tela minantia mortem
In me? dura tibi fiant hæc prælia ſaule.
CALCItrat in ſtimulum, qui uult ſe opponere cœlo
Saulus ad hæc, domine, quis tu mihi? iuppiter inquit,
Ipſe ego ſum Chriſtus, quem tu delere perurges
A' mundo, ſed uana putas:tua robora deſint,
Saulus item:quid paulus agat, da iuppiter, orbi,
Huic deus, hac urbe ingredere, & quodcūq; neceſſe eſt
Vt fiat dicetur enim, nanq; auribus illis
Tantum uerba ſonant, oculos non pauit imago
Corporis ullius, terra ſurrexit, & ullum
Haud uidet īfœlix, QVIA magna minoribus obſūt
Lumina luminibus, comites comitantur, & urbi
Adducunt ſaulum, mirantur digna relatu,

b Suo receſſu.ſ.ſolis.

Ter nitidum fecere diem noua lumina ſolis
Terq́; ſuo præclara comas diana receſſu[b]
Fecerat, aerÿs ceciditq́; è montibus umbra
Non edit, non uidit item rutilantia grandis.

Ornamenta

Ornamenta poliſ;ſed tantum territus aula
Secreta ſemotus erat,precibusq́; pudicis
Fundebat lachrimas,& magno uota tonanti,
Quidam erat,hic cœli compos,cui iuppiter inquit
Vade anania,[a] uicum,qui rectus habetur
Ingredere,& ſaulum quæras,magni hoſpes iudæ
Hic orat,funditq́; preces commiſſa relaxem,
(Diſcipulum ſaulus uidit dare lumina ſaulo)
Viſio mentalis fuit hæc,tunc pauca tonanti
Hæc ananias,multa hic mi iuppiter audet
In tua peruertat uitalia iuſſa,tuosq́;
Diſcipulos perdat,legemq́; tuentibus atram
Offerat iſte necem,multi quam morte cruoris
In cruce ſanxiſti,cœli cui maximus heros,
Heroum primusq́; pater,uade,inquit,& hic eſt
Quem mihi ſeiunxi,populo,gentiq́; magiſtrum
Doctorem,legisq́; ducem,quæ electio magna eſt
Me ferat ad gentes,nec quæ paſſurus,in umbra
Ipſe obdam,nudabo minas,fera uincula,ferrum
Quæ pro me tuba magna feret reſonabilis orbi,
Et præco altitonans noſter,mox ſanctus abiuit
Viſi at & ſaulum,ſalue mi ſaule,tonantis
Vox nobis delapſa polo eſt,indagine paulum
Quære,fuit chriſtus,qui te percuſſit in umbra[b]
Et cæco,lumen uideas,tum pneumatis almi
Hoſpes eas,genitiq́; feras ſolamina uitæ
Impoſuit ſanctasq́; manus,tenebrasq́; ferentes
Reppulit inſidias noctis,dein ſancta reatus
Diluit unda feros,parcæq́; obſonia menſæ
Suſcipit,& uires defecti corporis auget
In ſyria manſitq́; dies,pia uictima,quoſdam
Parentis chriſti,templumq́; ingreſſus,ubiq́;

a De anan'a difficile eſt regulam aſſignare quantitatis quia apud bonos authores hoc nomen nō' reperitur.

b In umbra & cæco end.

Et chriſtum:nomenq́; ſuum tutabat apellas
Et confundebat miſeros tuba uera tonantis,
Affirmans ꝙ chriſtus erat norma ipſa ſalutis,
Et præcium mundi,lux & quæ illuxerat orbi.
μιν ſtupor in cunctis aderat:lupus ille minori
Momento mulceret ouis de cæde furorem,
Conuenere omnes tantum qui fraude repugnant
Præceptis chriſti,caperent ui fraudis iniquæ,
Et clandeſtino curtarent uincula ferro
Corporis huic ſaulo, NIGRVM ſi opponitur albo,
Inſidias nouit,magna & per mœnia fratres
Demittunt paulum,ſanctæ ipſe reuertitur urbi,
Iungere diſcipulis comitem ſe tentat,& illi
Hunc omnes timuere uirum,quia perfidus hoſtis
Hic erat incœptæ legis,tunc magnus ioſeph
Ad fratres duxit ſaulum:narrauit & omne
Quod factum eſt ſaulo,ſiriæ dum tenderet urbi,
Implicuit ſaluator iter,ꝙ lumina texit
Lumine maiori,QVIA magna minora tenebrant,
Laudauitq́; fidem chriſti:ſuperauerat hoſtes.
Tum iouis humani,noſtra eſt quia præda fidelis,
Et canis in uerpos,fida & cuſtodia caulæ,
Ne lupus in pecudes fidei ſe perfidus armet,
Acceptus,græcos,prauæ & ſementis alumnos
Vincebat ſanctæ fidei certamine cunctos,
Molitur ſed turba necē,VERVM arma miniſtrat,
Cœſaream fratres ducunt,tharſumq́; remittunt,
Pax erat in multis,comitum ſolamen,amorq́;,
Et timor in populis,multa & reuerentia turbæ,
Venit enim petrus lyddenſ:pia contio lyddæ
Multa erat,æneam reperit pigredine quendam
Octo annos iacuiſſe hominem,& marcore tumentis

Articuli, cui petrus, ait, te ſanet ieſus
Ænea mundi ſaluator chriſtus, at ille
Surrexit, uidere omnes, quos ſpiritus unxit
Vnguine cœleſti, fierent uirtute tonantis
Et fidei comites, chriſti qui ſacra frequentant
Participesq; poli: quos lydda refouerat omnes, — Et etiam.
Progrediturq; cephas, antiquam uenit ioppem,
Lydda fuit ſed tunc antiquæ affinis ioppe, — Antiquam ioppem.
Thabta[a] erat, hæc ſectans inopes, ueſtigia chriſti
Pauerat, & multo fuerat ſuffuſa timore, — a Thabta pro thabita ratione uerſus.
Defecit uita, quoniam diſtantia parua eſt
Quam facilis tractusq; uiæ pauciſſimus, illi,
Ad petrum miſere uiri, qui uenit, & omnes
Deflentes thabtam reperit, ueſtesq; reſignant
Veſtimenta inopum, quæ thabta extruxerat illis,
Circunſtant omnes, iubet hinc exire, morantes
Virtutem in petro, magni & miranda tonantis,
Hic orat, funditq; præces, gemitusq; ſeueros,
Et lachrimas pro ſorte hominis lapſantis ubiq;,
Inq; pedes ſurgit proprios, mox ora reſoluit,
Hæcq; putreſcenti[b] uitæ ſpiramine terræ
Oppreſſo, magna reuocans ſpiramina uoce — b Putreſcenti terre dixit .ſ. thabitæ. Oppreſſo uita, ſpiramina
Thabta toro aſſurgas, oculos recluſit, ab orco
Actutum ſurrexit item, mox redd ita ſanctis,
Et uiduis hæc uirgo fuit, dein manſit ioppe
Ad quendam petrus credenti mente ſimonem,
Tergora qui a coſtis tunc concinnabat abacta.
Quidam erat armigerum ductor corneluſ[c] in urbe — c Cornelus pro cornelius. Dic pro diei.
Cæſarea: metuensq; deum: plebiq; decorus,
Vidit enim dum nona dic circunſpicit hora
In uiſu angelicum radiantem lumine uultum,
Quem timor inuaſit: multa & formido tuentem,

Angelus huic dixit, cornelii intende: ſed heros
Quis domine es? qui uerba facis? tunc nuntius alti
Numinis, oblata eſt tua ſancta oratio, quæq; [a]
Intrepidæ tribuere manus, quibus omnia deſunt,
Altiſono delata ioui, tum dixit ioppen
Mitte uiros: petrumq; uocato, ſimonis in aula eſt
Ad mare: cuius opus pelles: & tergora coſtis
Delibrata ſuis calce expollire tenaci,
Nam referet petrus, quid ſis facturus: & auras
Subſecuit tenues, ſummum & penetrauit olympum:
Spiritus, atq; oculis actutum euanuit ille.
Magnus eques geminos miſit, tum tertius illis
It comes ex iuſſu domini præcepta timentis,
Deſtinat hos urbi: quibus hæc narrauerat author
Militiæ & princeps, parent, & iuſſa capeſſunt.
Ingrediuntur iter, ſed cum lux altera clarum
Monſtraret phœbea diem: conſcendit ut oret
Ad ſuperas uitæ paſtor, pia regula, partes
Hora quidem ſexta eſt, orat, poſt plura, coegit
Hunc natura ſagax ederet, dum menſa paratur,
Excidit exceſſu mentis, cœlumq; tonantis
Recluſum uidit, ſpecies & uaſis ab alto
(Ceu uelum in terram latum) ueniebat olimpo,
Quadrupedes, cœlumq; ſecant quecunq; uolucres
Serpentesq; inerant: cum uox delapſa per auras
Auribus inſedit: mentem penetrauit & altam,
Surge: petre, occidas, comede, en obſonia menſæ,
Reſpondetq; cephas abſit: commune [b] nec ipſe
Immundum ſumpſi nunq̃ mi iuppiter, at uox,
Quod ſanctum eſt, commune tibi ne dixeris unq̃,
Terq; frequentatum eſt, & mox remeauit olimpum
Vas animis plenum, traheret dum uiſio ad omnem
Clauigerum

a q; pro &, & quæ. Intrepidæ non auare quibus. ſ. illis quibus.

ORDO
b Commune nunq̃ ſumpſi: nec immundum.

*Clauigerum ſenſum, pellionis[a] ianua, miſſis*
*His tribus eſt pulſata uiris, petrumq́; uocabant:*
*Nomine quiq; cephas, cœli cui ſpiritus inquit,*
*Ecce uiri tres, teq; uocant, deſcende, timorem*
*Pelle procul, comitare homines: nihil officit, ipſe*
*Miſi ego, deſcendit dicens, quem quæritis adſum*
*Petrus ego, uel quippe ſimon, quæ cauſa, ſodales,*
*Aduentus ueſtri: tunc ij, cornelius heros,*
*Virq; deum metuens, uerba hæc ſuſcepit ab alto*
*Numine, mitte, uoca petrum: qui degit ioppe,*
*Cuius uerba feras ſecretæ mentis in arca;*
*Suſcipit hoſpitio petrus: quos miſerat heros,*
*Cumq; nouus ſol clara daret ſua lumina templi*
*Antiſtes primus, cœleſtis ianitor aulæ*
*Progreditur, comitatus abit, dein luce ſequenti*
*Cæſaream ingreditur: nanq; expectabat euntes,*
*Magnus eques, proprio & confines ſanguine: amicos*
*Conuocat: & primo uenit obuius, humida tellus*
*Suſcipit hunc humilem, genua in trepidantia pronum,*
*Cui petrus, ſurgas: homo ſum: non iuppiter ipſe,*
*Iuppiter hunc ſimilem, non ipſe,[b] meretur honorem,*
*Intrauere domum: multa huc conuenerat illi*
*Turba uiro affinis, deuotio tanta morantum eſt,*
*Iis petrus, hebreo culpa eſt ſe iungere cuiq́;*
*Alterius legis, nec uos neſcitis, at ipſe*
*Edocuit, qui cuncta docet: q nemo feratur*
*Immundus, communis item, quem ſanxerit author*
*Sideris æterni, petrus quo iure peregi*
*Hoc iter ad ueſtras (ſic iuſſa dieſpitris) ædes*
*Cur me accerſiſtis? ratio? quæ cauſa? quid ergo eſt?*
*Tunc eques, antiſtes[c] oranti nuntius alba*
*Veſte ait; oblata eſt corneli oratio, & omne*

a Pellionis lionis: dilōgus eſt ratione metris

b Non ipſe. ſ. ego. Exaggeratio eſt.

c Antiſtes uocatiuus eſt

Quod dederat tua dextra inopi, mittatur ioppem
Ad petrum, qui degit ibi, quemq; aula ſimonis
Ad mare qui pelles calce hic[a] concinnat edaci
Hoſpita frugifero refouet, ſine fraude, timore,
Id cauſæ eſt, recte ueniſti petre, feremus
Præcepta hæc quecunq; feres, ſunt iuſſa tonantis
Omnia quæ iubeas, tunc petrus in ora ſolutus
Hæc infit, reperi, nulla eſt acceptio, nullus
Perſonæ adnexus chriſto, præcordia tantum
Iuſta ioui adnectunt uiuacem patris amorem,
Hic deus eſt cunctis, ſola eſt acceptio iuſti,
Iuppiter hæbræis patrem monſtrauit, eiſdem
Per Chriſtum monſtrauit iter uirtutis & hic eſt
Prægrandis cum patre deus, quem prædicat orbi
Ioannes, unxitq; deus de pneumatis almi
Vnguine, progreſſus cunctos ſanauit ab atro
Dæmone compreſſos, quoniam pater omnia nato
Dona dedit patris, noſtra hæc ſunt lumina, teſtes
Hæbræos inter, ſancta & compleuit in urbe
A patre quod iuſſum eſt, & quæ dixere prophetæ
In ligno affixere truci,[b] qui à morte redemptus
A patre, ui propria & ſuperas, ubi, iuppiter, auras
Inſcendit, fieriq; dedit non omnibus illum
Teſtibus, at tantum notum, quos maximus eſſe
Elegit teſtes fidei, qui illuminat orbem
Iuppiter, interritus, uitæ & ſum teſtis, & ipſi
Qui comites mecum menſæ poſt funera, poſtq;
Surgentem a tenebris, populo qui hæc facta per orbem
Nudari iuſſit, cum uitæ, & mortis hic ipſe
Sit iudex a patre datus, cui numina uatum
Aſpirant, dumq; ipſe iouis uitalia fatur,
Grata patris, genitiq; cadit pia gratia magni,

Atq;

a Hic aduerbium eſt. Apud deum non eſt acceptio perſonarum.

b Truci ratione ſuplicii

*Atq; operit[a] qui uerba petri cernentibus illum*
*Auribus occultant, retinent & mente ſalutis,*

a Et operit illos qui occultāt uerba petri in auribus cernentibus pro audientibus illum. ſenſus p ſenſu qn̄ uidere ſit quod communius.
In gentes in gentiles.

*Et uitæ præcepta ſuæ, mirantur & omnes*
*Ingentes cecidiſſe pij pia dona tonantis,*
*Et patris, ac uncti, quos circunciſio fecit*
*In Chriſto, fideiq; ſuæ uirtute fideles,*
*Magnus eques, comitesq; ſui mira omnia coram*
*Prædicunt, magnumq; iouem bona contio laudat,*
*Tunc petrus, latices quis nunc probibebit, ut iſti*
*Non baptizentur? quos nunc pia gratia cœli*
*Fudit, amor, munus, charitum pneumatis ardor?*
*Spiritus & patris, geniti ſpiramen & idem eſt,*
*Sanctificat mox petrus aquas, & flumine purgat*
*Credentes, genitor, patre & prognatus, & ardor*
*Offitium complent, Chriſti & uexilla triumphant,*
*Iiq; cephas aliquot rogitant, & concio petri*
*Protrahat ipſe dies inibi, & ſoletur amicos,*
*Iudei, gens iſta malo comperſa ueneno*
*Omni ætate fuit, quanuis miracula: & omnē*
*Viderat à Chriſto facinus, quod quisq; probarit,*
*Defecere ioui, nulla, hac, defectio maior,*
*Duricies nulla &, cautes, genuere proterui*
*Seminis auctores, audent crudeſcere petro,*
*Condemnant, aliena petit quia limina* πρῶτος
*Et circunciſus gentes, & gentis honorat*[b]

b Honorat conſortia menſe gentilium.

*Quæ oppugnant legem moſis, conſortia menſæ*
*Iis petrus, fratresq; uiri chriſtiq; fideles,*
*( Quam mitis pia uerba parit qui regula morum)*
*Vidi ego uas plenum,*[c] *quæ ſunt conformia terræ,*

c Plenum. ſ. animalibus quæ ſunt conformia terre

*Aeris & bipedum, nec non quæ corpore ſerpunt,*
*Vidi ego uas plenum, cuncta hæc animalia uaſis*
*Implerunt orbem, ſpeciem uelaminis, alto*

Prolapſam uocem hanc proprijs his auribus hauſi
Surge: petre occidas: comede hæc obſonia: petre
Eſuriens: mox ipſe tuli reſponſa tonanti,
Commune haud comedam: minus hæc obſcœna, ſed illa
Vox mihi: ne dicas quæ ſancta: immunda: minusq́;
Si ſapis, hic unquam facito communia paſtor,
Ter repetita fuit uox hæc aſomatos, alium
Tum petijt cœlum uas hoc animantibus auctum,
Confeſtim uenere uiri: quos miſerat heros,
Ac equitum princeps: tris ij dixere, uocat te
Mens iouis grata mihi. Cornelus, mens grata iouis mihi, dixit, eundum eſt,
Sex mecum uenere duces uirtutis, abiui,
Cæſaream petij: tunc magna palatia magni
Audiuit cornelius. Principis ingreſſus: cœlo quæ audiuit ab alto
Sidera angeli. Audiuit: narrauit enim, ſunt ſidera teſtes,
Iuſſus hic ad petrum miſit: nam iuppiter ingens
Iuſſerat, ut pueros ueterem feſtinus ioppem
Mitteret: à ueteri tum me accerſiret ioppe,
Cæſaream peterem præcepto pneumatis, urbem,
Laus ſpiritus ſancti. Inter dicendum cecidit magni illa tonantis
Gratia: quæ ferrum, quæ ſaxa nocentia mulcet,
Reddit & innocuos, uentis ſpirantibus, ignes,
Quæ docet ignaros: ſpoliat fera tartara, ditat
Sidera, gentiles perfudit ſpiritus, ut nos
Incepto fidei, domini memor ipſe fatentis,
Ioannes perfudit aqua, qui mente fideles
Gratia uos magni poſt hunc perfundet amoris
Quos hæc magna uocat cœlo: cur ipſe recuſem?
His dictis laudare deum, gentesq́; nefandi
Qui pro ut. Pœnituiſſe ferunt ſceleris, qui a morte reſurgant,
Qui uero a ſtephani ſaxis fugere: ciprumq́;
Phœnicem [illegible] ſalutis

Exponunt

Exponunt:tantum proles iudea recepit
Verba dei uiui quoſdamq; effuderat iſtis
Fluctiſonans ciprus,& cyrenea propago
Doctrinæ:& morum comites:probitate potentes,
Cum ſyrios hæc ſancta cohors:& contio campos
Ingreſſa eſt,querulis fit diſceptatio grecis,
Declarantq; iouem,numerus concreſcit in argis
Credentum,uel fama boni,uel rumor ad urbem
Peruenit ſanctam:fiunt læta omnia:fiunt
Gaudia militibus chriſti,uexilla triumphant,
Diſcipulum miſere pium:qui iuſtus [a] habetur
Metropolim ſyriæ comites:& petrus in urbem,
Vt uidit fidei ſancta incrementa ſalutis,
Gauiſus laudauit opus uirtutis:& idem
Inde abiens tharſum uenit:ſaulumq; petiuit,
Hic annum manſere ſimul,docuere fideles
Doctrinam chriſti:chriſtiq; ibi græcia primos
Diſcipulos dixit:mira hæc intentio uerbi,
E ſancta ueniunt uates huc,protinus urbe
Quorum agabus prædixit enim ꝙ maximus atram
Eſuriem,diramq; famem pendere cadenti
Tunc homini,& totum terrebit inædia mundum,
Verauit ſapiens,magnum cum claudius orbem
Subiecit,tunc dira fames ſe miſcuit orbi
Diſcipuli,prout quisq; ſua ſeruauit in aula
Conſuluere alys,quia fit commune,quod uni eſt,
Herodes rex miſit enim crudelis:iniquus.
Hidra,manus,quoſdam ferro extorqueret amaro
Proſpectans retinere petrum,laxaret habenas
Hebreæ gentis:foret & uictoria compos,
Quando caput pereat:petrus comprenditur,atro
Carcere conſtringunt:uigiles adduntur,& ipſi

i.anthiochiam.

Vel etiam.

a Qui iuſtus.i.barnabas.

*Et ferrum: & duras capto uinxere cathenas,*
*Hunc dare certabant populo, poſt paſca, furenti,*
*Non deerant ſanctæq; præces, lachrimæq; feraces*
*Mœſtitiæ, petrumq; ioui gens ſancta ferebat,*
*Hunc dare cum uellet populo: dum cuncta ſilerent,*
*Noctis in arbitrio, ſummo delapſus olimpo*
*Angelus humana in ſpecie præ poſtibus aſtat,*
*Ingreditur cæcumq; larem: mox ætra refulſit*
*Carceris in medio: petrum percuſſit: & illum*
*Excitat a ſomno: geminis quæ præda cathenis*
*Stricta erat, & ſurgas dixit, ſurge inquit: at ille*
*Delapſa in terram gemina ſurrexit habena*
*A manibus petri: nec non præcinge, ſequutus*
*Verba petro iniunxit: geminos atq; indue raptim,*
*Confeſtim ueſtiq; pedes, quod fecit: & ille*
*Circunda te ueſte tua, dein perge, præibo,*
*Nam pedites liquere duos: & prima: ſecunda &*
*Poſt poſita eſt uigilans tetri cuſtodia ſepti,*
*Iis recluſa patet, quæ ferrea porta uocatur*
*Sponte quidem factum: faciem gradientis ad urbem*
*Cernere credebat petrus: uicum angelus unum*
*Cum petro proceſſit enim: tum euanuit idem*
*A' petri intuitu: qui in ſe conuerſus abundans*
*Et gemitu: & lachrimis ſecreta ſilentia rupit.*
*(At clandeſtino uerba hæc ſermone reliquit)*
*Nunc ſcio ꝙ miſit ſublimi e uertice cœli.*
*Chriſtus opem: rapuit petrum, quæ uictima chriſti eſt,*
*Herodi & populo: mariæ, ioannis[a] ad ædes*
*Progreditur, quæ mater erat, pia concio fundens*
*Ore præces domino, ſancta hac latitabat in aula,*
*Percutit hic ualuas, ſubmiſſo it malleus ictu*
*Actutum, quæ ancilla, rhode pia uirgo cucurrit,*

a Ioannis hic triſyllabum eſt cum prima longa

Vt

Vt uideat, quæ dextra ferat tunc uerbera portæ,
Vt uideat, quæ dextra fores percuſſerit, atra
Et nocte occluſa tenebris caligine fulta,
Ergo ancilla uenit, uiſo quæ fœmina [a] petro,
Non aperit, gaudens comites acceſſit, eiſdem
Se petrum uidiſſe tulit, mirantur, & illi
Eſſe negant petrum, dicunt petri angelus ipſe eſt,
Accurunt, cernuntq; caput ſacri ordinis, hic eſt
Clauiger: hicq; cephas: geminos fluxere per orbes,
Perq; genas lachrimæ: ſocijs quæ gaudia ſurgunt:
Indixitq; cephas manibus muteſcere cunctos.
Narrauit, quæ facta ſuis: quàm grandia magnus
Dona deus fecit, fratri ioannis: & omni
Dicite magna choro facta hac miracula nocte,
Quippe manus domini fuit hæc: egreſſus & illinc
Mox alium pia præda larem quæſiuit, & intrat,
Sol uenit: & pedites miſeri turbantur: & ipſi
Iure timent, erepta lupo quia præda furenti,
Rex mage concutitur, ciues uexantur apellæ
Feruore inuidiæ: NVNquàm miteſcit apella,
Cæſaream uenit ductis cuſtodibus ardens
Sidonijs, tirijs pariter, qui protinus una
Venerunt ſuaſi blaſto: pacemq; reportant.
Feſta dies adijt, ſolio rex ſedit in alto,
Texerat excelſum luxu quem regia ueſtis
Aurea: ſic flauo ſplendet lux alma metallo
Solaris, populo tunc rex orabat auenti
Verba ducis magni, populus dixere fatemur
Non hominem uox iſta ſonat: ſonat ipſa tonantem,
Eſt iouis, haud hominis nulloq; timore ſuperbus
Herodes tumuit (quàm uana ſuperbia mundi)
Credidit hic populo, artocleas, tuceta ferenti

[a] Quæ fœmina uiſo petro.
Tulit retulit.

Blandicias, nimium adlectans, qui ut uulpis, oliuum
Fundebat. STVLTI uana eſt elatio uulgi,
a ℭ Laurus.i.laus.
Vani uana petunt, populi pro tempore laurus,[a]
Te premit ad tempus ſi te fortuna repellat,
Laudat & ad tempus ſi te fortuna ſecundet,
Mox deus hunc tumidum diris uexauit, & æſtu
Vermibus, & nimium præcordia ſæua dolore,
Iuſſit & ut uitam tetrum conflaret ad orcum.

Actuum apoſtolorum Liber Secundus
Explicit.

DIVINI *aſſiriæ in templo, quæ maxima ſedes*
*Principis: & populus primæ circumuenit urbi,*
*Doctores inerant: niger hic: tū ſaulus: ioſeph.*
*Lucius: herodis ſecreta mente*[a] *manahen*
*Tetrarchæ: dum pura ioui ieiunia magno*
*Offerrent: & corda crucis qui uulnera paſſus,*
*Spiritus ijs ſaulus, pariter qui & iuſtus ioſeph*
*Hinc ſe diuellant: ſimul hic commertia non ſint,*
*Quippe opus eſt horum: tunc orauere: ſuasq;*
*Impoſuere manus: & dimiſere, tonanti*
*Seruirent in uota uiri: ſuſcepit orontes*[b]
*Hosq; aluit primum: poſt hac, noua lumina legis*
*Venerunt ciprum: ſed cum ſalamina potentes*
*Sermone: & cœli multa uirtute, uenirent,*
*Verba iouis populum uates docuere potentem,*
*Verporum in templis, confundebantur apellæ,*
*Vsq; paphum uenere uiri, pſeudoq; prophetam*
*Inueniunt: proconſul enim uir ſergius iſti*
*Quamprudens præſtabat opem: qui falſus apella*
*Pollebat magica, modicis uirtutibus, arte,*
*Proconſul tamen ipſe iouis ſermone feraci*
*Poſcebat paſci, frugemq; haurire ſalubrem,*
*Diſcipulis Chriſti ſapiens*[c] *ſe opponit elimas*
*Improbus, exoptans mentem preuertere magni*
*Conſulis, & rabie ſanctis latrabat edaci,*
*Plene dolo, cui paulus ait, fera beſtia: fallax,*
*Iuſtitiæ oppugnator: amans peruertere iuſtas,*
*Atq; uias domini rectas: te obtalmia*[d] *recti*

Et, ſubl.

a Secreta mente pro ſecrete mentis tetrarche herodis.

b Orontes fluuius pro ciuitate ponitur quæ eſt ſeleucia iuxta orontē fluuium ſita.

c Sapiens magus

d Obtalmia.

Luminis inuadet, doctrinæ, & principis oſor,
Naturæ genitor miſero q̄; protinus atra
Obcæcat[a] tenebris oculos: telluris & umbra
Credidit hic præſes: ſunt hæc miranda regenti
Metropolim ſiriæ: pergam dein nauigat ipſe
Saulus multiplici ſancto & comitatus achate,
Ioannes ſanctam repetit fœlicius urbem,
Paulus & à perga rediit: magnamq́; petiuit
Perſidis anthiochiam: ſummi & delubra tonantis
Intrarunt, uatum percurrit lectio uoces
Iis lectis: templi princeps: magnusq́; ſacerdos
Annuit, ut referant, ſi quid proferre neceſſe eſt
Diſcipulis Chriſti: ſummiq́; uolumina moſis
Denudent populo, paulus[b] ſurrexit: & omni
Indicens turbæ conſueta ſilentia laxat.
Audite hæc fratres: ſi quis, timor ullus: amorq́;
In præcepta iouis: patres elegit: & ipſe
Extulit hanc plebem, tellus ægiptia patres
Suſcipit extorres: egipti liberat atq;
A cruce: & ærumnis, deſerta in ualle parentes
Quadraginta aluit lapſantis nectaris annos
Seruitio:[c] ac opibus, cœloq́; cadentis ab alto,
Deſtruxit ſeptem gentes: patribusq́; ſeueris
Impartiuit opes reges conceſſit ad omne
Ius populi: ſamuelq́; fuit qui rexerat orbem
Hæbreæ gentis: regem petiere: deditq́;
Cis genitum: magnusq́; ſaul regnauit, at illi
Subſequitur dauid, pia cura: & norma ſalutis
Sanguinis hebrei: cor magni numinis: allti
Et cœli arcanum, ſancto de ſemine cuius
Meſias uenit ioanne[d] authore, iubentis
Conſilij, baptiſma homines, quos criminis aucti
Pœniteat,

a Obcæcat oculos tenebris & atra umbra telluris .i. nocte. Hic tunc.

b Paulus indicens turbæ ſilētia laxat liberat cōſueta ſilentia ſic q̄ ille accuſatiuus duobus ſeruit.

c Seruitio uſu nectaris.

d Ioanne authore .i. ioanne prædicante. Homines caperent baptiſma.

Pœniteat,caperent: chriſtum præuenerat ipſe,
Ioannes addebat item,quem me eſſe fatentur
Ora hominum? non ſum,certe eſt ſaluator,ut ipſe,[a]
Ipſe ego ioannes,tanto ſeruire magiſtro
Haud dignus fiam,fratres,[b] de ſemine magni
Longæui ac abrahe,uobis pia uerba ſalutis
Huius facta quidem,ſanctam hanc neſcire[c] ſalutem
Pontifices templi, grandem petiere pilatum
Traderet hunc morti,nec erat ſolamen in urbe
Nulla quidem cauſa eſt,& nulla iniuria dixit
Pontius hunc morti addicam,qui purus? & inſons,
Liuor edax tantum ſancte ſua membra tabellæ
Fixit,& ad tetras penetrauit tetricus umbras,
Tertia lux aderat,ſuperas ſurrexit ad oras
Iuppiter humanus uacuo manus illa ſepulchro
Eduxit chriſti tetro & ſurgentis ab antro,
Multijugi teſtes plebi dixere,propheta hæc
Prædixit,fragili chriſtum marceſſere terra
Non dabis,ad patres ſed rex tumulatus abiuit,[d]
Non unquam rediit,facta eſt corruptio carnis,
Non tamen hoc chriſto,terram non nouit in umbra
Corpus enim chriſti,quæ magna redemptio morum
Crimina quæ nequeunt delere uolumina moſis,
Hunc chriſtum qui credit enim purgatur ab omni
Crimine , & amplexans magni præcepta magiſtri,
A magnis quæ lata uiris ſunt uerba,cauete
Ne eueniant uobis horum quæ dicta,maligni
Spretores eſtis,gens hinc diſperſa pererret,
Hæc illis paulus,facto & ſermone quieuit,
Exiuere uiri,repetat quæ elapſa rogatur,
Cum lux feſta homines ad ſancta piacula cogat,[e]
Hos hebrea manus,pariter peregrina ſequuta eſt

a Vt ipſe.ſ.eſt ego non ſum.
b Fratres uocantis eſt.
c Neſcire neſciebant. Ordo eſt.
d Rex.ſ.dauid.
e Cogat congreget.

Feſta dies redijt, templum: tota atria complent,
Et loca ſeruando quæ ſunt aptiſſima uerbo [a]
Auribus aſtantum: ſoliti liuoris edacis
Conſumi rabie: rabie rapiuntur amara,
Atq; in diſcipulos rapidas ſermone ſagittas
Conijciunt: odio tum conſumuntur iniquo.
Veſtrum erat ijs paulus: quoniam contemnitis ergo
Verba iouis: gentes capient ſolamina noſtri
Srmonis, ſic uerba ſonant quæ protulit ingens
Amos prognatus multa uirtute prophetes,
Hec ait, ipſe dedi,[b] ſis lumen gentis, & idem
Vera ſalus uenias extremæ ad limina terræ,
Gaudia ſuſcipiunt gentes, lætantur, & omnes
Verba dei laudant, credunt poſt funera, uite
Qui aſcripti æternæ: dein ſemina læta [c] tonantis
Sparguntur cunctis, uitalia dogmata, campis,
Hæbræi matres urbis: caſtasq; puellas
In ſaulum: magnosq; uiros liuore minaci
Intentant odio: comitemq; ardore ſequuntur,
Vindictæ: nunq̃ q; bonis latrare quieſcunt
Excuſſa abſcedunt pedibus tellure: petuntq;
Capadocen oculi diuini luminis urbem,
Atq; ibi de regno cœli: de dogmate chriſti
Diſſerit in templo paulus pia uerba tonantis
Humani, partim fidei flexere ſalubri
Verporum: tum mente tenent: factoq; frequentant,
At non credentes uerpi: liuore tenaci
Inſurgunt ſaulo: renuunt hærere ciuntq;
Et plebem, & populum, ſoli quia detrahit umbra
Hicq; diu manſere uiri: quos pneumatis almi
Gratia perfudit, fiunt miracula, uires
Augentur fidei: fiunt diſcrimina gentis,

a ℭ Verbo ſeruando auribus aſtantum.

b ℭ Dedi te in lucem gentium ut ſis ſalus vſq; ad extremum terre.

c ℭ Leta pinguia. Sparguntur cunctis.

*Pars una hebreis parcit:pars altera chriſti*
*Diſcipulis:turbæq; furunt,concurſus ad arma eſt,*
*Et lapides rapiunt,peperit quæ [a] liuor:& omnis*
*Inuidiæ ac odium:ſancti ceſſere furenti,*
*Atq; lycaoniæ liſtram uenere:petuntq;*
*Oppidulum derben,ſpargunt ſua ſeminacampis,*
*Mira docent populos:fiunt miracula:ab aluo*
*Claudus erat liſtris,paulum pia uerba docentem*
*Audiuit,credebat enim,cui ſaulus,amice*
*Surge,ueni,proprijq; pedes te ad limina portent,*
*Surrexit leuitate pedum,tum protinus omnes*
*Exclamant,homini ſimilis,[b] diuina,poteſtas,*
*Deſcendit diuina manus,miracula fiunt,*
*Non hominis uirtus,populus miratur,ioſeph*
*Eſſe iouem dixit,magna & ſapientia paulus*
*Ipſe [c] erat in populo,populi,ſub uoce,tonantis,*
*Mercurij faciebat opus,cilenius ergo*
*Dictus erat paulus,populo feruentis,ut ipſe*
*Dux eſſet uerbi,tauros duxere,coronis,*
*Et uario in campis inductos cornua flore,*
*Hosq; ioui ſtatuere omni mactare potenti,[d]*
*Diſcipuli at tunicis,populo dixere,ſumus nos*
*Mortales ſciſſis:& clamauere gementes,*
*Clamauit paulus magni mœroris alumnus*
*Non deus hic,mortalis homo eſt:cillenius ipſe*
*Non ego ſum:mortalis item:mortalis ego ſum,*
*Nimirum ſunt iſta deo quam uana tonanti,*
*In rectum uertatur iter,cui deuius ordo*
*Viuendi,nos uerba iouis pia ſemina uitæ*
*Qui fuit humanus,populo nudamus:hic orbis*
*Vera ſalus tantum,totum qui fecerit orbem*
*Seq; dedit mortali homini mortalis,ut ipſe*

a ¶ Quæ.ſ.omnia,

b ¶ Similis poteſtas homini diuina eſt.

c ¶ Ipſe paulus erat in populo magna ſapientia ,tonantis.
Vt ꝙ.

d ¶ Omni potenti ſineſis eſt ioui.ſ.barnabæ quem dixerunt eſſe iouem , ſoli ergo barnabe uolebant imolare non paulo quia ioui tm̄ debetur ſacrificiū cū autē paulus eſſet multæ eloquētiæ crediderūt illū eſſe mercurium & dei ſapientiam.

Saluaret cunctos, mentis cui uictima ſanctæ,
Non caro taurorum placeat, uana omnia ſunt hæc
Vix obſtare[a] uiri, fieret ne uictima ſanctis,
Venere hebrei, quos illa teopolis atros
Produxit, romæ uel quæ ſeruauerat altæ
Cappadocas ſeruos, populo ſuaſere, miniſter
Sermonis ſaxo tetras mittatur ad umbras,
Dilapidant ſaulum, nam ſaxa furentia ſanctum
Oppreſſere uirum, credunt obiiſſe, foraſq;
Proiiciunt, ſurrexit item tutella ſuorum
Diſcipulum obtexit, ne cerneret atra uorago
Sanguinis humani, uegetuſq; reuertitur urbi,
Luce noua derben repetunt poſt uerba tonantis
Rurſus eunt liſtram, ſociis formidine captis
Atq; animis uirtute iouis ſolamina præſtant,
Vt teneant ueramq; fidem, uerumq; triumphum
A morte expectent. BONA ſunt ſudore paranda
Regna iouis lachrimas gemitus, & uincula ferrum
Exoptant, diramq; necem, fidumq;[b] cruorem
Ac aurum rutilo purgari ardentius igne
Perpetuo ut poſſint animæ exultare triumpho.
Preſbiteros illis ſtatuunt, ut ſacra miniſtrent,
Commendant domino, domino quis uiuere ſanctum eſt
Pamphiliam ueniunt, pergam docuere, petuntq;
Metropolim ſyriæ, multis mirantibus, urbem,
Diſcipulos cogunt, nudant miranda tonantis,
Recluſit fidei magnas qui[c] e cardine ualuas,
Nec modicum traxere mora, quia frugibus inſtant
Vt ſpargant, ut ſparſa legant, ut lecta reſeruent,
Sciſma erat in populo, duræ ceruicis ab orbe
Iudeæ gentis quidam uenere negantes
Saluari quenquam, ni circunciſio fiat,

Hinc

a ¶ Obſtare pro oſtabāt. Vel quæ.

Vorago .i. Iudei.

b ¶ Fidum fidelem. Ac uelut aurum exoptat purgari igne ardēter, ita animę exoptāt flagellari, & pati & purgari tormē tis, vt. Quis quibus.

c ¶ Qui. ſ. deus recluſit.

*Hinc comes, & ſaulus ſanctam mittuntur ad urbem,*
*Quid ſtatuant fratres, ad quos uenere, ſalutant,*
*Denudant quæ facta uiris, de errore cauendum*
*Quem[a] quidam ſeuere truces, dixere neceſſe eſt*
*Nunc circuncidi, quanuis ablutio limphæ*
*Facta ſit, id cauſæ eſt ꝙ nos properauimus urbi,*
*Tunc petrus, uos ſcitis enim, ꝙ iuppiter ipſe*
*In nobis uerbum gentes audire tonantis*
*Elegit ſermone meo, tum credere uerbis,*
*Et, qui, corda deus[b] nouit mortalia, teſtem*
*Præbuit, & magni uirtutem pneumatis, atq;*
*Nil his diſcreuit, nulla & diſtinctio fratres*
*Inter nos, illosq; data eſt, nam iuppiter illis*
*Corde, fide, pia, ſancta facit, tum pura perenni,*
*Nil ergo addatur, quod nos portare, nec ipſi*
*Ferre iugum ueteres noſtri potuere parentes,*
*In cruce confoſſi, ſed chriſti gratia ſaluat,*
*Atq; reſurgentis terrenæ mortis ab umbra,*
*Vt deus in meritis chriſti ſaluauerit illos,*
*Et pariter tacuere ſimul, cum paulus, & alter*
*Diſcipulus miranda iouis credentibus alti:*
*Nudarent alijs, tunc facta ſilentia rupit*
*Antiſtes ſancta princeps, qui & primus in urbe,*
*Hæc ait, & cuncti præſtant narrantibus aures,*
*Narrauitq; cephas, quæ ſunt prædicta fideli*
*Vate, ego reſtituam, quæ lapſa, ut facta reſurgant*
*Dauidis, ut gentes quærant pallatia magni*
*Magna dei, nomenq; ferant ſe ſcire tonantis,*
*Idcirco ad chriſtum non ſit turbatio, in illis*
*Qui ſunt conuerſi multis è gentibus, & nos*
*Sectantur uirtute iouis, ſed epiſtola fiat*
*Vt ſtatuas fugiant, caueant à fornice, fuſi*

a ¶ Quem errorem ſeuere ſemina uere.

b ¶ Et deus qui nouit.

a Oppreſſa.i.caueant a ſufocatis,has enim carnes abhorebant,quia ſanguinem deo offerrebant,ubi eſt ſedes animæ.

*Sanguinis errorem uitent,oppreſſaq́;[a] damnent,*
*Hic placuit ſermo cunctis,mittuntur ad illos*
*Cum ſaulo:& ſocio ſyla,& comes alter iudas,*
*Seruabat talem nam talis epiſtola ſenſum,*
*A' ioue qui miſſi,populis præcepta referre,*
*Maioresq́; ætate uiri,cum pace ſalutem*
*Qui ſiriam,cilicasq; colunt è gentibus,urbes,*
*Vos perturbari,fratres,ſentimus,ab iſtis,*
*Iudei quidam quos non mandauimus oris*
*Vexarunt ueſtras animas:nos miſimus una*
*Concordes ſylan:pariter legatur[b] iudas,*
*Cum paulo:& comite:qui ſe tribuere fideles*
*Victima pro chriſto fiant:qui inflammat amorē*
*Et patris,& geniti,uiſum eſt,non addere pondus,*
*Propter quod deceat uitam ſaluare perennem,*
*Non ſtatuæ,& ſanguis,non fornicatio uobis,*
*Nec cruor oppreſſus:uel ſuffocatio fiat,*
*Hoc facite:& uobis fuerit bene:ſaulus:iudas*
*Cum ſyla:& ſocio[c] ueniunt:& epiſtola ſanctis*
*Traditur:ex gente emenſo tum gaudia ſenſu*
*Emergunt:& mente omnes ſolamina captant,*
*Poſt,aliquot,pia cura,dies:cum gentibus horum*
*Permanſit ſylas,ſanctam comes[d] inclitus urbem*
*Acceſſit:comites inibi manſere priores,*
*Et iouis humani pandunt miracula,mortem*
*Et uitam à tenebris ſuperas quæ enauit ad oras*
*Temporis à modico,paulus compellat ioſeph*
*Solemur fratres,cum noſtra reuerſio fiat*
*Qui parent uerbo noſtri ſermonis ioſeph*
*Ioannes qui marcus item ſibi ſummere tentans*
*Addixit comitem:cui doctor gentis:ioſeph*
*Non decet ut fiat comes hic,qui noſtra reliquit*

b Legatur mittitur. Iambus in .iii.ſede quare aſit uide uerſificatores. Fiant victima.

c Et ſocio.ſ.barnaba.

d Comes.ſ.iudas.

Frater

*Frater & alterius tenuit commertia uatis,*
*Diſcrimen factum eſt:marcus comitatur ioſeph,*
*Accedunt ciprum,cum ſyla paulus in agros*
*Pertranſit cilicos:chriſti præcepta:fidemq;*
*Prædicat audiri,ſunt hæc ſolamina uitæ,*
*In derben uenit paulus:liſtramq; petiuit,*
*Ecce timotheus,[a] hic uiduæ pia planta fidelis,*
*Et patre gentili genitus:quem paulus ab illis*
*Accipiens iuuenem ſecum perduxit,ab illo*
*Legitimo[b] iuſſit mitti præputia cultro,*
*Tunc ſimiles hebrea manus,uiroſa propago*
*Partim obſeruabat,noti & nouercæ parentes*
*Seminis in puero,ſeruari & iuſſa iubebant,*
*Cum pertranſirent urbes decreta ſenili*
*Conſilio,& fidei numerus creſcebat,& omnes*
*Ecleſiæ,penetrant phrigiam:reuocantur & illi*
*Ne doceant aſiam diuina à mente duorum[c]*
*Heleſpontiacas ueniunt fœliciter oras,*
*Et populis tentant chriſtum nudare bithinis,*
*Arcet item mens ſancta iouis:troademq; requirunt,*
*Viſio fit paulo:macedo uir dixit eidem*
*Apparens,nos ſaule iuua,cum ueneris ad nos,*
*Confeſtimq; petunt macedonica mœnia,certi*
*Hos ad ſeruitium diuina à mente uocari,*
*Hic chriſti,magniq; patris ſpiramine recto,*
*Propitio & curſu ſamothracam protinus oram*
*Intraruntq; nouam [d] ſancti lætanter ad urbem,*
*Indeq; ꝙ memores prærupto in colle philippos,*
*Huius prima quidem pars hæc regionis:& olim*
*Cremda,[e] datos huic nomen erant:ſol ſæpe dierum*
*Luce frequentauit clarum ſpatia ampla,uiceſq;*
*Luna reuertentes:nec dum pia lumina ſanctæ,*

a Timotheus triſſillabum eſt.

b Legitimo ſecūdū legē Viroſa propago appō.

c Duorum.ſ.p. & fili.

d Nouam urbem.i.neapolim.

e Cremda:& datos erāt nomen huic urbi poteſt & dicere his.

Eternæ & fidei ſparſerunt pabula chriſti,
AEndia.
Egrediuntur, euntq́; foras: ad flumen, ad undas,
Hic locus aptus erat ſecretæ mentis amaro
Ardori præcibusq́; pijs, ſedere: docentq́;,
a Plebis rectius eſt priſcorum more.
Quis quibus.
Aucta erat hic matrum plebis,[a] quis paulus, ut author
Sermonis: doctorq́; hominum pia uerba loquutus,
Lidda erat: hæc mulier mitis: pia ſedula templi,
Hauſit uerba iouis, populo quæ prona petiuit
Purgari: limpha purgatur fœmina, necnon
Tota domus liddæ: tunc hæc: ſi quippe fidelem
Me facitis dño noſtros intrate penates.
Hæc hos demulſit domui, dum tempus ad ædem
His fieret: pia uerba præcum, de more, tonanti
Offerent magno, quandam, uexata, puellam
Dæmone quæ fuerat rerum diuina ſagaci
Viderunt, (DÆMON miſeris q̃ beſtia fallax)
b Præſagia diuina linguę huius puellę dederãt ſuis dominis multũ æris multas opes.
Multum æris dominis dederant præſagia[b] linguæ
Huius, opes multasq́; ſuis diuina puellæ,
Poſt hos clamauit, uera hæc eſt cura ſalutis
Hi magni ſeruiq́; iouis, ueriſſima dicunt,
Non tenebras, non falſa ferunt, ſunt lumina uitæ,
c Iterum. i. bis rurſus. i. ter.
Hæc iterum:[c] rurſusq́; refert: cui paulus abire
Iuſſit: & ad cæcas citius deſcenderet umbras,
Dæmon erat fallens homines: ueriſſima falſis
Immiſcens: & falſa addens, quæ plurima, ueris,
Exijt actutum (NON eſt mora longa iubenti
Si iubeat chriſtus) nec enim diuina puella eſt
d Nec amplius uerat.
Amplius,[d] & mundo miſcens mendatia uerat,
Non dominis lucratur opes: non falſa fatetur,
Non uera aduoluens falſis, ut falleret urbem,
e Diuinantis. ſ. puellæ.
At diuinantis,[e] domini formidine quæſtus
Amiſſi, cœpere uirum diuina canentem,

Dæmona

*Dæmona qui repulit, ſaulum: ſylamq; potentem*
*Sermone, & uirtute iouis, tum protinus ambos*
*Principibus duxere ſuis, & crimina diuis*
*Imponunt, totam peruertunt, dicimus, urbem*
*Ii dixere truces, & qui compendia uero ex*
*Dæmone[a] concipiunt, doctrinæ, & legibus obſtant*
*Heſperiæ gentis, proles romana ſumus nos,*
*Plebs cita mox feruet, damnent præcepta iubentis*
*Impleri ſauli, tunicis & crimina ſciſſis*
*Iniungunt, cæduntur item ſua corpora uirgis*
*Atq; lari arctantur cæco, tum uincula iungunt,*
*Seruentur, tradunq; uiro, miſeroq; minantur,*
*Ni tute obſeruet, ſeruanti & munera præbent,*
*Præmia ſeruitii, quos ligno aſtrinxit iniquo,*
*(Dicimus hanc pedicam) nox intempeſta ſilentia*
*Cuncta facit, tunc ſaulus, item comes alter, honorem*
*Cœperunt præbere deo, laudare tonantem,*
*Mox tonitrus, motusq; ſoli, tam maximus atris*
*Inſurgit laribus, q̃ fundamenta moueret*
*Carceris obtuſi, ualuæ patuere, ſoluta*
*Vincula ſunt cunctis, ſomno delapſus ab alto*
*Qui domui præerat cæcæ, dirisq; latebris,*
*Terretur ualuas cernens miſer ille patentes,*
*Protinus aſtricto uoluit ſe fundere ferro,*
*(Nam cunctos abiiſſe putat) tunc ſaulus adhuc ſunt*
*Quos tu ſeruabas obſcuri carceris umbra,*
*Hic ſumus, hic omnes clamabat paulus, iniquo*
*Parce miſer ferro, cuſtos, luce ergo petita,*
*Carceris ingreditur ſeptum, nil deeſſe uidetq;,*
*Exierat nullus: nullus terrentia cunctos*
*Limina fœdarat pedibus, fuga nulla pararat*
*Atq; ſuis uolucres mortem trepidantibus alas,*

a Vero dæmone, hoc ẽ dicẽte ueritatem ut ei crederent. non ſempre tñ. Præmia appõ.

Protinus aduoluit paulò ſe pronus, idemq;
Laudis habet ſibi ſyla comes: miratur: anhellat,
Et ſtupet in ſanctis laribusq; euinculat[a] atris
Diſcipulos chriſti: tenebroſæ & clauiger umbræ
Iis ait: en quid agam? ſaluus ſim dicite ſancti?
Dicite iter uitæ: norma? & quæ regula morum?
Cui paulus: tu crede deum: genitumq; ferentem
Qui fuit in terris, crudelia uulnera ligni
Humana ſub carne: hominis commiſſa[b] luentem,
Hic nectus ſurrexit item: cœlumq; petiuit,
Amborum credasq; ſimul, ſine fraude, miniſtrum,[c]
Saluus eris, nec uana fides: hæc norma ſalutis,
Sic didicit, quæ uera fides expoſcit, ut orcum
Vitemus: ſaluemur enim: repetamus olimpum,
Hosq; domum duxit: lauit ſua uulnera, carnis
Liuorem demulſit item uino, unguine puro,
Hunc ſancti: totamq; domum mox flumine purgant
Lætantur: ueſcuntur item: laudesq; tonanti
Augentur: tenebras pellit, cum lumina titan
Cœlo aperit terris radiis & ſplendicat orbi,
Nempe magiſtratus iuſſit tollantur ab atro
Carcere diſcipuli ſcelerata[d] in uincla coacti,
Lætatur qui nocte lares ſeruabat in umbra,
Verba refert ſaulo, cupit hos exire: fugamq;[e]
Extruit: huic ſaulus, cæſos ſine crimine iudex
Romanos coram: clam nunc dimittier audet?
Non erit ut uellent, ueniant qui publica damnant,
Hoc & faſce leuent coram, tunc lictor ad urbis
Præfectos retulit uerba hæc: timuere ſabinum
Nomen:[f] & heſperie gentis, formidine legis,
Primores, qui iura docent: ſanctumq; miniſtrant
Imperium mundi ſanctosq; exire præcantur,

Abſcedunt,

a ¶ Euinculat laribus atris non a uinculis quos iam dei ſoluerat manus.

b Cõmiſſa hominis;

c Miniſtrum tõnc creaturarum quas inſtruit. Didicit.ſ. Ianitor carceris Repetamus, ubi nunq̃ fuimus.ſ. didicit.

d ¶ Scelerata: ubi.ſ. perditi viri coarctantur.

e Fugam ꝓpter iudeos

f Et nomen gentis italice uel romane formidine legis.ſ. romane.

Abſcedunt, lydiamq; petunt, ſolantur & omnes,
Theſſalicæ uenere urbi, de more, ſacellum
Hebrææ gentis ſaulus petit, intrat, & omni
Declarat[a] populo chriſti miranda, pudicos
Doctrinam, & mores, noſtro pro crimine, mortem,
Et uitam à tenebris ſurgentem ad gaudia, uosq;[b]
Idem eſt quem doceo, quem uobis prædico, multi
Diſcipulis hæſere uiri, multæq; puellæ,
Pars bona nobilium fidei ex gentilibus hæſit,
Inuidia arrepti uirus liuoris apellæ,
Infandos egere uiros in funera pauli,
Et pariter ſylæ, credentis iaſonis ædes
Obducunt uerpi, credunt latitare parentes
Iuſtitiæ,[c] & morum uiui qui dogmate chriſti
Declarant populo, cruciat triſtisq; megera,
Tiſiphoneq; canes[d] alecto at carnibus inflat
Sanguineas curuis rabioſa ad uerbera buccas.
Ex ouibus ſed nulla fuit, quas atra uolebant
Agmina ſerpentum, diſtraxit iaſona turba hæc,
Et fratrum quidam multo clamore trahuntur
Ad primos urbis, regimen, qui ſceptra, reguntq;
Imperium, clamantq; canes, ſuſcepit iaſon
Cæſaris imperium qui contra, & legibus obſtant,
Quæſitos cœlauit item, tunc mitis iaſon
Se multa ratione, ſuam cauſamq; tuetur
DVLCIA delectant rapidas obſonia tigres,
Atraq; depellunt puras à turre columbas,
Demiſere uiros, beroen petiere, ſacellum
Intrant intrepidi, populi ſedere: docentur[e]
Verba iouis chriſti, quanto mage nobilis iſtis
Gens beroe, certe tanto fit mitior, omnes
Sermones chriſti exoptant audire, nec inſtant

a ¶ Declarat doctrinam & pudicos mores.
b ¶ q. et idē eſt quē uos doceo.
c ¶ Iuſtitie & morū end.
d ¶ Canes.i.iudeos.
e ¶ Docentur.ſ.populi. Quis Quibus.

Diſcipulis:ſcitantur item, doctrina tonantis
Quæritur, & multi præclari ſanguinis hærent,
Et pariter matres credunt, creduntq́; puellæ,
Quis non turpe genus, nulla atq; iniuria ſanguis,
Theſſalonicenſes rabidi rapiuntur appellæ
Comperto, ꝙ uerba iouis, q̃ mira, docerent,
Diſcipuli beroen ueniunt, rapiuntur amaro
Liuore, ac odio, rabidumq; in plebe furorem
Admittunt, turbantq́; mares, uexantq́; puellas,
Demittunt fratres paulum: petit æquor, athenas
Iuit: & impugnat multorum dogma, tonantis,
Virtutem, chriſtiq́; docet, miracula, mores,
Et caſum, & uitam, quæ atris ſurrexerat umbris,
Stoicus in ſaulum, nec non epicurus amator
Corporis in luxu: dixerunt, dæmon ab iſto
Quippe nouus fertur, ꝙ diro effertur ab orco
Spiritus huc rurſum corrupti corporis idem,
Nugarumq́, ſator, paulus pia norma ſalutis
Dicitur, in turbam uerba & qui ſeminat omnem,
Ad pagum martis ducunt ſermone potentem,
Atq; opere in uirtute iouis, qui obſcura ſerenat,
Et docet ignaros, minimis tum grandia donat,
Scire uolunt quæ ſit talis doctrina, nouam tu
Quis quibus. Auribus ipſe feris, doceas, dixere, libido eſt
Scire nouam legem, quæ ſit noua lectio paule,
Hoc erat in uoto tantum, quis paulus in omni
Vos ego doctores uideo, ſed parcite, uanos,
Deliros: recta nec certe incedere, & omnes
Vobiſcum contrahitis, ſaxa ut lapſantia ab altis
Rupibus, inueni ueſtra hæc ſimulachra, deosq;
In uobis varios: uarias & in ædibus aras,
Vna erat, & uerba hæc eadem ſignata reſeruat,

Ignoto

*Ignoto eſt hæc ara deo, quæ ignota ſequuti*
*Vos colitis miſeri, colimus quem ſcimus apellæ,*
*Nanq; iouem uerum uobis annuntio, pellam*
*Nunc tenebras de mente, trahunt q̃ ad tartara cæcos.*
*Iuppiter eſt author cœli, terræq;, mariſq;,*
*Ætheris & ſurſum, uel quo ſpiramus, & omnis*
*Compoſiti, ex oculis ubi ſit diſtantia noſtris,*
*Spirituumq; pater, nullo & conflauit ab ente*
*Cuncta deus: quæ clara patent, quæ occulta recedunt,*
*Omne hominum genus & tantum produxit ab uno,*[a]

a Ab uno. ſ. adam.

*Non eget his opibus, cum ſit cauſa unica rerum,*
*Non habitat lapides, iouis eſt mens pura*[b] *ſacellum,*

b Mens pura eſt tēplū dei.

*Illius eſt cœlum ſedes, non diſtat ab orbe*

Vnus ſolus.

*Ipſe tamen noſtro cum ſit deus unus ubiq;*
*In ioue uita uiget, ſumus, atq; mouemur in illo,*
*Illius atq; genus, ſimile eſt non uelle tonantis*
*Velle hominum, dicatis item, non ponderat aurum*
*Vt uelit in precio, lapide, & uelit ipſe nitenti*
*Laudari argento, multa ignorantia ueſtra eſt.*
*Pœniteat quenq; ſcelerum, quia iuppiter orbem*
*Iudicio adducet, uacuis quando ipſe canoro*
*E tumulis iterum, & uenient putredine ad auras*
*Corpora uitales, redeuntem à carcere cæco,*
*Viuentemq; animam ſument, uel ab æthere*[c] *lapſam,*

c Ab ethere a cœlo hoc propter beatas animas q̃ a cœlo ad ſumenda corpora deſcendunt ut & cū corporibus fruātur æterna uita.

*Cœperunt ridere uiri caligine fuſi,*
*Mirarę cœpere uiri qui mentis apertæ,*
*Corpora, cum è tumulis, animaſq; reſurgere paulus*
*Diceret in populo, ſaulo dioniſius hæſit,*
*Qui à martis pago nomen ſortitus in orbe eſt,*
*Et mulier quæ fida comes, quæ chara marito,*
*Cum multis ſaulus doctas egreſſus Athenas*
*Ipſe corinthiacam doctor penetrauit in urbem,*

Iudeum reperit, genere[a] hic qui ponticus, oras
Fugerat italicas, roma cum claudius omnes
Hebreos exire daret præcepta potenti
Imperio, & miſeros prima abſterreret ab urbe,
Huic priſcilla comes coniunx, aquila ipſe tonantis
Semina fundebat, chriſtum laudabat: apellas
Saulus item uirtute iouis uexabat, ieſum
Teſtificans cunctis: ſed paulo obſtantibus, ille
Excuſſit ueſtes dicens, hic ſanguis, apellæ,[b]
Sit caput in ueſtrum ueſter, quo mundus abibo
Ad gentes, exiuit enim: petit ipſe titumq;,
Credentem fidei: criſpus ſaluatur, ad undam
Baptiſmi accedens, domus & ſua tota ſalubrem,
Nocte aperit ſaulo quid ſit facturus in urbe
Iuppiter: hunc'q; monet populo præcepta referre,
Nec timeat quenq̃, quia magna potentia cœli
Cum paulo, pauloq; fauet, paulumq; tuetur,
Quis tibi, grandis ait, noceat? mihi multus in urbe eſt
Hac populus, pallens a te timor exeat, inquit,
Dimidium iungens anno permanſit: apelle
Inſurgunt, ſaulumq; trahunt, & crimine damnant
Ante locum iuris lyneum, fera turba, tribunal,
Incepit paulus, rupitq; ſilentia: moxq;
Gallio conſul ait, uos o recutita propago
Audirem, ſi quid commiſſi, & criminis eſſet,
Inter uos, recte quoniam contentio ſurgit
De uerbo, & ueſtre legis de nomine tantum,
Cernite uos lites, non harum gallio iudex,
Ipſe ego romanus, ſit nunq̃ ſcipio ſaman[c]
Turba canum laxa iudei iuris habena
Ardet iniqua manus[d] perferre pericula criſpo,
Cæditur hinc phani princeps: crudeſcit apella,

a ¶ Genere pōticus quia locus eſt principium generis.

b ¶ appelle uocatiuus eſt

c ¶ Saman fictum nomē iudei.i. romanus nunquā erit hebreus.

d ¶ Iniqua manus appō.

Crediderat

*Crediderat paulo, magna eſt iniuria, primus*
*Credat in oppoſitúm, quod iam ſpernebat: & omnes*
*Deſerat: & primam, nulla formidine, ſectam*
*Improbet, ergo manu pellunt, criſpumq́; fatigant*
*Ictibus, hoc uidere omnes, nec gallio curat*
*Hic erat & præſens ( quanta eſt contemptio gentis*
*Iſtius hebreæ ) merito pellantur ab orbe.*
*Oderat hebreos gens hæc romana, receſsit*
*In ſiriam paulus ſimul & priſcilla, maritus,*
*Hic epheſum petijt, docuit q̃; plura, & recedens*
*Cæſaream aſcendit, phrigiam penetrauit, & omnes*
*Diſcipulos fidei ſolidat uirtute, docetq́;,*
*Hic erat hebreus doctor, cui nomen apollo*
*Æloquij uirtute potens, bonus ipſe, uiamq́;*
*Doctus erat domini, ſanctum baptiſma pudici*
*Ioannis callebat enim tantum ipſe, fidelis*[a]
*Hunc Chriſti priſcilla uirum cum attenderet, & uir,*
*Sumpſerunt ſecum, chriſti & docuere ſalubre*
*Dogma, uolens danaam tranſire hic grandis apollo.*
*Commendant fratres iudeum fratribus auctum*
*Feruore & fidei ſtudio, uenit ipſe, præmitq́;*
*Et duros, rabidosq́; canes conuincit apellas,*
*Oſtendens*[b] *Chriſtum, quos pauper achaia nutrit*
*Hunc eſſe in populis quem denudabat apollo,*
*Cum Chriſtum in medio laudaret apollo corinthi,*
*Tranſactis epheſum ſuperarum partibus urbem*
*Orarum ingreditur paulus, feruore potentis*
*Naturæ hic fidei paulus q̃; ſedulus almæ*
*Diſcipulos quoſdam reperit, quibus ille, recepta eſt*
*A' uobis diuina manus? tum pneumatis ardor?*
*Reſpondent, neſcimus enim, qui ſpiritus hic ſit*
*Eſſe, nec apprenſus noſtra eſt fœliciter aure,*

a Fidelis priſcilla.

b Oſtendit, ſ. iis quos

Tunc ſaulus,purgauit enim uos fluminis unda?
Nomine ſed cuius? quod præſens numen? & illud
Quod baptiſma fuit? dicunt ioannis,at ille,
Pœniteat quenq; ſcelerum prædixit[a] in orbe
Hæſiſſe laribus tetri,qui nuncius,orci
Hic[b] fuit ad chriſtum:uenturo ut crederet orbis,
Viuenti,doctrina fuit,ſaluator at ipſe eſt,
His ergo apprenſis:rurſus purgantur Ieſu
Nomine ſaluantis,cumq; impoſuiſſet in illos
Credentes,ſine fraude,[c] manus:ſupereminet illis
Spiritus:& replet miræ uirtutis honore,
Mira quidem fantur:numerus biſenus & ille eſt,
Tris docuit menſes:& circunfudit apellas,
Obſtabant quidam,tum deuouere[d] potentes
Ore uiam domini coram:ſeceſſit ab illis,
Diſcipulos pariter remouet,dein tecta tiranni
Ingreditur,geminosq; trahit ſibi tempus in annos
Non pauci hæſerunt fidei,mira ille peregit.
Nanq; aſiam docuit,quæ ſint præcepta tonantis,
Atq; fidem chriſti:ſanctum baptiſma,moleſtos
A' febri,á nocuo ſanauit demone,claudos
Erexit uirtute iouis,ſudaria,ueſtes
Sanabant pauli ( tanta eſt uictoria Chriſti )
Tentauerat iouem quidam,cum demona uellent
Pellere,dicentes,quem paulus prædicat,exi
Nomine frugalis chriſti,quis ſpiritus ater.
Et paulum noui,chriſtum ſcio,qui tamen eſtis
Dicite uos miſeri? uexatus demone moxq;
Inſilit in miſeros,miſeri fugere domumq;
Vt nudi,& multo uexati uerbere linquunt.
Principis hi ſcenæ[e] fuerant mala gramina phani
Hoc ſibi nomen erat ( uerum ſcena ipſe malorum )

Omnibus

a Prædixit.ſ.io.bap.

b Hic tūc orbis homo. Ipſe.ſ.chriſtus.

c Sine fraude uere fideles.

d Deuouere uiam dñi.i. maledixere. Quis quibus.

e Scæua nomen principis ſacerdotum.

*Omnibus hoc notum eſt, omnes timuere, tonantis*
*Magnificant nomen, multi commiſſa reuellant,*[a]
*Et magni præcij multi excuſſere libellos,*
*Spiritus ad ſanctam doctorem contulit urbem,*
*Dixerat intra ſe, romam uiſurus abibo,*
*At modica exorta eſt epheſi contentio, quidam*
*Nomine demetrius, cui curæ argentea uaſa,*
*Et ſtatuas figulare nouas, ac ducier auro,*
*Is trepidans paulum, ſimiles ex arte magiſtros*
*Conuocat, & pauli ſermonis commonet omnes,*
*Ex arte hac, uos ſcitis enim quæ lucra ſuperſunt,*
*Quiſq; honor eſt auro, ſtatuas præcioq; ſequenti*
*Effigiare nouas, diuomq; reponere templis,*
*Ex opere & ceſſare, freto quæ naufraga puppis*
*Sit nobis, ualidæ noſtra hæc induſtria merces,*
*Hic aſiam paulus totam conturbat, & omnem*
*Auerti: turbam, ſerit & diſcrimina, dicens,*
*Nõ dij ſunt ſimulachra, manu quæ facta magiſtra hæc*
*Proderit iſte parum nobis, delubra dianæ*
*Deſtruet, aſſirio tantum quæ extollitur orbe,*
*Hoc dicto, liuore furunt: & ad æthera clamant,*
*Magna epheſi diana dea eſt, confuſio creuit*
*In uulgo, pauli comites rapuere fideles,*
*Diſcipuliq; uetant paulum conferre furenti*
*Sermonem in populo, multi uoluere teatrum*
*Intraret, uetuere alij, confuſio multa eſt,*
*Non fuit id cauſæ*[b] *clarum, gens illa prophana*
*Iuſſit alexandrum communi excedere turba,*
*Quo exoptante loqui, facta eſt uox una: dianam*
*Vrbe epheſi, ſine fraude, colitis q; hora cucurrit,*
*Et curſu perfecit opus, quo clamor ad auras*
*In populo exarſit: ſedauit ſcriba tumultum,*

a ¶ Reuelant confitẽtur. Et quis honor eſt. Gaium.ſ.& ariſtarchum.

b ¶ Id cauſe clarũ.i. ignota erat cauſa quare conueniſſent in diſcipulos chriſti.

*Dein loquitur, quis neſcit enim noſtro orbe dianam*
*Corde coli, cultrix noſtra eſt urbs ipſa dianæ,*
*Nemo obſtare poteſt; quid enim concuritur iræ?*
*Quis furor in uobis? uinctos duxiſtis, & abre,*
*Non blaſphemarunt, non detraxere triformi,*
*At ſi cum ſocijs cauſam demetrius ullam*
*In uinctos ſeruat, ſunt hic & iura, forumq́;,*
*Iuſtiticiæq́; modus, cauſam producat, eritq́;*
*Arbiter, hic iudex, deerit nec conſul in urbe,*
*Seditio exorta eſt, nec clara eſt cauſa tumultus,*
*Condicto, dimiſit enim, turbæq́; receſſit,*
*Poſtq̃ ſedata eſt urbi diſcordia, paulus*
*Diſceſſit, dixitq́; uale, quos ipſe creauit*
*Diſcipulos chriſti: græcas penetrauit & urbes.*
*Optanti in ſyriam ſulcare per æquora, fiunt*
*Inſidiæ: macedæ mox ipſe relabitur urbi,*
*Multorum comitatus erat, troademq́; perexit,*
*Diſputat hic paulus, ſermo eſt protractus ad horam,*
*Quæ noctem in geminas æquali limite partes.*
*Diuidit, hic multæ lumen fecere lucernæ,*
*Euticus hic, cui prima ſuæ lanugo iuuentæ*
*Veſtibat faciem, ſomno correptus, ab alto*
*Decidit, & uitam tetrum exhalauit ad orcum,*
*Altus erat caſus, lachrimæ fluxere parentum,*
*Æthera tum uoces feriunt, miroq́; tumultu*
*Accurrunt omnes, paulus deſcendit, & illum*
*Complexus diro iuuenem reuocauit ab antro*
*Mortis, & inferna miranti ſuſcitat umbra,*
*Et populo,[a] & cætu, dein ſaulus edulia ſumit,*
*Et confortatur, repetitq́; elapſa uolenti*
*Pabula ſermonis guſtare decentia ſancti,*
*Turba omni & paulum diuina, aurora loquentem*

a Populo: & cetu end.

Vidit

Vidit, & audiuit, dein ſana ſilentia fecit,
Deſcendit facturus iter per plurima terræ
Et ſpatia:[a] & campos, comites lata æquoris arua
Metiti modicam, uentis ſpirantibus, aſſon
Intrarunt: hic paulus erat: ueniunt mytilenem. a Spacia: & cāpos end.
Atq; ſamum cuncti: mileta'q; mœnia: paulus
Conſulit hinc enare epheſum: nec degere quicq̄
Temporis hic aſia ſanctam uenturus in urbem, Aſia in aſia.
Tempore quo in comites ſummo delapſus olimpo
Spiritus ignitas monſtrauit in aere linguas,
A[c] mileto epheſum doctor natu euocat omnes
Maiores: qui templa colunt: & dogmata Chriſti
Sancta ſalutiferi ſeruant: & uerba ſalutis,
Quis hæc uerba uiris: ſcitis quo tempore fratres
Ad uos intraui: quæ nam mens noſtra, quid ipſe
Paſſus ab hebreis: docui præcepta: fidem'q;,
Et ſaluatoris frugalia dogmata chriſti,
Nunc peto diuinam præclari dauidis urbem,
Hic ero: ſed nobis quæ ſint uentura, deus ſcit,
Quippe latent paulo, niſi q̄ prædixerit ardor,
Te mala multa manent, patris: & productio nati,
At nihil hic dubito, modo quod ſuſceperat ipſe
Paulus opus peragat, ſcio cum diſceſſero ab urbe
Amplius hanc faciem comites cernetis: & ipſe
Confiteor, q̄ ſum cunctorum a ſanguine mundus,
Non renui pia uerba iouis, quin cuncta docerem,
Quę potui, prodeſſe licet: uobis'q;: gregi'q;,
Cui[b] uos doctores dominus dedit ima relinquens b Cui gregi.
Ad iouis imperium: communio ſancta bonorum eſt,
Quam ſtatuit fuſo pietas diuina cruore,
Nec latet: inſurgent, me paulo abſente, rapaces
In pecudes, cum fraude, lupi: populabitur omnis

Arua gregis præ do,nec erit compaſſio cuiq;,
a ℭ Peruerſa,peruerſe. Ex uobis,uenient'q; uiri peruerſa^a loquentes,
Poſt ſe diſcipulos adducant,ergo timete,
Et uobis uigilate omnes,obliuio nunq̃
Obtenebret ueſtram multa caligine,mentem,
Quando ego uos monui lachimans,tris impiger annos
Vos patri,& genito,uel ab his,quæ gratia fluxit,
Et fluit æternum,fratres commendo potenti,
Condere,& heredes ſanctos ſeruare,monetam
Nec ueſtem optaui,recte uos ſcitis,ad omnia
Quorum opus ad noſtrum,fratres,ſe contulit uſum,
Hæ noſtræ fecere manus,manuum'q; labores,
Vos cunctos monui infirmis ſeruire,tonantis
Verba quidem ſunt hæc.PREſtare beatius eſſe
Quam capere:hoc dicto,flexiſ,orauit,& omnes
Orauere ſimul genibus,lachrimæ omnia mœſtæ,
Luctus erat,grandisq; dolor,q̃ dixerat ipſe
Amplius hanc faciem fratres cernetis,amaro
Planctu omnes collum cetu abſcedentis ab illo
Amplexabantur,tum deduxere parentem
Frugalis uerbi ad naues in littore curuas,
A' terra abſtractos recto magna æquora curſu
Deduxere eoum comites, at luce ſequenti
Aduecti uenere rhodon (rhodos inſula,ſitq;
Vrbs tibi magna rhodos) patarã'q;, & apollinis urbẽ,
Phænicem'q; petunt:cyprum liquere ſiniſtræ,
Et ſyriam,uenere tirum,graue pondere onuſta
Nauis onus poſitura fuit,ſeptem'q; diebus
Manſerunt,dixere uiri,quos fecerat ipſe
Diſcipulos,ſanctam paulus dimitteret urbem,
Et patres,geniti,charis cum matribus omnes
In geminum ſtrauere genu ſua corpora,& alto

Orauere

*Orauere patri, mox diſceſſere, recepti*
*Inſiliunt nauim, tiriam cum matribus urbem*
*Rurſus eunt reliqui, tandem petiere potentem*
*Cæſaream, magniq́; lares uidere philippi.*
*(Hic erat, è ſeptem, natæ cui quattuor) omnes*
*Hæ diuinabant, uenit iudeus apella,*
*Hic agabus uates, zonam pauli attulit, atq;*
*Crura ſibi, uinxitq́; manus, dein ora reſoluit,*
*Cuius enim zona hæc, ſic illum uincula in urbe*
*Adnectent ſancta, nam mens diuina profeſſa eſt,*
*Diſcipuli fudere præces, ne accederet urbi,*
*Nec tentaret onus, ſæua & diſcrimina duri*
*Carceris, his paulus, non tantum uincula poſſim*
*Dira pati, cæcosq́; lares, ſed pro ioue poſſum.*
*Quippe mori, precibus finem poſuere, uoluntas*
*Hæc dixere dei eſt, pergat, quocunq; feratur*
*Mente iouis ſummi cuius pia cura magiſter,*
*Tunc petijt paulusq́; ſyon, comitesq́; beati,*
*Quidam è diſcipulis ueniunt, quorum hoſpes iaſon*
*Venit item ſecum ciprius, ſimul ergo beatam*
*Cum paulo intrarunt urbem, lætoq́; recepti*
*Corde uiri, multiq́; ſenes iacobe coacti.*[a]
*Hoſpite te pauli laribus, quo acceſſerat ipſe*
*Incola, quos habitas, quos*[b] *hic ſaluere parentes*
*Præcepit doctor, poſt hæc ad mira tonantis*
*Tranſit hic, ad fidas facta & miracula, gentes,*
*Ii laudare deum, ſaulo & dixere, uidendum eſt*
*Quot uerpi tenuere fidem, tamen ore repugnant*
*Atq; obſunt legi, quippe audiuere docentem*
*Te, paule, haud opus eſt ꝙ circunciſio fiat*
*Gentibus, ac alijs comites, ſanctamq́; neceſſe eſt*
*Conuenias turbam, fac quod concludimus ipſi.*

a ¶ Coacti.ſ.ſunt.
De hoſpite pauli.
b ¶ Quos.ſ.lares.

Hic duo ſunt, rurſusq́; duo, uenere tonanti,
His te purifices ſumptis, propriosq́; capillos
Iniunge eradant, cunctis noteſcat: & illi
Quippe ſciant de te, quæcunq; audita, recedunt
A' uero, cuſtodis enim, formidine, legem,
Gentibus & ſcriptum eſt fidei quæ heſere potenti
Ne ſtatuas curent: caueant à ſanguine, & atro
Fornice: & oppreſſis parcant, hæc iuſſa fuerunt,
Intrauit paulus templum: tum quattuor intrant,
Dum ſeptem traxere dies, liuoris apellæ
Felle rigent, taboq́; truces maculantur edaci,
Qui ex aſia uenere urbi: populoq́; tumultum
Inyciunt: paulum capiunt hominumq́; uagantes
Voce fidem implorant, & cauſam uocibus addunt,
Hic homo peruertit legem: templumq́; prophanat,
Gentiles duxit ſecum uiolaret & edem
Atq; aliam à noſtro, gentiles dogmate legem
Is docet (ex epheſo in ſancta uidere trophinum
Cum paulo timuere canes duxiſſet in ædem)
Idcirco commota fuit plebs tota, furentes
Extra hunc proyciunt paulum delubra: foresq́;
Clauduntur: uoluere uirum contundere ſaxis,
Non latuit[a] paulo confuſſio facta, tribunum,
Et furor in populo: raptim uenere potentes
Cum duce romani pedites,[b] timor omnis appellas
Inuaſit, uiſo tum ceſſauere tribuno
Cedere doctiloquum gentis, iuſſitq́; cathena
Perſtringi paulum gemina, quisq́; eſſet, & unde
Hunc rogat, & faciat quid ibi: confuſſio uocum
Obſtruit auditum: ne quid dicatur aperte
Audiat hic præſes, ducant in caſtra tribunus
Præcipit, adq; gradus cum peruenere tumultu

a ℭ Non latuit tribunum confuſio facta paulo.

b Pedites romani.

A' populi impulſu paulum rapuere ferentes
Romani pedites:& cum ſub caſtra fuiſſent
Prætori hæc paulus, liceat ne hic ipſe tribunum
Alloquar? huic preſes, noſtin tu græca tribuno
Verba loqui? & medijs gloſam, qua fertur,[a] athenis?
Multorum ductor gaudentum ſanguine ferro,
Ægipti quem terra tulit, te rege, tumultus
Exijt, atq; hominum deſertum milia uidit
Quattuor, ægipti magnum nam dixit alumnum
Eſſe quidem paulum præſes, quia ſemina, plantas,
Parturit ægiptus quæ ſunt contraria legi,
Hic deceptores, nugæ, cuncta impia fraudes,
Mox ſaulus regi: paulus tharſenſis ego ſum,
Ipſe cilix, me ignota quidem non fecerit hæc urbs
Municipem, permitte loqui, me, queſo popello[b]
Annuit huic præſes, dextraq; ſilentia fecit
Paulus & hebreo loquitur ſermone, ſilenti.

a Fertur dicitur.

b Hebreo ſermone ſilenti populo.

Actuum apoſtolorum Liber Tertius
Explicit.

a Ab excelſo uerbo ſum mi patris.

PAVLVS ab excelſo[a] ſpirans ucrantia uerbo
Verba patris ſummi, cunctis mi-rantibus, inquit.
Audite hæc omnes, facile audiue re loquentem
Quæ ſermonis erant proprij: iu-deus ego ſum
Ex tharſo, atq; cilix ſancta nutritus in urbe,
Legis & edoctus iuxta præcepta paternæ
Chriſti inſectator, chriſtumq; in uincla ſequentes
Aſtringens: mortemq; minas: diſcretio ſexus
Nulla erat in paulo: cunctos in uincula chriſto
Hærentes, magnosq; mares, timidasq; puellas
Ipſe ego pellebam, teſtes, quibus altior ætas,
Atq; ſacerdotum princeps: quorum ipſe recepi
Imperium in ſyriam ſi quos chriſti acta fatentes
Sentirem, ſanctæ traherem feruentius urbi
Plectendos pœna, nulla & compaſſio paulo
Tunc erat, at medium faceret cum cinthius orbem
Et prope quæ ſyriæ eſt, urbem, uox lapſa[b] per auras,
Quid me perſequeris ſaule? & contrarius ipſe es?
RES dura, in ſtimulum calces iactare minaces,
Saule tibi, cui paulus, ego formidine mira
Captus, es o domine[c] quis tu? ſum chriſtus, at ille
Quem tu perſequeris, comites tunc luminis ætrham
Viderunt, uocemq; meam, non uerba tonantis,
Nec chriſti tenuere ſonum, tunc ipſe quid ergo
Vis faciam? uox illa mihi, tu cominus urbem
Præſentem intrabis, quid ſis facturus in urbe
Dicetur, meos præ magni luminis orbes
Fuſcarat ſplendor, MAIOra minoribus obſunt
Lumina

b Lapſa. ſc. eſt.

c O domine quis tu e qs iambus eſt qui pedem in tertia ſede ponit alij ne-gāt qualis quintilianus vir literatiſſimus cui adhereo. tanq̄ meo apolini.
Nec tenuere ſonum. i. per fectam uocē audiuere tñ ſonum uocis Chriſt.

*Lumina luminibus, comites me noctis in umbra*
*Ventoſam obductum fidi duxere damaſcum,*
*Quidam ananias magnus uirtute, fidelis,*
*Me petit, ut uideam iuſſit uidi ocius auras*
*Vt prius, ad comites, ſequitur uir ſanctus, ab alto*
*Præſtitit omnipotens proprij ſermonis, & oris*
*Audires uocem, iouis & præcepta teneres,*
*Teſtis in orbe ſuus, ſurgas, teq; ablue ab omni*
*Crimine, frugalis ſancta baptiſmatis unda,*
*Cumq; reuertiſſem, delubra ingreſſus, ut ipſi*
*Offerrem pia uerba præcum, me mentis adorta eſt*
*Caligo, exceſſus, ſtupor &, tum protinus exi*
*Hunc ego dicentem audiui, feſtinus ab urbe,*
*Verba quidem renuent de me quæ dixeris, iſta*[a]
*Pontifices, cunctiſq; ſenes, & concio ſacrum,*
*Huic ego: nam credent, quæ ſim dicturus: & ipſe*
*Teſtis ero haud mendax, noſcunt me in uincla fideles*
*Tradere: nec cuiq; parcebam iuppiter: atq;*
*Cum ſtephanus duro caderet, pia uictima, ſaxo,*
*Tunc aderam teſtis ſtimulans nequiſſimus horum*
*Nequitiam ſaxis cædentum: & uerbera duris*
*Præbentum ſtephano: plebe atq; furente, prophanas*
*Seruabam ueſtes*[b] *qui, ſaxa minantia mortem*
*Iactabant, tunc ipſe mihi, uade ergo fidelis*
*Te procul ad multas mittam te protinus oras,*
*In gentes nomenq; meum portabis, at uſq; huc*
*Audiuere canes, tenues tum clamor ad auras*
*Erigitur, tolle atq; omnes, dixere, tribune*
*De terra hunc: tradaſq; neci, mortem ipſe meretur,*
*Eſt ſcelus hic uiuat magnumq; per aera turpem*
*Iactarunt cinerem: ſignum hoc triſtantis, amaræ*
*Mæſtitiæ & nota eſt ueſtes poſuere*[c] *prophani,*

a Ab iſta urbe e. i.

b Veſtes illorum qui. nam teſtes lapidarunt ſtephanum. Hucuſq;.

c Poſuere aph reſiss

Cederet ut paulum manus hæc, manus efſera, mordax
Dira lues uirtutis, item fera peſſima, latrax
Et canis, humano ſemper confecta cruore,
In caſtra adductum cædi iuſſere flagello
Iuſſa ducis ſummi, ſciret quæ cauſa proteruos
Duceret ad uoces, cumq́; aſtrinxere fidelem,
Paulus ait, ſi iura ſinunt, romanus, & abre,
Cædatur, peditum confeſtim cura, tribuno
Declarat: paulum romanæ gentis alumnum,
Cui mox præſes ait: dic ſi romanus? at ille
Quippe ego romanus quantum, paule, æris at ille
Proiecci romæ, ciuis romanus ut eſſem,
Aſt ego ſum natus [a] paulus reſpondet: id horæ
Cæſuri ceſſere ſimul formidine: præſes
Romanum timuit ſtrinxiſſe in uincula ciuem
Cum nouus author equos lucis ſtimularet eoos:
Atq; diem radijs terreno adduceret orbi,
Præcipit adduci paulum, nec fune reuinctum,
Vincula nulla inerant, uoce & præconis apellas
Conuocat, ut referant, qualis ſibi cauſa, furentes
Qua incuſant ſaulum: ſaulum produxit: & inter
Has pecudem ſtatuit, nulla formidine, tigres.
Magna erat in populo ſummi præſentia regis,
Magnus homo in terris fuit hic, noua regula morum,
Hic circumuoluens oculos, hæc pauca reſoluit,
Audite ô fratres, ſi quæ frugalia ueſtro
Verba ſedent animo, nec erit deceptio ſermo,
Ante deum uerſatus ego ſine fraude, modeſta
Mente: nec ex animo diuina in iuſſa proteruo,
Mox ananias princeps, & magna malorum
Cura ſacerdotum, paulo, præcepit iniqua
Imprimerent orante, manu, quo uera ferebat,
Os

a Sum natus, non in vrbe ſed in ea ciuilitate ſecus tamen pſes intellexit Id hore more apuleiano qui ait illud hore.

*Os ſanctum,ſic bella parant q̃ʒ uilia pugno,*
*Huic paulus paries magni te albate,tonantis*
*Dextra quidem cedet,qui me uelut ipſe ſeuerus*
*Sede ſedens iudex,iuſſiſti obtundier abre,*
*Aſtantes,maledicis enim,dixere,tonantis*
*Pontificem ſummum,nulla eſt formido? tuaq;*
*Nec rubor in facie? modica eſt reuerentia templi,*
*Me latuit,fraus nulla fuit,iouis eſſe miniſtrum*
*Paulus ait,namſcripta ferunt,maledicta regenti*
*Oppida ne uoueas,templi contemptio maior,*
*Hic phariſea cohors,& ſaducea propago,*
*Vna alÿ diſcors,nam ſaducæus ab umbris*
*Spreuerat hinc exire animas,& ſurgere ad oras*
*Æthereas,iterumq; ſuis hæ molibus atri*
*Corporis arctentur ſuprema in luce,futuri*
*Iuditÿ,inferno uitam phariſeus ab antro*
*Surgere credebat,tumulis & corpora ab atris*
*Exire extremo ad medium cum chriſtus olympo*
*Diſceptaturus terræ deſcenderet orbem.*
*Vt tutaretur paulus clamauit,ab orco*
*Prædico uenturas animas ad corpora tetro.*
*Sum phariſeus ego,phariſci filius,ipſe*
*Iudicor ad pœnas,quoniam prædico futurum*
*Iuditÿ examen,uegeto & ſperantia uitam*
*Corda ego perpetuam,tumulis cum corpora ab atris*
*Exierint clauſura animas ſub corporis aula,*
*Perpetuo ut uiuant,ſi ſint ſine crimine,ſcelo*
*Fœlices animæ cœlo,ſin tartara mœſtas*
*Occludent animas:nec ſpes ad ſidera fiat*
*Vlla reſurgendi,qui non hæc talia credunt*
*Damno ſaduceos & erat contentio multa,*
*Hos inter,diuiſa fuit concordia praui*

Regenti oppida.

a Phariſea cohors Iuuencus ti in phariſeo lõgauit Illa phariſei ſeduceiq; doloſi.

Sedulius curtauit.
Poſt dominus phariſea petens conuiuia cœne.
Hoc magis ſedet animo.
Iuuencus itẽ breuiauit ſaduceum dicens.
Inde ſaducei tali cinxere latratu.

RIDICVLVM

Vir quidam magnus reliquit in opere ſuo ſaduceos negare immortalitatem animæ qui tamen iuſtæ uiuebant.ſed qd ſperabant,ſed nota tenebant animas eſſe immortales. ſed haudquaq̃ʒ ſurrecturas amplius ad corpora ſuſcipienda.

*Concilij in paulum, nulla eſt ſurrectio,*[a] *nullus*
*Angelus, & nullus in toto ſpiritus orbe*
*Saduceus habet: mundo phariſeus at omni*
*Predicat oppoſitum, miro clamore ferebant*
*Inter ſe uoces, quidam dixere, quid iſte*
*Criminis aduexit? forſan, quid creditis? iſti*
*Angelus aſpirat, cœlo delapſus ab alto.*
*Spiritus aut dictat quæ ſit dicturus, utroſq;*[b]
*Saducea negat, uere ſuſpecta propago eſt.*
*Ii phariſeorum paulo fauere priores,*
*Rumor & in populo, modica & concordia turbæ*
*Saulus & in medio, trahit hic, trahit ille, dolores*
*Hic trahit, iniungat, trahit ille ut liberet agnum*
*At ne turba furens paulum diſcerperet, ingens*
*Præcipit adduci doctorem in caſtra tribunus,*
*Atq; ibi ſeruatur, media cui nocte triumpho*
*Iuppiter apparet multo, dein talia fatur,*
*Sis conſtans, ut mira ſion te roma loquentem*
*Audiat, audiuit, teſtis mihi paulus obibis*[c]
*Sunt ubi maiores mundi, quia roma triumphans*
*Digeſto fecere dic, liuore minaci*
*Conſilium quidam, ſe deuouere fatentes*
*Non eſſe:*[d] *& potare minus, niſi fraude, potenti*
*Conficiant telo paulum, monuere ſeneſq;,*
*Et caput in templo quis coniuratio facta eſt,*
*Quadraginta parant, occulta in prælia: ferrum,*
*Iiq; monent repetant ſaulum, quibus ipſe neceſſe eſt,*
*A magno, haud modica eſt populi cui cura, tribuno,*
*Anteq; q̃ accedat è ſtricto protinus antro*
*Irruet una manus, dein magna palatia ſaulo*
*Effundent aliam: & mortem properabit iniquam.*
*Audiuit, quæ effecta nepos doctoris in atrum*

Exitium

a Dicere animam rõnale n mori articulus eſt ſidei merens ignem chriſtus uenit ut hanc animã ſaluaret ergo eſt immortalis.
Non enim minori punitione dignus eſt qui dicit animam rationalem eſſe mortalẽ q̃ꝫ qui dicat chriſtum fuiſſe mendacẽ, q̃n quidem fuit ſumma ueritas.

b Vtroſq; .ſ. angelũ & ſpiritum.

c Obibis adibis.

d Eſſe comedere.
Fraude fraudulenter.
Quis quibus.
Parrauit ferrum.

Exitium pauli, currens in caſtra, reuellat.
Magnum equitem accerſit paulus, rogat inde, nepotem
Ducat ad ingentem, cui[a] ſunt arcana tribunum
Denudanda duci, duxit, iuuenemq́; tribuno
Obtulit, ut regem magna hæc ſecreta moneret,
Hic puer inquit, eques tibi uult arcana referre
Quæ latitant in corde grauiter tedeat, audi
Complexans dextram pueri ſucceſſit in ædem,
Rexq; domus aditum, rogat hunc quæ arcana tribuno
Perferat? & blando mulcet ſermone, feratur[b]
Quod latet in cordis ſecreta ualle ferendum,
Tunc puer, audiui quæ coniuratio facta eſt
In paulum, te mane rogat recutita propago
Vt mittas paulum, quia multa negocia ſecum
Concilio, cupiuntq́; uiro hoc[c] adiſcere quædam
Ignorata ſibi: uotum uouere, coruſco
Ni perimant mucrone hominem, non eſſe: nec ullum
Exorbent potum: ſic triſtis inædia truncet
A' uita hos miſeros, hæc coniuratio, præſes
Sunt arcana tibi quæ denudanda tribuno,
Nil aliud de corde fluit, quod uoce reſoluam
Præcipit huic præſes, ne quid producat in auras
Quod fuit arcanum, geminos uocat ipſe tribunus
Occulto ſermone duces, quibus ille, parentur
Ducenti pedites, equites, quibus effera mens eſt,
Septeni decies, & quos longa haſta tuetur
Qua feriunt hoſtem ducenti, & tertia noctis
Cum fuerit delapſa polo remeabilis hora,
Ducite cæſaream paulum, ſed tutus ab hoſte
Fiat hic hebræo, fœlix ubi præſes, & ille
Obſeruet uinctum, cauſamq́; examinet horum
Qui accuſant paulum, ſignatur epiſtola, ſenſus

a Cui nepoti.

b Feratur dicatur deeſt ut.

c Hoc ab hoc.

Huius erat, magno fœlici, claudius urbis
Exoptat charam lyſias ſine fine ſalutem
Cæſareæ regi, paulum manus impia gentis
Hebreæ iunctum multorum uerbere morti
Ni mea tutaſſet peditum delecta iuuentus,
Iam deſtinarat gelidæ, quem protinus armis
Eripui, romanus hic eſt, nec cauſa momordit
Hunc ego punirem, ni ꝙ contentio legis
Sanguinis hebrei, paulus diſſentit ab illis,
Inſidias poſuere homini, uota impia mortis
In paulum fecere ſimul, tibi deſtino paulum,
Accedant, quos cauſa premit, ſi qua extat, apellæ
Accuſent coram, uideas quæ crimina ſint hæc,
Duxerunt equites, lecta eſt ubi littera, paulum
Ipſe rogat fœlix, quæ ſit prouincia paulo,
In genus & patrem, facta eſt reſponſio, præſes
Ipſe cilix ego ſum, fœlix præſtabit & aures,
Præſes ait, cum te uenient qui crimine damnant
Audiat hic[a] fœlix, ambas audire neceſſe eſt
Ni ruat in præceps tenuis ſententia partes
Herodis ſeruare iubet prætoria miſſum.
Quinta dies aderat fani, & caput ordinis, urbem
Cæſaream uenit, ſecum quibus altior ætas
Venerunt, tertullus item, uox apta loquendi,
Paulus enim præſens, quando hic in crimina fertur
Doctoris, paulumq́; citat, tum talibus infit,
Pax erat in regno, fœlici pace quierant
Vrbani, & dominum fœlix te noſtra regentem
Accipimus, ſed parce precor, breuis ipſe quod angat
Tertullus retegat noſtræ præcordia gentis,
Pax erat inter nos, uenit diſcordia: rixe
Sacrorum contemptus item, quæ ſeminat iſte

a Hic tu. ric.

Paulus,

Paulus, & hebreos lacerat, legemq́; prophanat
Extollens ſectam, nulla formidine, quandam
Nazarenorum, Chriſtumq́; extolit Ieſum
Quem Cruce uexarunt noſtri pro labe, priores
Cepimus hunc ergo, multi qui morte reatus
Crimine plectendus fuerat, rapuere tribuni
Hunc pedites nobis, lyſias tibi miſit: & idem
Præcepit, ſi cauſa premat, non tedeat huius
Ad tua iura uiæ poteris cognoſcere, ſi qua eſt
Noxia quæ noxam paulo mercatur amaram,
Conſenſere ſenes, & qui comitatus apella,
Paulus ad hæc ſermone graui grauiora tribuno
Voce refert, coramq́; choro ſancta ora reſoluit.
Ipſe ego cum ſcirem, q̃ multo tempore fœlix
Huic præeras genti, fœlicia tempora, dixi:
Quando ego me purgem, uero, crimenq́; repellam,
Ter, quater, aduexit terræ ſua lumina titan,
Ter, quater, ad tenebras uexit ſua lumina phœbus,
Et totidem nitidos produxit cinthia crines,
Et totidem uaga luna comas amiſit, eodem
Tempore ego in ſancta, fœlix, non amplius, urbē
Ipſe fui, templum petij, pia uerba[a] præcumq́;
Effudi altiſono, quis me proſpexit euntem
In turbas: litesq́; truces mouiſſe: tumultum
In populo feciſſe graui: nugæ, omnia nugæ,
Confiteor ſeruire deo, ſine fraude, potenti,
Hancq́; ſequi ſectam chriſti, quæ, præſes apellæ
Hæreſis[b] eſt iſti, qui me accuſauit, & iſtis
Qui hunc primum fecere ducem, qui tela pararet,
Credo ego quæ uates procul hinc dixere futurum
Iudicium credo, uitamq́; reſurgere ab umbris,
Corporibusq́; unire ſuis ſe credo, potenti

a ¶ Pia uerba præcũ pro uerba piarum præcum.

b ¶ Hereſis cũ prima ambigua & media.

PRVDEN.

Hereſim hanc præſaga patris præuiderat olim.

PRVDEN.

Cognomẽto hereſis deus eſt mihi diſcolor inquit.

*Vna omnes deus ipſe manu, cum iudicet unam*
*Ad tenebras: aliamq́; uelit pia ſidera partem*
*Tunc ſuper extolli, quanta hic* [a] *formido cadenti*
*Nulli obſum: tantum ſtudeo ſeruire deorum,*
*Atq; hominum regi, cœlo qui fulmina ab alto*
*Torquet: & & horriſonas placat placabilis undas,*
*Aere lapſantes: mouet hic, atq; æquora mulcet.*
*Temporis abfueram multum non legis abuſu*
*In templo facturus opus, quæ oblatio* [b] *fertur.*
*Nunc urbem petij: noſtræ & pia munera genti,*
*Et uota explerem, in magno me hæc contio ſancto*
*Præſes item purum reperit (ſine fraude) tumultus*
*Nullus erat: me more canum rapuere furentes,*
*Pulſantes & uoce polos: qui ſidera ſeruant,*
*Tolle hoſtem, tunc clamor erat, tolle, impius hoſtis*
*Legis hic hebreæ, præſertim dira propago*
*Ex aſia; ſanctam petijt quæ protinus urbem,*
*Vt me accuſaret, ſed abeſt qui primus in hoſtem*
*Arma tulit (SED abeſſe reum qui accuſat iniquũ eſt)*
*Ii tamen adducant ſi quid rationis in ore*
*Verſatur: quo me taxet, me pellat ab orbe*
*Tolle hoſtem clamant: felix, & iudice damner*
*Si inueniant commiſſa mihi, quę funera poſſint*
*Peccanti* [c] *præbere homini phariſeus ego ſum.*
*Surgere & a tenebris animas ad corpora, dixi,*
*Iuditio extremo ſola hæc iniuria: ſola hæc*
*Crimina, quæ incuſant: neq; ſunt commiſſa, flagellum,*
*Quę mereant ignes, tenebroſa & uincula quærant,*
*Dura & ſaxa uelint: tum me dixere tumultum*
*In populo feciſſe grauem: ſunt omnia fraudes.*
*Diſtulit hos felix. cum ſancta ex urbe tribunus*
*Venerit, auſcultem, ſi qua eſt iniuria, dixit.*

Magno

a ❡ Hic tunc. uel ibi.

b ❡ Quæ oblatio offerre ſcilicet.

c ❡ Peccanti. i. peccatori.

Magno equiti iuſſit,paulum ſeruaret ab æſtu:
In odio,liuore truci,quo ſammana proles
Vritur:& toto proſerpit corpore uirus,
Nec uetuit:ſeruire ſuos quocunq;[a] liceret,
Temporis à modico:fœlix,druſilla uenitq;
Chara ducis coniux prognata è ſanguine gentis
Hebreæ:paulumq; petunt,paulumq; ſalutant,
Hosq; fidem docuit Chriſti,quæ territat enſe,
Deq; pudicitia paulus[b] diſceptat,& atro
Iuditio,timuere ambo,formidinis ambo
Aſpectu:præſesq; inquit mihi liber abibis,
Cumq; aderit tempus uenies:ſpes macra tirrano eſt,
(A paulo ſperabat enim ſolamen:& aurum
Sæpius hinc paulum petijt ui fraudis auaræ)
Exegit geminos obſcuri carceris annos
Imperio,exegit fœlix & munus honoris,
Cæſareæ ſucceſſor enim fit portius urbis
Feſtus:& imperij primam ſucceſſit in urbem,
Vt morem gereret fœlix,quibus atra cupido eſt
In paulum,liquit ſinuoſo in carcere paulum,
Cumq; cilix habuiſſet enim prouincia ſextum,
A triduo in ſanctam conſcendit portius urbem,
Ecce iterum rabioſa cohors in crimina præceps
Cæſarea poſcens paulum producat ab urbe
Præſes:& hic iuſto coram trutinentur ab ipſo
Crimina quæ accuſant æui ſenioris apellæ,
Molitur recutita necem ſtirps atra doloſam,
Ingreditur dum paulus iter progreſſus ab urbe
Cæſaris,at præſes,ſatis hic[c] ſeruatur in alma
Cæſarea,in pauli cauſa prudenter agendum eſt,
Accedant,quos cauſa premit,ueſtriq; priores
Accuſent,ſi crimen erit,ſibi pœna paretur,

a ¶ Quocunq;.ſ.modo.

b ¶ Paulus diſceptat de ea quæ enſe territat.i. de iuſtitia.
Endiadis.

c ¶ Hic.ſ.paulus.

Očto dies,non una decem campleuerat hora.
Hic ſtetit urbe ſion,turrim[a] dehinc portius urbem
Deſcendit,ſtatimq́; canes ſibi crimina ab urbe
Obiectant,uenere ſion,qui fraude potentes.
Nulla tamen ſolidare ualent conuitia ſaluo
Saulus erat conſtans,ut ſaxa ingentia ponto,
Obſtabat iaculis,trita hæc prouerbia ſeruans,
RECTE age tum medicos renuas pcepta ferentes.
Non legem temeraſſe probat,non templa,nec ullum
Cæſaris imperium,ſolari præſes apellas
Exoptans,uis ipſe ſion te ferre:ſionq́;
Audiet hæc feſtus quæ accuſant crimina? teq́;?
Cui paulus,ſto feſte potens hic ante tribunal
Cæſſaris , hic opus eſt audire,& diſcere cauſas
Criminis aduecti,recte ut cognoſcis,apellæ
Non nocui,ſi paulus enim,moriatur,apellis
Obfuit,& rigidum,uel ſaxa nocentia,ferrum
Sentiat infœlix,& crimina pœna ſequatur,
Cōmerui ſiq́; ipſe nihil,me nullus apellis
Largiri poterit,romam,quo iure,ſuumq́;
Appelo imperium,Romæ mea crimina cæſar
Audiat & taxet,tunc paulo portius,urbem
Appellas? ut uerba ſonant comitatus obibis[b]
Cæſaris aſpectum,romæ tua crimina cæſar
Audiat auguſtus,[c] nec feſto iudice,damnent
Hebrei,mœſto ſic tandem hoc faſce leuabor.
Poſt aliquot[d] uenere dies agrippa,comesq́;
Connuby,comitante choro,feſtumq́; ſalutant
Temporis à ſpatio,feſtus quæ facta potenti
Indicat agrippæ,paulum ꝙ uincula ſeruent
Carceris obſcuri,fœlix quæ adiecerat illi,
Hieruſalem uenere ſenes,templiq́; priores,

Meq́;

a ¶ Ceſareã ꝙ turris ſtratoni dicit inquit hieronimus.

b Obibis adibis.
Crimina accuſationes.

c Auguſtus ſacer.

d ¶ Poſt aliquot dies.

Meq; rogant,paulum perdam,nec cauſa reatus
Apparet delendi hominem,quibus ipſe,[a] potenti
Romano imperio multa eſt iniuria quenq̃
Damnari,ſine teſte ſui præſente reatus,
Defendat ſe quippe reus,ſæua ipſe repello
Tela obiecta ſibi,tandem uenere:ſequenti
Ipſe die coram paulum ferientia telis
Ora odij tunc ſede ſedens ego portius atra
Audiui,iuſſitq; huminem,produceret atri
Carceris huc cuſtos,nulla & dilatio facta eſt
Criminis in paulum,nec erat quæ,cauſa,probaret,
Nec ratio commiſſa uiri,ſuſpectus ut idem
Atq; reus foret ipſe mihi,qui in crimina ſurgit
Alterius,tantum fuerat ſibi quæſtio talis,
Vitæ author chriſtus,uiuentis crimina terræ
Sanguine purgauit proprio,remeauit ab orco
Vita ſibi,ſuperasq; adyt ſaluator ad auras,
Lumen hic in tenebris,ubi plurima mortis imago,
Quæſtio me dubium fecit,paulo ipſe,placet ne
Hieruſalem duci:paulo poſcente,potentem
Cæſaris arbitrio ſeruatur carceris urbem
Septum intra obſcuri,romanas uiderit arces,
Iudicet hunc cæſar,nec ſit mihi queſtio pondus,
Huic agrippa potens,paulum ſi audire liceret
Agrippam porti:nobis hæc ſola libido eſt,
Cras tu,feſtus ait,poteris ſentire loquentem,
Altera lux aderat,radio conſperſa nitenti,
Solis & aſpectu,multa ſubeunte caterua
Agrippa,& coniunx q̃ ſæua palatia magni[b]
Præſidis intrarunt,ſaulusq; adducitur ante
Præſidis aſpectum,regi tunc portius,yſq;
Qui ſimul aſtabant,& compleuere triumphum,

a Ipſe,ego ipſe dixi. Ipſe dixi paulo.

b Palatia magni præſidis intrarunt q̃ ſeua quã magna.

Rex agrippa, uiriq́; omnes, mihi contio tota
Audite hæc, nec noſtra cadant à mente, præcamur
Cernitis hunc hominem, nobis quem gentis apellæ
Tota cohors petiere mori, nec cauſa ſuperſtes
Iis erat ad mortem, paulo poſcente, ſuburram
Adduci, decerno equidem magni audiat ingens
Cæſaris imperium, certi ſed neſcio quid ſit
Scribendum imperio, quo iure, agrippa reuelet
Si qua mihi lateant, agrippa interroget ipſe,
Quid ſcribam docear, uana eſt hæc miſſio uincti
Extincta ratione rei[a] caligine multa,
Cauſa nec in liquido eſt, FACIlis damnatio linguę,
Quodq́; probet labor eſt cliuoſi montis, & æſtus.
Rex ait ad paulum, tibi fas ſermonis, ut ipſe
Paule procul pellas[b] celeres umbone ſagittas,
Quas iaciunt hoſtes, & nunc iaculantur apellæ,
Extenta ſe quippe manu ratione tuetur[c]
Ante uiros qui regna tenent, & mobile gentis
Hebrææ imperium, ſic ora in uerba reſoluit,
Felicem me agrippa puto, meq́; eſſe beatum
Te coram, purgabo quidem, quæ crimina paulo
Imponunt uerpi, non ergo ſilentia damnes
Me uerum prodente tibi, qui noſcis in omni
Hebreos, moreſq́; ſuos, nec falleris unq̃,
Nouerunt omnes quæ pauli uita per urbem,
Quiſq́; modus fuerit uiuendi: iniuria fiat
Nulla quidem uero, neq; enim mihi teſtis iniquus
Sentiat oppoſitum, primis mi præſes ab annis,
Mi rex hac ſancta uixi phariſeus in urbe,
Et nunc accuſor ſub ſpe, quæ facta, q̃ author
Seminis humani tetro reuocabit ab orco
Humana humanas animas ad corpora cunctas

a ¶ Rei a re, non a reo.

b ¶ Pellas aphere.

c ¶ Paulus ſemper ſilentiũ petebat porrecta dextra in populum qd eſt ſignũ multe grauitatis.

Fiet

*Fiet & examen, prauorum dira parantur*
*Tartara, ſint uarijs inferna palatia poennis:*
*Iuſtorum ſedes cœlum, ſpes illa futura eſt,*
*Ipſe quoq; in chriſtum direxi tela, ſequaces*
*Oppugnans, claudensq; atro quos carcere chriſto*
*Credere cernebam, duro & torquere flagello,*
*Ferrum erat ijs terror, requies & corporis urna,*
*Ipſe ipſe accepi, templi a maioribus, urbe*
*In ſancta, ut poſſim laqueare in uincla fatentes*
*In terris chriſtum, uexare & uerbere captos,*
*Crudelemq; inferre necem, mi[a] ſola libido*
*Hæc erat,* AT *cælo durum ſe æquare potenti eſt,*
*Clara dies medij præſtanti lumine curſus*
*Solis erat, clarumq; ſupra me lumen obumbrat,*
*Extimui, uocemq; meis his auribus hauſi,*
*Lingua erat hebreæ gentis, cur paule repugnas?*
*Inq; meis me paule præmis,* LABOR *arduus altos*
*Oppugnare polos, pungenti occurrere ferro,*
*Tunc ego quis domine es, tunc uox reſpondit Ieſus*
*Sum nazarenus: ſurgas mihi teſtis ubiq;,*
*Vt doceas, quæ uiſa tibi, uerbiq; miniſter*
*In populis fias, mundo nudabis, & omnes*
*Pœniteat ſcelerum, uiuant, reuocentur ab antro*
*Mortis, & inferna minime abſcundantur in umbra,*
*Rex ego quæ uidi non ſpreui credere: primum*
*In ſyria[b] ſanctosq; uiros ego paulus, & urbe*
*Edocui, gentesq; feras hærere tonanti,*
*Credere & in Chriſtum: ſugere & commiſſa: ſuorũ*
*Pœniteat (ſi quos uexent ſua crimina) & undæ[c]*
*Expurgent maculas patrati criminis atras,*
*Hoc iure accuſor paſſus fera uincula, mortem*
*Intentant, uirtute iouis, quem prædico, ſoſpes*

a ℂ Mi mihi.

b ℂ In ſyria.i.damaſci & urbe, endiadis eſt.

c ℂ Vndæ nominatiuus

Exiui incolumis,multa & poſt uerbera ſaluus,
Præſentem'q; diem uideo,quæ edere prophetæ
Edoceo cunctos,& multa uolumina moſis,
Venturum dixere,iouem,ueniſſe potenti
Virtute hunc doceo,mortem petiſſe,beatam
Atq; animam reuocaſſe ſuam de faucibus orci,
Eripuiſſe patres limbo,quos duxit olimpo,
Protinus in ſaulum feſtus clamore ſuberbo
Arpochratem[a] rumpit,fregitq; ſilentia,dicens
Inſanis paule hic,nunc te doctrina coegit
Inſanire potens,nulla eſt inſania præſes
Paulus ait,ſed uera loquor,ſed ſobria,genti
Prædico,[b] non iſta latent ueriſſima regem
Facta palam,credis num rex agrippa prophetis?
Aſſentis certe,cui rex ò paule minori,
Christiſequũ regem fieri conamine cenſes.
Paulus ad hæc,agrippa omnes mea uerba ferentes
In modico magno'q; uelim,nec fraude fatemur,
Qualis ego hos fieri,ſed ab ijs fera uincula deſint,
Surrexit rex,præſes item,regi'q; fideles,
Atq; comes thalami agrippa fidiſſima coniunx,
Et clandeſtino proceres ſermone feruntur
In uerba,hic nil morte potens patrauit,& ulla
Vincla merens fecit,tum rex,niſi cæſaris aulam
Clamaſſet:paulus poterat diſſoluier omni
Iuditio ereptus,petijt ſed adire ſuburram,
Sentiat hic romã,COMMVNIS patria roma eſt,
Mittitur hic urbi,pedites comitantur,& horum
Iulius eſt princeps,ueniunt ſidona,deinde
Accedunt ciprum,nec uenti afflare ſecundi
Quæ liciæ liſtram'q; petunt,ibi iulius oras
Italicas nauim reperit per uaſta petentem
Æquora,

a Arpochatem.i.ſilentium.

b Prædico media lõga.

Æquora, & ingreſſi tota comitante caterua
Accelerant cretam iuxta ſalamina, fretumq́;
Nauibus exitium, monſtrat, contraria ſurgunt
Flamina uentorum, tum diri frigoris horror
Ingruit, ac hiemem cernunt ueniſſe, ferentes
Has merces romam, paulus ſolatur, eosq́;
Orat ibi expectent, donec felicia ponto
Tempora ſuccurrant, & ueris gratia ſurgat
Nauta ſed oppoſitum cernit, cui iulius hæret
In uoto, pontumq́; legunt, phœnicia & optant
Littora, ſed ualida tunc tempeſtate, ſalutis
Nulla erat ijs propriæ ſpes, at mors ſola parabat
Ante oculos finem uitæ properantis ad orcum,
Lumina cælarant tenebræ, nox lurida ponto
Sparſerat infernæ, cœcæ & uelamina terræ,
Arma ratis, mercesq́; freto iecere furenti,
Exonerant nauim rebus, QVIA nempe minoris
Iacturæ eſt, q̃ uita hominis, ſua gloria rerum,[a]
Iis paulus, q̃ tota uiri cipri inſula ſedes
Conſilio pauli nobis erat illa, ſalutis
Cunctorum tutamen item, dira æquora nullum
Abſorbent, nauis tantum, pinusq́; procellam
Sentiet, obſcura ſaulo caligine noctis
Angelus apparet, uobis nudata reuellet,
Quodq́; urbem pergam, uanum pelle ergo timorem
Pelle procul iuli, NON deeſt promiſſio cœli
Credenti, A' decima uenit nox quarta, leguntur
Equora, & in media, cum facta ſilentia nocte,
Nauta aliquam apparere putant in montibus urbem,
Cuncta tegunt tenebræ, pontum petiere receſſu[b]
Funis, & extrema pondus de parte profundum
Attigit, ut noſcant quale hic diſcrimen ab unda

a ¶ Sua gloria rerũ.i.gloria ſuarum rerum.

b ¶ Receſſu delapſu in aquas.

a ℭ Ab unda aeris quæ in ſuperficie ponti eſt & cœlum uidet uſq; ad terram

*Aeris[a] ad terram, quid diſtet, ut æquora lapſi*
*Effugerent cimba, pedites & nocte fugaci*
*Deciperent curſu, uiginti paſſibus æquor*
*Inueniunt, ultraq; legunt & fune retentant*
*Quale ſibi fundum, primo a tentamine deſunt*
*Quinq; ſibi paſſus, ſcopulos timuere, parantq;*
*Ad lucem firmare ratem, quater anchora fundat,*
*E prora miſere duas, totidemq; ſequentes*
*Puppis habet curuas, retinent & in æquore nauim,*
*Clam nautæ ſtruxere fugam: ſæui æquoris iras*
*Horrentes, cimba comperta fraude coruſco*
*Enſe equites feriunt funes, retinacula puppis,*
*Et cimbam uoluere freto ſine remige ferri,*
*Lux aderat iam grata mari, tunc ſaulus in omnes*
*Verba tulit, ſolatur item, reſecantur & urget*
*Prædulci ſermone uiros, quos æquoris æſtus*
*Vexarat, quæ ſunt, ſumuntur edulia, deinde*
*Aleuiant fruges, tritico freta dira ſeruntur,*
*Et frumenta natant, mirantur in æquore piſces,*
*A longe uidere ſinum, cui littus arena &,*
*Anchoræ & emergunt, iuncturæ, & funibus atræ*
*Soluuntur, ſe dantq; mari, uentosq; ſequuntur,*
*Applicuere ſolo, bibulas tum nauis arenas*
*Paſſa nimis: tum prora prius miſerabilis alto*
*Naufragium ſenſit, pelago, diſſuta timentes*
*Terruit horriſonum, multa formidine, pontum,*
*Nam pedites ſtatuere mori mucrone coruſco*
*Et paulum, & comites, atq; illos perdere ferro,*
*Hic erat ut romam peterent, præmerentur & unda*
*Cauſa potens, & prima quidem, ſed iulius omnes*
*Admonet ut tabulis pergant ad littora nantes*
*Adiuti ligno, ſi cui ſua brachia deſunt,*

Et

Et nequeant innare fretum ſine cortice,quiq;
Dira ualent ulmis tranſire per æquora,terræ,
Ii primi liquidas iactent ſua corpora in undas,
Quod factum eſt,uenere omnes ad littora ſalui,
Et tantum horriſonum ſenſit trabs feſſa profundum,
Nouere hanc leſbon,mithylenæ hæc inſula leſbos
Frigus erat,ſarmenta ferunt,ut corpora flammis
Viribus inſtaurent,paulus ſarmenta laborat
Vt ferat ad prunas,elapſa è faſcibus atris
Inuaſit dextram pauli teterrima ſerpens,
Vt primum uidere homines,quos patria cunctos
Barbara progenuit,dextra pendere uenenum,
Hunc neq; dixere uirum,multiq; cruoris,
Vltio quem ſequitur,nec uult ſibi uita ſuperſtes,
Excuſſa delapſa manu eſt,ſine uulnere ſerpens,
Nec nocuit paulo,factum hoc mirabile cunctis,
Hunc dixere deum,potuit qui extinguere uirus,
Publius iis præerat campis,prædiues,& auro
Fouit hic,& comites,paulum,dulcedine grandis
Hoſpitij,pauitq; dies tres ipſe cohortem,
Cuius enim paulus febris feruore parentem
Sanauit,uirtute iouis,fluxuq; cruoris
Exhauſtum,multosq; loci ui pneumatis ægros,
Luna ter occubuit,ter & hæc ſurrexit ab undis,
Protinus inſcendunt nauim quam dira timentem, Secundo uento.
Hic occluſit hiems multo cum remige,leſbij
Dona quidem dederant,methina protinus omnes
Abſcedunt,ſulcatur iter per uaſta ſecundo
Æquora & aſpirat nautis fœlicius auſter,
Atq; ſiracuſias uento mittuntur ad oras,
Hinc regium,cumasq; petunt,dehinc mœnia romæ,
Cæſari & offertur paulus,tunc iulius alto

Alto imperio .i. imperatori.

Imperio exponit, tantiq́ue cauſa laboris,
Qualis homo ſit paulus item, conceſſit & uno
Milite chriſti ſequas doctor comitatus in urbe
Viſeret: & ſecum pariter pranderet: & una

a Hic .ſ. paulus.

Staret hic[a] ex uoto: poſtq́ lux tertia ceſſit,
Aduocat hebreos, ueniunt: quibus ille reuellat,
Cur romana manus duris ſua membra cathenis
Strinxerat inſonti: qui nec præcepta moyſi:
Nec legis pia iuſſa ſuæ: nec uincula rupit,
Quod uoluit præſes paulum dimittere: uerpi
Oppoſuere duci morti me traderet: ergo
Cæſaris imperium mox appellare coactus
Huc ego producor uinctus: neq; conſcius atri
Criminis, ut moriar: ſola eſt iniuria liuor.
Hebrei dixere, quidem, nec epiſtola nobis
Vlla fuit de te: nec quis narrauit ab urbe
Hieruſalem ueniens: tamen hic audire rogamus
Quæ ſentis: ſentimus enim q́ ꝑtinus omnes

b Obdicunt contradicunt.

Huic ſectæ obdicunt:[b] & ſecta refellitur iſta,
Ergo unam ſtatuere diem, uenere, rogantq;
Exponat quæcunq; ſapit, quibus ille moyſen
Adducit: ſua iura probet: chriſtumq; reuellat
Iam ueniſſe, fugat quæcunq; obſtantia chriſto
Tela ioui humano, multi renuere negantes,

c Credere ꝓ credebat.

ESAI. 6.

Vade ad populum iſtum & dic ad eos, aure audietis & non intelligetis. & videntes videbitis: & nō perſpicietis.

Hunc ad hunc .ſ. populū.

Credere[c] pars paulo: ſic diſceſſere theatro,
Paulus ait, mens ſancta iouis, q́ rite, loquuta eſt
Per uatem ad populum: uade hunc & dicito quiſquis
Audiet, atq; horum nihil hic intelliget, atq;
Cernetis, caligo tamen quæ uiſa tenebret,
Cor populi obtuſum eſt, claudunt ſua lumina; & aures
Ne uideant, capiantq; ſibi quæ iuſſa, fugentq;
Interitum mentis, cunctis hæc nota, ſalutem

Haud

*Haud capient gentes, & pura mente reſeruent.*
*Hoc dicto ceſſere omnes, tum quæſtio multa eſt*
*Hos inter, paulus geminos hic protulit annos,*
*Et docuit chriſtum, nulla atq; iniuria ſaulo*
*Facta fuit, uoci ſed libera quippe poteſtas.*

*Actuum apoſtolorum Liber Quartus*
*Explicit.*

HÆC tuba per latias chriſti mirabi
lis urbes,
Inſonuit paulus, totusq́; exterritus
orbis
Voce deum,[a] mortalis enim eſt,
qui uoce potentes
Terruit, & cœli mira uirtute ti
rannos
Traxit ad exitium uitij ferientis inermem[b]
Hanc animam, quæ mole latens ſub corporis atra
Illuſa orcheis totiens uexatur ab umbris,
Nanq; pedes nudi, grandi ſine dogmate:[c] uili
Sanguine prognati, dulci flexere potentes
Eloquio in terris, ſignisq́; ſequentibus, hosq́;
A' curuo ad rectum, uerbo amouere feraci
Credentes uncto:[d] charos liquere parentes,
Et genitos, genitasq́; ſimul, ſua regna, ſeipſos
Arctantes dure, fugiunt commertia, uitæ,
Et mundum, haud quaq̃ ſanctis ſua corda quierant
Vt iouis imperio, multa mercede,[e] ſubirent,
Præmia uiſuri ſupero admittenda triumpho,
Liquerunt ſtatuas: lapides fregere: tonantem
Vt tantum colerent multæ formidinis unum,
Non deus ignis[f] erat: nullus neptunnus: in uua
Amplius haud bromius: prætio nec grandis in auro
Iuppiter: aut nitidum lædæ ueſtibat olorem,
Nec fuit in tauro: nullam uitiabat, apollo
Non fuit & paſtor, leo nec furioſus, amoris
Nulla quidem mater: non tris: non quattuor: una &
Non fuit alma uenus, pallas tum nulla: ſenexq́;
Falcitenens, tumido non mars haſtilia bello
Vibrabat, clauam neq́, enim tirinthius atram
Geſtabat

a Voce deum totus orbis exterritus. ſ. eſt. Mortalis eſt. ſ. paulus.

b Inermē incautam.

c Sine dogmate ignorantes fuerunt apoſtoli. præter paulum.

d Vncto Chriſto. Liquere parentes ut ioānes & iacobus. Se ipſos hora. Simeanus. End.

e Mercede. labore virg. 2. geor. Lapides ſimulachra. Vnum ſolum.

f Ignis erat iuppiter in ſpecie ignis æginam aſopi filiam compreſſit oui. 6. me. Aſopida luſerit ignis. In vita liber uitiauit erigonē in aura nō fuit iuppiter ut uiolaret danaem Nec in olore conſcelerauit ledam, ne. in tauro europen. Apollo non fuit paſtor admeti nec uitiauit iſſen filiam machirei. 6. me. Item in leonem. met. 6. Non tres, nec quatuor veneres ſunt prima cœli, & diei filia, altera ex ſpuma maris orta ferłur tertia ex ioue & dione.

Geſtabat rigida, terrenti pectore, dextra,
Nulla pales, latis nec facta parilia campis,
Non erat arcadico paſtorum magnus in orbe
Pan deus in ſiluis agreſti inſignis auena,
Nullus honor cereri cibele neglecta: triformis
Sic diana nihil, nec erat cilenius almi.
Sermonis genitor, nec erat deceptio diri
Amplius hic ditis, poſtq̄ repleuerit orbem.
Sancta cohors chriſti, plena eſt nanq; india chriſto,
Quæ minor: & magnum retinet quæ maxima nomen
Atq; aſiam[a] fudere uiri dulcedine totam,
Atq; dapes libici ſanctas ſenſere leones,
Atq; ubi dant ſtelle ſeptem ſua iura triones,
Ac ubi ſol recubans nitidos ſua lumina, crines
Condit in oceano, calidus præcordia, fluctu,
Vnus erat tantum deus his mortalibus, una
Vera fides in corde hominum, qui uerba tonantis[b]
Nuper apoſtolici mundo ſenſere triumphi,
Et quia quæ maior, ſi qua eſt, prouincia magno
Debetur regi, quæ parua minoribus & ſunt
Amplexanda uiris, quæ rerum maxima, romam
Intrarunt, animis magno duo lumina[c] cœlo,
Petrus, & in toto paulus reſonabilis orbe,
Fecerunt miranda homini procurrere claudos
Proſpitiunt cœci, mutos commiſſa fateri,
Et laudes proferre deo, qui in crimina parcit
Audit ſurdus item, priuati uiribus audent
Ferre manum grauibus, ueniunt ſic robora laſſis,
Surgit ab inferno qui iam prolapſus opaco
In foueam mortis: mirantur talia magni
Romulidæ. SED quæq; dies comitatur ab umbra
Frigentis, ſuccedit enim quæ lurida, noctis,

a Atq; aſiā enumerant quatuor mūdi partes. q̄a in omnem terram exiuit ſonus eorum
Sua lumina appō.

b Tonantis triumphi. i. intonantis.
Regi rectori.

c Lumina animis.
Magno cœlo. i. deo, duo lumina magno deo.

Quidam erat, iſte ſimon, magicas q̄ꝫ calidus, artes
Exercens, fallebat enim uirtutis amara
Pernicies mundum, ſtatuæ riſere, canoro
Cantare[a] occentu: tum quæ inſenſata moueri
Cernebant homines, & uerba humana ferebant
Bruta uel obſcuris animas[b] reuocabat ab umbris
Corporis at nunq̄ꝫ fuerat quæ forma, redibat
Hæc eadem propriè: fallax at uiſio: fallax
Regreſſus moli: uana atq̄ꝫ illuſio centri;
Hoc iouis eſt tantum ſua ſola potentia ab orco
Suſcitat occiſos: & quis ſua lumina cæcis
Deficiunt, præbet uerba & ſermone carenti.
Dæmon erat miranda ferens: miracula fingens
Verſator ſcelerum: miſcens mendatia ueris:
Et uera immiſcens falſis: pater impius atri
Erroris: monſtrator[c] item quæ dulcia fallunt,
Et ſub melle tenent quæcunq̄ꝫ hic toxica lætant,
Dira ſimonis erat fraus: & doctrina potentem
Decipiens populum, qui iam deceperat urbem
Hebreæ gentis, miſeri contagio mundi,
Creuerat in populo nomen fallentis, habebat
Corda hominum ceu preſſa manu: deus ipſe putatur,
Qui mira obloquitur: uel quod natura negabit
Ipſe ſimon fingit: cædunt ſibi flamina, uenti
Tum ſpirant, ut uota petunt fraudantis, ad altos
Flumina tum refluunt fontes: tremit æquor, & iram
Æquoris hic mulcet, montes, & flumina tranat
Obſequio alterius: friget ſibi flamma: fouetq̄ꝫ
Huic glaties ingrata manus, dat luna cruorem,
Sol niueas præbetq̄ꝫ comas, miracula genti
Et populo hic romæ uiſa hæc tam ſæua potenti,
Diuinatq̄ꝫ ſimon, partes & apollinis audet

Sumere:

a Cantare cantabant.

b Animas malignos ſpiritus ſed nunq̄ꝫ eadē anima redibat ad ſuū corpus Moli corpori ſuo.

c Monſtrator dulcium quæ dulcia fallunt.
Potentem populum. i. romanum urbem hebreæ gētis. ſ. hieruſalem. cōtagio appō eſt.
Fallenti. ſ. ſimonis.
Vel etiam.

Sumere:denudans quæ ſunt uentura neroni.
Quodq; alibi cernatur[a] opus:quæ intenſa libido
Magnorum qui multa regunt, dominantur & orbi.
Atrahit ergo homines ſimilis deluſio,credant
Quæ apparent oculis:uirga ut proſerpat,ut anguis,
Aduolet & ſaxum cornix:uel niſus in auras.
Nil tamen hic ueri:ſed cum ſe opponeret alto
Hic magus omnipatri,magica qui diceret arte
Se mira uirtute iouem ſuccenſus honore,
Et iouis imperio,fidei oppoſuere columnæ
Huic obicem,nam falſa probant[b] quæ fecerat arte
Eſſe quidem magica,falſis & uera repugnant,
Mira[c] quidem petri,nulla eſt illuſio,ſaxa
Nulla uolant, uolucres,& non idola loquuntur,
Non ſtatuæ rident,non currunt oſſa,nec ullam
Effigiant ceram formæ mortalis honore,
Lumina ſed cæcis præbent lucemq; miniſtrant
Aeris,inferno qui mox clauduntur in antro,
Atq; animas reuocant humana ad corpora,uiuunt
Funera,& ætherea uere ueſcuntur in aura,
Atq; diu remanent mundo,miracula ſunt hæc,
Suſcitat umbra truci mortis ſopita ſopore,
Corpora portantis claues,qui ſoluit,& æquo
Vinculat imperio,ſic libera facta poteſtas,
Talia uult neq̃,romæ & deceptor,ad auras
Prodere,& æthereas fallax inſcendere partes
Fallere ſi poſſit populum,prædixerat ipſe
Omnibus,& totam percurrit maximus urbem
Rumor,id expectant cuncti,concurſus & urbis
Magnus erat,uenit hora,ſimon,qua inſcendat olimpũ
Orat hic,erigitur ſenſim.mirabile quoddam
Hoc erat in populo,uolucris locus aeris,illac.

a ¶ Cernatur delibere[t] & ordinetur

b ¶ Probant eſſe falſa.

c ¶ Mira.i.quæ mira ſunt
Miniſtrant.ſ.illis qui.
Vmbra.ſ.petri.
Neq̃.ſ.ſimon.
Venit præſens eſt.
Locus.ſ.eſt.

Tranſcat ut miluus, ucl[a] qui ſine corpore, degunt
a Vel ſpirituum qui.
Spirituum, graue corpus habet commertia terræ,
Cunctorum fabro fundit diuina tonanti
Verba præcum paulus, ruat hic, ne maximus error
Naſcatur populo, quoniam iouis audet honorem,
Præcipit at petrus, ſteropes retinacula ſoluant
b Deus hic irronicos.
Corruat in præceps deus[b] hic, delapſus ab alto eſt,
Frigenti gelidæ mortis demerſus in umbra,
Atq; animam clauſere atro fera tartara clauſtro,
FALSA parum durant, falſis primordia feruent,
Labuntur ſubito ſed, quæ mendatia caſu,
Vera ſed æternos fiant deducta per annos.
Decidit iſte ſimon ſentina, uorago, tricorpor
Gerion, ſcelerumq; patens putredine gurges,
Hinc odij fomes, poterant nec ſcire futura,
Cernere nec ciues mira illudentia ſenſus
Spirituum, dux ipſe ſimon, mendacia quæ ſunt,
Qui quoq; deceptus, QVIa magna minoribus obſtāt
Tartara ſuccumbunt cœlo: mors atra neronem
c Exitio illius qui. Vel etiam.
Incitat exitio,[c] qui regna obſtantia centro
Claudit, & hic aperit, uel pauli ad fata furore,
Viderat in ſanctis quæ ſunt miranda, negabat
Hanc iouis eſſe manum, ſola incantamina ſunt hæc
Dixit hic imprudens, uirtus orchea tonantis
Hæc erat, & cœli, CAPIVNT contraria mentes
Virtuti oppoſitæ, bona ſunt ſibi praua, tenebre
Et uitium lux eſt, magna eſt iniuria caſus
d Sibi.i. ſua: & naturali
Induperatori, tum dira ſimonis edaci
Ardore, ac odio rapitur, crudeſcit, & auget
Se ſibi[d] ſæuitia, pedites parat, arma capeſſunt
Exitio Chriſti, nomenq; extinguere chriſti
Se accingit paribus, qualis nero, noxius, armis.

*Virtuti,[a] & cœlo, capiunt, rapiuntq́; trahuntq́;*
*Diſcipulos fidei, læta eſt hebræa propago,*
*Dæmonis ipſa ſequax proles, quæ uenerat[b] urbe*
*Et ſancta q̃ dira cohors, q̃ credula ad urbem*
*Imperij romam, coramq́; adducier ambos*
*Præcipit ipſe nero, toruoq; ſilentia uultu*
*Rupit hic inſpectans, quæ ſunt tibi carmina petre?*
*Quod tibi paule ſcelus? quæ uis? quæ tartara uobis*
*Robora præſtiterint? mira adfingatis, & omne*
*Vos genus atrahitis, tellus, ſæua æquera parent,*
*Æthera, & infernus, tibi quæ diuina poteſtas?*
*Fare, age qui primus, faxo mucrone coruſco*
*Pœniteat ſcelerum, deus an tu iuppiter? an tu*
*Mercurius? qui uerba geris? cui lingua potenter*
*Lubrica ſuccurrit, romana potentia nulla eſt?*
*Et nihil ij dij ſunt? ſtatuas fregiſtis, & aurum,*
*Et ſectam docuiſtis iter, quod ducit ad umbras,*
*Tuq́; doces chriſtum populos, magnumq́; tonantem*
*Eſſe facis chriſtum? neq; enim romana poteſtas[c]*
*Approbat id fieri, multa eſt iniuria, multus*
*Error, ut in ligno figatur iuppiter atro,*
*Error & ut romam ſeducas paule, prophanus*
*Hoſtis es auſonio, nulla formidine, templo,*
*Dceleſti hebreos, & uis delere potentes*
*Cœlorum à cultu: uana eſt elatio pauli,*
*Præſumis tu paule nimis, quia lingua canoro*
*Ore ſonat paulo, faciam commiſſa cruore*
*Ipſe luas fuſo, reliquis exempla parentur*
*Qui diuum romæ delere piacula[d] tentent,*
*Et ſectam præbere nouam, dein ſigna furentis*
*Indice demorſo, populo præſente reuellat,[e]*
*Tunc paulus feruor fidei ſancta ora reſoluit,*

a ¶ Virtuti & cœlo end.

b ¶ Quæ uenerat romã ad urbem imperii. Quæ robora. End.

c ¶ Poteſtas, authoritas romanorum non approbat chriſtum eſſe deũ, hæc fuit romanorum iniuria ꝙ chriſtus diceretur dei filius ſine romana authoritate, tana fuit illorum ſuperbia.

d ¶ Piacula ſacrificia.

e ¶ Reuellat ſigna furentis.

Magne, quid inſurgis? quæ rex ueſana libido
Perdere quod fidei, ſtatuas ſeruare? potenti
Atq; obſtare deo, cui ſumma potentia magno,
Et ſapere, & pietas, quæ cuncta, ex ordine, ſolis
Lumina ſi ſinerent, & te inuictiſſime cæſar
Præberes facilem præſenti numine magni
Pneumatis auderem magno immiſcere triumpho

Paulus uult cum nerone diſceptare de dei potentia, ſapientia, & miſericordia, & romanorum falſitatē de diis refellere vt fidei formam poſſit introducere.

Magnarum rerum, ſed tellus cædat olimpo,
Annuit hic paulo cæſar, propoſta referret,
Et cœli narraret opus, quæcunq; probarit
Eſſe aliquid ueri, nulla hic mendacia ſurgant

Hic tunc.

Narranti & ſaulo, ſileat ſua lingua recepit,

Hic in ſermo.

Arrectaſq; ad magna uiri promiſerat aures.

PAVLVS

De potentia dei prædicat

Extenſa altitonans dextra tunc paulus ab alto
Orditur cœlo, q̃ magna potentia magni
Sit iouis: & ſummi ſapientia mira tonantis
Nec tacuit pietatis opus, quæ triſtia lætat.
Iuppiter eſt author cœli, terræ, ætheris, almi
Aeris, hic liquidas conflauit & æquoris undas,
Et poſuit centrum, cæſar, nihil orbis in orbe
Tunc erat ante diem, nullo qua afflauit ab ente
Omnia quæ apparent, & quæ uaga lumina cernunt,
Et quæcunq; latent oculos ſpiramina tantum,[a]
Spirituum & ſpecies, ſolo hæc cernuntur ubi ſint
Authore ingentis, dictu mirabile, mundi,
Mira quidem uirtus, & dextra dieſpitris ingens,
Quæ nihil in uerbo fiant tam magna[b] potenti,
Ergo dedit cœlum, ſimplex cui corpus, ab omni
Defectu ac abſens, purum, ſolidiſſima moles,
Maxima perſpicua, & lucens, ac ſphærica, tandem
Et ſuprema ſedes, ubi pax diuina, nec error,
Angelicæ facies tantum ſupræma frequentant,

a Tantum. ſ. ſunt. i. quæ tantum ſunt ſpiramina.

b Quæ tam magna nihil tamen fiant iubente deo.

Inq; colunt [a] cœlum,patria eſt ſua,nobile regnum,
Aſſiſtuntq́; deo:quæcunq; & iuſſa capeſſunt.
Diuerſæ ſpecies ſine corpore fecit eaſdem,
Præcipit altitonans:& quæ præcepta minatur
Spernenti: & tetro ſteropum dira agmina lapſu
Oſtendunt:diri tormenta horrentia cœni
Quæ delapſa ferunt,longo cruciantur & æuo
Ecce manus domini:quid enim lachrimabilis adam,
Si deiectus adam ſpernens præcepta iubentis
Imperij: ſubita totus ſi merſus ab unda
Orbis item liquidis & fata extrema pharaon
Senſit aquis: pharaonis eques,pedes [b] æquore tinxit
Se miſer in rubro cœcas obiturus adumbras,
Dogmaq́; mutauit linguæ:dum ſidera turris
Alta petit:tum parua manus magna agmina fudit
Atq; homo bruteſcit:ſuperatq́; puella potentem,
Quid pluuiæ: motusq́; ſolis: quid fulgura: nubes
Et denſæ: horiſonans in diræ grandinis agmen,
Quid tonitrus: quid ſæua freti inclementia grandis:
Cuncta manus [c] domini, pontum,ne tranſeat oram
Littoris extremi,manus hæc diuina cohercet,
Verba dat hæc adimit,miſero dat lumina cœco
Excœcatq́; oculos:miranti hic iuppiter argo
Quem facitis uos eſſe deum,uim ſubtrahit [d] igni,
Ne det hic effectum naturæ inglorius almæ
Sulphure demerſit uitij putrentis,& urbes
Fœtore:& lapides demiſit ab æthere diros,
Præcipit adnectat curſum ſibi cinthius:arctat
Phœbus equos,ut ficta loquar præſtantia romæ
Non equus in cœlo eſt quam magna potentia cœli
Ecce manus domini:mira & ſapientia grandis
Eſt præoſtenſa dei:qui rite elementa:modosq́;

a Inq; colunt tmeſis.
Diuerſe ſpecies.
Exo.14.cap.

b Pedes.ſ.peditis nominatiuus eſt.
Gene.xi.cap.
Parua manus iudi.6.et.7.
Homo bruteſcit daniel 4.cap.
Puella iudith.13.cap.

c Manus dñi.ſ.ſunt.

d Vim ſubtrahit igni dani.3.cap.
Ne det effectum naturæ.
Sulphure demerſit geñ.18.cap.
Lapides miſit ioſue.x.ca.
Cinthius adnectat curſum ioſu.x.cap.

PAVLVS
De dei ſapientia prædicat

Diſpoſuit rerum, cœlóſq; ex ordine traxit
Viribus à proprys, quæ uos errantia dixtis[a]
Sidera: quæq; manent, orbem diſtinxit ab orbe,
Atq; loco locus eſt planetæ exciſus ab omni,
Officys diſtincta ſuis cœleſtia ſuntq;
Corpora, ſol lucet, ſtellas uocitemus opacas
Lumina ſuſcipiunt ſolis, quæ ſphærica dicunt
Corpora, compoſito ſunt tranſparentia toto,
Cœleſtes ſphæræ ſunt hæc, elementa ſequuntur
Quatuor, ex iſtis tria magna liquentia, tellus
Eſt ſolidum corpus, ſtatio gratiſſima uitæ
Humanæ, reliquiſq; ſibi uiuentibus apta,
Pluma gerit uolucres ſpatioſa per aeris arua
Nat liquidis at piſcis aquis, nec deficit ullo
Remigio alarum, propriæ conformia quæ ſunt
Naturæ impoſuit docuit quæcunq; potenti
Subiecta imperio, mira hæc ſapientia, cœli
Quis modus in rebus? mirare ingentia cæſar?
Cuncta poli, rapidum, factũ mirabile, curſum
Solis, & argenteos retinet quos cinthia crines.
Implet hic occiduum curſu ſibi delius annum
Implet at, hæc refluum uolitans ſibi delia menſem,
(Quam recte hæc miſeram delectant nomina romã)
Dicites? dic cæſar? cur hæc conficta potenti
Cuncta manu? non grandis eget quæ facta ſupremo
Contectu, noſtroq; minus iuppiter orbe
Cur aries? cur libra? leo? quid uirginis ora?
Lubricus & piſcis? gemini? quidq; amphora? taurus?
Arcitenensq;? caper? cur hæc? & ſcorpius atrox?
Et rubeus cancer? quid ſol? quid luna? ſenexq;
Mercurius? uel nuda uenus? cur iuppiter? & mars?
Aut aries phrixi? uenus an lupa cipria turpis.

a Dixtis dixiſtis.

Deuoret ipſe cronos fœtus,ſua uiſcera,charos?
Mundi homines credant?uel nata licaonis urſa eſt
Maxima ſignato cœlo quæ dicitur arctos,
Seu minor ipſa iouis fuerit tibi ſedula nutrix,
Stellaq; quæ ſerpens horti mala aurea tempe.
Heſperidum ſeruaret onus ſeruantis,ab uno
Hercule confoſſi,quid erit ꝙ maximus arcas
A ioue prognatus cœlo colluceat alto,
Arcuit omnipotens forſan,ne cuſpide matrem
Fuderet in ſilua lepus hic diſcurrit,orion
Dextra erit armatus claua,clipeusq; ſiniſtram
Protegit ad pugnam,coruusq; moratur,ut aluum
Impleat ex ficu,phœbo nec deucat undas
Sacrificet,quibus ipſe ioui,furit hidra retardans,

Icaliſto quæ urſa m. or. dicitur.

¶ Seu minor, vrſa minor eſt,hanc iginius ponit agloaſtenem ſcripſiſſe unam fuiſſe de iouis nutricibus cynoſuram.
Quæ ſerpens hic uaſto corpore eſt inter duas arctos quem & mala aurea heſperidum cuſtodiſſe fertur ab hercule perentums
Onus appoſitio eſt. Arcuit omnipotens uetuit oui.meta.z.
Lepus diſcurrit,cum oriona venatorem fingant,conſentaneum eſt & leporem fugientem ponant ut uult iginius. Orion armatus dextra habet quippe in manu dextra clauam,in ſiniſtra clipeum,enſe cinctus,cum tauro decertans,mire fuit uelocitatis. Coruus moratꝰ coruus ab apoline iuſſus cum cratere ut aſportaret aquã ad ſacrificium,cũ uero moraretur adusq; coquerentur ficus alia eſt uſus aqua.hac illum igitur ignominia affecit ut q̃diu ficus coquerentur coruus non poſſet bibere.inter ſidera igitur conſtituit crateram hidra ſuppoſita quæ coruum ſitientem moraretur oui.z.faſto.ait.

Forte ioui phœbus ſacrum ſolemne parabat.
Non faciet longas fabula noſtra moras.
I mea:dixit,auis,ne quid pia ſacra moretur
Et tenuem uiuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
Tollit,& aereum peruolat altus iter.
Stabat.adhuc duris ficus denſiſſima pomis.
Tentat eam roſtro,non erat apta legi.
Immemor imperii ſediſſe ſub arbore fertur
Dum fierent tarda dulcia poma mora
Iamq; ſatur nigris lõgã capit unguibus hidram
Ad dominumq; redit,fictaq; uerba refert.
Hic mihi cauſa moræ uiuax obſeſſor aquarum
Hic tenuit fontes,officiumq; meum.
Addis,ait culpe mendatia phœbus.& audes
Fatidicum uerbis fallere uelle deum.
At tibi,dum lactens herebit in arbore ficus
De nullo gelide fonte bibantur aque
Dixit,& antiqui monumenta perennia facti
Anguis,auis,crater ſidera iuncta micant.

*Et canis inſequitur leporem, centaurus ab illis*
*Hic quoq; nutritor, uolitans & mobilis argo*
*Per mare fluctiſonum, nonne hic uenerabilis ara?*
*Omnia ſunt nugæ, cignus non cantat, equusq;*
*Non currit, lyra nulla ſonat, non uulturis ulla*
*Forma uolat cœlo, curuata falce bootes*
*Haud cœlo horreſcit, flores nec ſidera ſertos*
*Proſpitiunt, cæſar, ciues, ſunt omnia nuge.*

¶ET canis ſiue orionis, ſiue icari, aut europe cuſtos a ioue datus. Centaurus qui & chiron ſaturni ex philira filius, iuſtus fuit eſculapii & achillis nutritor ob ſuam pietatem fingunt inter aſtra fuiſſe a ioue collocatum, quia lucet poſt funera uirtus, dicunt enim φ, cum herculis apud illum hoſpitis, ſagittas miraretur unam earum delapſam in chironis pedem illum perimiſſe, ſic dei miſeratione inter ſidera conſtitutus fuit. Volitans argo a celeritate dicitur argo, aliiq; eam argus inuenit, hanc primam in mari φ, plures fuiſſe affirmant, in magneſia oppido hanc nauim fuiſſe fabricatam uult pindarus. cui demetria eſt nomen, hæc nauis inter aſtra collocatur, non tota tamen, ſed a puppi tantum uſq; ad malum.

Ara in qua dii ſacrificarunt coniurantes in titanas, quam cyclopes fabricarunt. Cignus qui cum leda concubuit, uel cum nemeſi dormiente in cuius gremium uolauit fugiens aquilam quæ uenus erat, quia alte uolauit digeſto ſtupro inter ſidera dicitur conſtitutus.

AEquus. ſ. pegaſus neptuni & meduſe filius. lyra. ſ. orphei.

Aquila quæ rapuit ganimedem, ſeu uultur qui pro aquila ponitur.

Bootes arctophilax arcas. ſ. caliſtonis filius.

Flores. i. coronam ariadnes quæ a libero patre inter ſidera collocatur quæ corona donata fuit a uenere ariadnæ cum nuberet baccho, damaſcenus ait in. z. nullus animatos cœlos dicat, uel luminaria exiſtimet inanimati enim ſunt & inſenſibiles Aug. i3. de ci. dei non eſt credendū φ plato dixit globos luminum, ſiue orbiculos lucere luce corporea ſuper terram, ſeu die, ſeu nocte fulgentes ſuis quidem animabus propriis uiuere. idem lib. i8. Anaxagoras factus eſt reus apud athenienſes, quia dixit ſolem eſſe lampadem ardentem negans utiq; ipſum eſſe deum uel quid animatum hæc ille; habent enim cœli animam motricem tantū quæ ſunt intelligentie: non autem informatiuuam ut ſenſitiua, ſiue rationalis, non ergo inibi aquila, nec equus & nullum ibi animatum corpus ut forſan ignarum uulgus apud priſcos credebat.

Credit

*Credit enim uulgus, cœlum ſi ſpiritus abſens*
*Corpore diſcurrit, terra hæc mortalibus egris*
*Eſt locus, ethereas, habitet cur beſtia partes?*
*Vel ſic diſpoſite ſimilant animalia ſtelle,*
*Vel mage conueniunt natura, & moribus ambo,*[a]
*Omnia conueniunt hominis animantia uitæ*
*Qam mage cœlorum uirtus, & munera mundi,*
*Iis bene diſpoſiti fluit hoc, fluit illud, & omnes*
*Conueniunt cœli, foueant elementa tirrannum*
*Terrena ac elementa iuuent conformia quæq;*
*Vt proſint homini, de primis partibus ad nos*
*Virtutes ueniunt homini prodeſſe, lutoq́;*
*Corporis, hoc animæ magno ſeruire tonanti*
*Conferat, hic ergo cœlorum maximus ordo*
*Viuenti ut proſint, quanta eſt ſapientia cœli*
*Quæ ſapit, ipſa iuuet, non ſic ſapientia centri,*
*Quæ ſapit, ut fallat, non ſic ſapientia mundi*
*Quæ ſapit in uitijs, ſed uere illuminat orbem*
*Viuentem in tenebris, cognoſcat uana, reatum*
*Se fecem terræ, q̄ꝫ ſit ſibi uita periclum*
*Hos inter mundi laqueos, q̄ꝫ macra cadentum*
*Spes hominum fiat tum qualis abuſio mundi*
*Temporis in miſero, qualis ſit pœna ruentum*
*In tenebras orci, uel qualia præmia cœli.*

a ¶ Ambo hæc duo, animantia cūcta animata cō ueniunt uite humane in terris. quanto magis cœlorum uirtus, ſic q̄ illa ſigna cœleſtia ſunt ad uſum hominis ut hæc inferiora

¶ Iis ſcilicet muneribus. Tirannum ſcilicet hominem.
Vt proſint homini omnia creata conueniunt ut iuuent hominem. nam a prima virtute primi cœli uſq; ad elementa, & ab elementis ad uſq; humanum corpus uirtutes confluunt, & ut corpus animę inſeruiat ad contemplationem dei, & ueritatis inquiſitionem, cuncta ergo dei ſapientia ſunt ita inter ſe diſpoſita ut homini proſint.
Orbem uiuentem. i. hominem.
Vita periclum quia homo inter tot mundi laqueos ſemper eſt in periculo ſiue corporis ſiue animæ.

Diſpoſuit nam cuncta deus, quæ ſideris alti,
Quæ iouis igniti tenuis quæq; aeris, undæ &,
Et pariter terræ, nihil eſt ſine legis honore.
Cuncta ioui parent: ſolum mortalibus error,
Ii tantum abſcedunt monitis, præcepta repellunt.
Ex uoto & uiuunt miſeri: pigreſcit ad atras
Iuppiter hic pœnas: ueluti ſi errata [a] recuſet,
Scire deus mundi, uideat ne crimina terre.
Expectat: blanditur item: fera uerbera differt,
Mente [b] ſua ſtimulat: iubet hic uox uiua per aures
Velle ſuum fundat, peius tranſitur in annos,
Contemnunt qui uerba ferunt pia ſemina chriſti,
Addit & ipſe minas: quid enim? deus ipſe potenti
Deſcendit cœlo: ſerui uelamina ſumpſit,
Peccati carnem uoluit, commiſſa recuſans,
Lauit hic errores proprio: & commiſſa cruore
Mortalis uitæ: ſpoliat fera dindima, ditat
Hic animis cœlum: ſuperasq; enauit ad auras.
Quippe potens, ſapiens pariter, tum mitis: at idem
Iuſtitia punit miſeros: quibus effera mens eſt,
Infinita quidem ſunt hæc, ſunt ſidera teſtes,
Spirituum delapſa [c] cohors, puriſſima tempe,
Atq; ſciunt lapſum, peccata ingentia, morſus,
Quam nocuum genitoris adæ, dein pellitur adam
Humani generis genitor: ſudore parauit
Frumenta: & rapidos peccato pertulit æſtus,
Frigoris & glaciem, diros pro pane labores,
Fœdauit totumq; genus tum crimine, dira
Tum ſceleris pœna: iniuſto non parcitur ulli
Peccanti [d] in cœlum: terram ſeu læ dat inermem,
Atq; per inſidias ſanctæ uirtutis egentem,
Aut ſe fœdarit macula, NAM præmia laſſos,

Par,

a Errata mundi.

b Mente ſpiritu ſuo. Velle uoluntatem ſuam vox uiua. ſ. prædicatoris dantur mundo nihil tamen proficientes.

c Delapſa. ſ. eſt. Tẽpe paradiſus terreſtris Quã nocuũ lapſum: peccata & morſus quia duo momorderunt pomum.

d Peccanti peccatori. Cœlum deum. Terram hominem. Inſidias. fraudes. Aut ſe fœdauit quia peccatur in deum, in proximũ & in ſeipſum.

*Par, ſcelus infandum ſequitur punitio cæſar*
*Nemo poteſt obſtare ioui, nec fallere cœlum*
*Fas parere deo fas & ſibi credere, ꝙ ſit*
*Ac idem omnipotens, ſapiens: pius: arduus atris,*
*Ter deus: ac unus: tribus una eſſentia tantum.*
*Vnicus & pater eſt, genitusq; ſit unicus ipſe*
*Vnicus ardor item: deus unus: hic unicus haud eſt.*
*Non dij terrenæ carnis cillenius, & mars,*
*Non ſaturnus item, non pluto infernus, amoris*
*Non dea diona[a] eſt, quid enim tritonia pallas?*
*Quidq; ceres: cibele & multas quid ueſta per urbes?*
*Delia? quid phœbus? ſteriles,[b] cur cinthia? ueri,*
*Tris facies uni, ſic iuno inferna, nigellas*
*Ipſa uelit pecudes: regna & plutonia tauros,*
*Atq; hircum bacchus, uana hæc illuſio, uani*
*Quiq; uolunt hos eſſe deos, deus unus, ab illo*
*Omnia principium retinent finemq; coercet,*
*Qui deus, hic mauors, cum ſumma potentia, cernens*
*Phœbus hic & mundum, tum quæq; latentia cæco,*
*Cernere corporeæ uidet is præcordia molis*
*Mercurius pariter deus eſt, ſapientia prima*
*Cuncta ſciens, dulcisq; parens, ſermonis abundans,*
*Hic quoq; ſaturnus rerum menſura, paterq;*
*Temporis, & primus mundi uertigine motor*
*Iuppiter & pallas, uirtus, & robur in orbe*
*Atq; idem magnæ ſit filia magna diones*
*Certe & cæcus amor, dic quis ioue fortior? aut quis*
*Doctior? hunc cupiat ſenſu ſuperare ſupremo?*
*Quis mage formoſus? dum dira piacula delet,*
*Adfingens neſcire reos, ut cæcus habetur,*
*Pan deus eſt idem, uiridi qui paſcua ſeruat,*
*Atq; greges paſcit, lætat qui & ſtercore campos,*

a Diana [redacted]

b Steriles ueri uocatiuus eſt.

*Quiq; aperit:qui claudit:item:quia uinculat atros*
*Liberat & iuſtos diræ à formidine mortis,*
*Qui reliqui dij cæſar erunt: nam flumina:montes*
*Et nemorum ſiluæ:proprios ſi conſpicis actus*
*Cunctarum rerum, ſi ſint fœlicia,uel non*
*Quæ mente inuoluis:uel ſint telluris:an undæ,*
*Cuncta ſuos habuere deos,pia numina,[a] romæ,*
*Vnus at in cunctis deus eſt,qui regnat ubiq;,*
*Hic tamen haud triſtis dea ſit diſcordia:uel par,[b]*
*Perfecti tantum ſpeciem gerit ipſe: tenetq;,*
*Vda pales idem eſt qui prata uirentia pingui.*
*Pabula & ipſe iubet fieri ꝙ grandis in aruo,*
*O' ueri ſteriles:una eſt:& prima poteſtas*
*Iuppiter,hic idem mundo ſapientia prima:eſt,*
*Ac amor in cunctis:non qui fera bella[c] parenti*
*Intulit:& latium genitor penetrauit:adunca*
*Falce metit natos:feruenti & deuorat ore,*
*Non qui aurum danaem uitiat:qui taurus inermem*
*Europam ingenij:[d] neq;, qui ſe finxit olorem,*
*Atq; aquilam pueri uirtute cupidinis acri,*
*Hic ledam compreſſit amans:hic plumeus ardens*
*Suſtulit aſterien ſatyri nec imagine pulchra*
*Qui ſe cœlatum impatiens uredinis atræ*
*Præbuit antiope,qui æſopi iuppiter igne*
*Luſerit æginam: & ſerpens deoida preſſit,*
*Amphytrionq; fuit:ſed qui ſine patre parens eſt*
*Cunctarum rerum,nec ſcit quæ crimina damnant,*
*Virtutum ſplendor:non ſunt quæ ſaxa rogantur*
*Ad reſponſa dei:uana eſt reſponſio,uanum*
*Quod petis à ſaxo:centum mendatia uero*
*Immiſcent uni:perdant qui talia credunt*
*Non ſibi:nec uobis proſunt ſimulachra, rapaces*

*Humanæ*

a ¶ pia numina irriſio eſt

b ¶ Vel par uel ſimilis quia non eſt triſtitia, quã res cuncte haberent ſuum deum.

Concluſio primarũ propoſitionum.

c ¶ Qui fera bella.i. filius ſaturni iuppiter.

d ¶ Inermem ingenii.i.paueſcẽtis uirtute acri,pueri cupidinis ergo in olore ledam,in aquila aſteriem compreſſit latonæ ſororem,ceĩ titanis filiæ quã tam ardenter amauit iuppiter ut eã in coturnicem conuerſam rapiat ꝑ aquilam oui.meta.6.

Satyri iuppiter cõuerſus in ſatyrum antiopam nyctei filiam viciauit.

Eſopi fluuii:æginam matrem æaci.

Sine patre ad id, ꝙ dicit iouem filium ſaturni.

Nec ſcit crimina quæ dãnant.

Saxa quæ rogantur non ſunt dei.

Vero uer.tati.

Perdant.ſcut.

*Humanæ uitæ ſteropes, ſapientia quorum*
*Decipere eſt bibuli ſunt hæc uaga pabula uulgi,*
*Vulgares credunt, ꝙ ſit neptunnus, apollo,*
*Mercurius, mars, luna, ſenex, tritonia pallas,*
*Alma ceres, & pulchra uenus, diana triformis,*
*Atq; hecate, & diri coniunx proſerpina ditis,*
*Pan deus arcadiæ, bromius, tria fata breuisq;*
*Corporis humani, credisne hæc cæſar? olimpo*
*Hic ſedet, & regnat totum qui iuppiter ambit,*
*Implet item totum proprijs uirtutibus orbem,*
*Saxa nihil proſunt, non dant[a] reſponſa columbæ,*
*Nulla ſibilla docet cæco admirabilis antro,*
*Nec folio deſcripta leui reſponſa petenti,*
*Ipſa dat ambiguis animas damnantia uerbis,*
*Scit tantum uentura deus, niſi mente ſerenas*
*Edoceat mentes propria, docuere ſibillæ*
*Venturum chriſtum, deus eſt qui inſpirat inermes,*
*Non dæmon, qui ſaxa docet reſonare futurum,*
*Dira iubent diri, ſecum uirtute carentes*
*Præcipitare animas uellent in tartara, cæſar,*
*Iuppiter eſt unus tantum, deus unus, & una eſt*
*Vera fides chriſti, ueræ & baptiſma ſalutis,*
*Vnum erit in mundo, quibus ijs non credere, mors eſt*
*Sperne igitur quæcunq; uides ſimulachra parentum,*
*Quorum a te uenerantur opes, & ſtemmata lauru*
*Exornant fragiles?[b] atq; ijs pia numina romæ*
*Creduntur, crudele genus quod tartara torquent,*
*Mundus enim ſimili (non pauca ſuperbia) cæno*
*Sordidus extollit uacuas formidine uires,*
*In uacuum quod tollit aues, ſed dindima ſeruant*
*Suplicium diuis,[c] ſic uana ſuperbia fluxit*
*In præceps, ſtatuere dei tum fallere mundum*

a ℭ Non dant reſponſa columbæ virg.lib.4. Virg.lib.6.

b ℭ Fragiles.ſ.mundani. iis.ſ.fragilibus. Non pauca ſuperbia.ſ.eſt Sordidus ſimili ceno.i. peccato.

c ℭ Diuis ironice dictum eſt dei inferne partis. Mundum.i.hominem.

a ¶ Qui ſubiere pericla.i. magni romani & reliqui proceres.

b ¶ Iulius cæſar Et cæſar eſt deus tibi : & urbi romæ. Caue tertiæ coniugationis.i.te ipſum.

c ¶ Rex.ſ.es.

*Infernæ partis:ſic qui ſubiere pericla,[a]*
*Et facinus prægrande homini:qui talia neſcit,*
*Hos fecere deos,quæ multa iniuria cœlo,*
*Æneam dixere deum,qui mœnia primus*
*Fixit,& ille deus,tibi romæ & iulius[b] urbi*
*Eſt deus & cæſar,caue ſis deus ipſe,repugnant,*
*Se quippe opponunt humenti hæc nomina terræ,*
*Te cernas,ſi recta ſapis:cognoſce neronem,*
*Figmentum cognoſce tuum,terra ipſe cadendum eſt,*
*Terra quidem fragilis,cæſar,quia terra ſumus nos,*
*In terram uertemur item,rex[c] ipſe,potentem*
*Imperio populumq́; præmis,quæ maxima rerum*
*Gloria,& imperio romani inflare,triumphi,*
*Tu caput orbis item,fluat hoc in membra,regatq́;*
*Hæc,ut recta gerant:neq; enim pituita fatiget*
*Membra ſui capitis,non os tibi puteat,aures*
*Quæ deceant audire,iuuet,tua lingua decorum*
*Præcipiat,non dura nimis,ferat ipſa ſalutem,*
*Et nares cæſar ſano oblectentur odore,*
*Cerne urbis quæ curua gerunt examina cæſar,*
*Sis comis,ſis iuſtus item,dilectio mundi,*
*Imperium qui grande tenes,fraus nulla parentum*
*Nullus amor noceat,quin recte iudicet author*
*Romani imperij,nulla atq; iniuria cogat*
*Cæſar ad interitum,ratio diſcernat amarum*
*Inter dulce nero,populi concordia magni.*
*Te circa aſpicias,qualem mirabilis orbem*
*Ipſe regis cæſar:qui te comitantur adorant,*
*Teq́; timent,ſuus ipſe deus,iuuenesq́;,ſenesq;*
*Te ſolum metuunt,auſcultant uerba,tacentq́;*
*Cum loqueris cæſar,cernas quæ mœnia romæ,*
*Diuitias,templa,& q̃ꝫ ſæua palatia,campos,*

In

*In patriam ſi flectat amor ſunt uiſcera ciues.*
*Corporis urbani.ſcis quot diſcordia in urbe*
*Perdidit hic roma:uæ h:uæ h pugnantibus abre.*
*Iniuſte qui bella gerunt:fera tartara ditant,*
*Emathy effuſo riueſcunt ſanguine campi,*
*Quis furor hic ciues? & quæ dementia tela*
*Suſcepit fugienda manu:qui primus in urbe es,*
*Orbis & imperium flectis ceu uota feruntur*
*Conſule ſuplicijs.caput es,ſunt membra ſequentes.*
*Inſpice quid latitat [a] intra te ceſar :amaro*
*Crimine,ne ſpernas animam quæ corporis uſum*
*Confert:atq; animat membra hæc morientia ſenſu*
*Multiplici:nam clauſa ſuos fert ipſa labores.*
*Vt cœlum mereatur agens:ut uota tonantis*
*Præcipiunt:labor hic:alibi ſed præmia ceſar,*
*Hic quoq; fraus alibi tormenta,incendia,pœne.*
*Non,quæ blanda foris uita hæc ſeducat inertem*
*Incau am q; animam cecis in dira,periclis*
*Tartara lapſuram:facilis deceptio ſenſus*
*Errorum q̃ꝫ flexa domus,[b] dura arca malorum*
*Vita hominis fallax:hominem quæ obnectit & obſtat*
*Vt cadat interitu,magniq; paleſtra pericli,*
*Circenſum ludus,regio quæ ſentibus horret*
*Deſertum deforme,labor ſatis improbus,& mons*
*Præruptus,mendacis item ſcæna obſita tetro,*
*Spes uana ,& ſpelunca,nimis ſchola tetra ferarum*
*Ac limoſa [c] palus,uallisq; hirſuta,metusq;*
*Degener,& ſterilis campus,cui ſaxa ſuperſunt,*
*Tum gemitum follis, lachrimarum flumen,inanis*
*Fletus,amara quies:relum confuſus & ordo,*
*Herboſum,pratumq; uirens:deceptio ſenſus*
*Qui tantum accipiunt quæcunq; obiecta feruntur*

a ℂ Latitat intra iambus.
Quæ blanda .ſ.eſt.

b ℂ Flexa domus.ſ. labirinthus ex quo difficilis egreſſus.
Obnectit circumnectit.
Paleſtra magni pericli qa luctam habemus cum demone.
Ludus gladiatorum.
Deſertum ubi eſt gratiæ priuatio.
Mons præcipitium altitudinis.
c ℂ Limoſa palus in qua mira ſorditics.
Degener uilis propter gratie priuationem.

*Seu uera, aut fallant extra(ſic naſcitur error)*
*Infauſtum[a] pondus, ſic fabula ficta, uenenum*
*Dulce nimis, uerusq́; dolor, conatus ubiq;*
*Irritus, infœlix[b], grata & dementia, tellus,*
*Mors animæ, tum cura iugis, laqueusq́; uenantis*
*Decipula inferni, ſpeculum fallacis & umbræ,*
*Cernere tum pulchrum, turpe at captare quod iſtos*
*Allicit infirmos ſenſus, quia fumus ubiq́; eſt*
*Stat, fugit, arridet uita hæc, tum nubila torquet*
*Humanos qui hæc ima petunt, q̃ triſtis, ocellos,*
*Illudit miſero, uoluitq́; anfractibus alti*
*Gurgitis, ac homini cœno ſine fine, luendum eſt.*
*Proſpicias quæ cuncta procul ſunt cæſar, ab iſto*
*Cæſare, uera fides,[c] ueri cognitio, templi*
*Mens deuota, ducis pietas, amor utilis urbi,*
*In tenebris uitæ meditatrix cura futuræ,*
*Mens humilis: uitijq; fugax, dolor[d] anxius orco*
*Hæſiſſe, innumeros, nulla formidine mortis*
*In cœno cumulaſſe dies, quæ ſunt prope cæſar*
*Non cernis, furor, ira, manus, tria fulmina magni*
*Principis humani generis prope dura morantur*
*Corda hominũ, qui iniuſta uolunt, & iuſta prophanãt,*
*Quæ contra minus ipſe uides, ſub ſole coruſco*
*Obtenebrat caligo oculos, nam pendulus enſis*
*Pendet in exitium romani principis, alto*
*Lapſurus tecto, tenui quæ lamina filo*
*Vix appenſa trucem poterit depellere caſum,*
*Lanatos ſed cæſar habent, ut fabula fingit,*
*Numina ſancta pedes, quia dira morantur iniquis*
*Vulnera, tum miti ſumma eſt clementia cœlo,*
*Nec[e] longo grauiora die tibi bella minantur,*
*Quo magis expectant maiora pericula formant,*

Nanq;

a ℭ Infauſtũ infœlix inutile.
b ℭ Infœlix tellus q̃a homo eſt mire infœlicitatis & magis in dulcibus q̃ in amaris.
Procul a te.
c ℭ Vera fides.ſ.eſt procul a te cæſare.
d ℭ Dolor anxius eſt procul.
Quæ ſunt prope te.
Quæ contra te ſunt.
e ℭ Nec.ſ.numina.

Nanq; ioui pietas, ſimul infinita tonanti
Iuſtitia eſt: charam linquit non ulla ſororem
Spes ergo, & pietas non te à uirtute repellant.
Te retro cernas quæ dira pericula: fraudes,
Inſidiæ: caueas cæſar diſcrimina rerum,
Cautus eris ſi iniuſta fugis: ſi crimina damnes,
Et faueas recto iaculis: nec arundine, mauris
Cæſar eges, Ratio [a] ſola eſt defenſio regis,
Ipſe magis timeas quanto ſublimius audes,
Teq; ante aſpicias, hinc qui ceſſere priores
Quod regnum, quæ magna manus: uictoria qualis,
Quale iis imperium, quæ uana ſuperbia mundi,
Tartara ditarunt, ubi ſit ſua gloria quæro,
Fumus enim cæſar: nihil eſt hæc doxa [b] triumphi
Terreni, tantum umbra leuis, deceptio mentis.
Inſpice quæ ſub te: cœca & tellure feruntur,
Infernum uideas: & uaſti carceris antrum,
Vincula: tum fluuios: obſcura incendia, flammas.
Pauperiem: frigusq; tenax, bellumq; cruentum,
Et diras facies, miſeræq; umbracula uitæ,
Nulla quies, pax nulla animis, dolor impius auget
Vsq; ſuas uires, tum nulla redemptio captis.
Suſpice quæ ſurſum: dulcedo: gloria: uirtus
Certa quies, fugiunt lachrimæ, pia gaudia: cantus
Æternæ laudes: diuum conſortia cœlo,
Nullus ineſt error: perfecta ſcientia: pacis
Contentus, tandem ſuper omnia, ter deus unus
Nullus & hic finis [c] ſupræmæ in præmia uitæ.
Hic dat perpetuam iuſto ſine fine ſalutem
Dixit: & imponens optata ſilentia lingue,
Obticuit paulus magni tuba clara tonantis.
Tunc cæſar, quam paule ſapis: quam callidus ipſe es.

a ¶ Ratio iuſtitia.

b ¶ Hæc doxa pro huius triumphi.

c ¶ Nullus finis ad id nulla eſt redemptio captis. Optata a reprobis.

*Tu ſemel exceptus: cunctos uis fallere: fraudes*
*Paule geris: ſperniſq́; deos, quos mundus, & orbis*
*Inuocat auſilio: miro & ueneratur honore.*
*Deſtruis & ueterem, moſiſq́; uolumina, legem*
*Cui credit iudea cohors, tibi detrahis ipſi,*
*Deficis à ueteri, Chriſti ad mendatia moſe,*
*Vis pariter latias, paule hic peruertere leges?*
*Non ſumus inſanum uulgus: romana poteſtas*
*Approbat haud chriſtum, nihil eſt quod dixeris ergo,*
*Quod ꝓbat hoc uerũ eſt, nihil eſt, quod roma reſellit,*
a ℭ Credite hoc ad petrũ & paulum fertur. *Ergo ſile, nam lingua nocet, cui pectus abundans*
*Vt dicat, quæ mente gerit, mihi credite,*[a] *faxo*
*Pœniteat, populo nugas ſcuiſſe potenti,*
*Mortuus hic ueſter deus eſt, mirabile ſenſu,*
*Surgere, ꝙ potuit tenebris, & mortis ab umbra,*
*Nec potuit uitare necem, nam dicite, cur hoc?*
*Dicitis hic uoluit uitam exhalare ſub umbras,*
*Naturæ obiecit ſe ſe: diſcrimina mortis*
*Quæ fugit, & nolet uitam præcludere fine,*
VITA *magis prodeſt, q̃ȝ mors ingrata cadenti,*
*Defunctos uita, ſi cœca à morte redemit*
*Viuus hic in terris, ut ueſtra intentio, cur non*
*Et ſine morte animas, à morte repellere triſtes*
*Hic potuit chriſtus?* QVAM *quos ſua uita reliquit,*
*Viua magis proſunt, tibi littera multa nocebit*
*Paule, & romanis mandaſſe hæc ſemina campis,*
*Tunc paulus, quid multa aræ, inuictiſſime ceſar,*
*Victima ſignificat? quid ouis, iuguletur ad aras,*
*Commeruit? peccauit adam, genitiq́; ſequuntur*
*Ad commiſſa leues, non bos, non buccula, & hircus.*
*Non aries, non agnus item, tamen impia cultro*
*Dextra bouem mactat, cur hæc? quæ crimina damnãt*

*Hæc*

Hæc perimunt animam, mortem peccator amaram
Ergo meret cæſar, culpa ut purgetur iniqua,
Atq; necem uitet, moritur pecus, inſpicit ardens
Peccator ueniæ, mortem meruiſſe reatu,
Quam pecus hic[a] patitur doleat ſuſpiret, amaro
Se excrutiet fletu, tum ſeſe a crimine purget
Igne ſuæ mentis, caueatq; ad dira relapſet,
Sed peccauit adam, traxitq; ad uincla ſequentes
Sufficit haud adam maculam delere, nec agnus,
Ergo genus totum pereat quod ſeminat adam?
Hoc abſit cæſar, quis erit qui crimina purget
Humani generis? quæ non delenda cruore
Cuiusq̃ pecudis, nec homo ſe ſoluere ab antro
Quippe poteſt cæſar, uenit qui uincula rupit
Carceris horrendi, deus hic peccata relaxat,
Et potuit delere patris pia gratia crimen
Sanguinis humani, terræ pro ſemine uiuæ
Humanusq; pati mortem, mendacia cæſar
Non ſunt, nec fraudes, potuitq; reſumere uitam
Qui uoluit pro gente mori, ſi maius ab orco eſt
Surgere, q̃ diræ uitare pericula mortis,
Quod minus effugit, quæ ſunt maiora potenter
Aggrediens, quid cæſar ais? mendatia non ſunt,
Non dire fraudes, ſola eſt deceptio,[b] cæſar
Quæ trahit ad cæcas confuſſi numinis umbras
Gloria romanos animæ, quæ excecat inertes,
Hærebant multi paulo, contraria multi,
Tentabant delere hominem diuina canentem,
Delapſi[c] interea petijt fera dindima, manes
Spiritus[d] aggreditur dictis & tartara turbat,
Quod noua progenies mundo ſpolia ampla reportat,
A gente, & populo ſpolians miſerabile centrum,

a ¶ Hic apud me.

b ¶ Gloria quæ trahit eſt deceptio animæ.

c ¶ Delapſi.ſ.ſimonis.
d ¶ Spiritus.ſ. ſimonis magi.

Veridico populatq; animas tuba concaua ſenſu,
Paulus hic[a] in mores acuit ſua tela, deoſq;

a ¶ Hic iſte.

Qui ſummis, inſurgit; ſtatuas fregere, negantq;
Eſſe deos plures, tum pauca piacula fiunt
Quæ decantorcum, non eſt uenus alma, cibelle
Nulla quidem, non flaua ceres, non iuno, ſenexq;
Nullus erit, neptumnus item, cillenius haud eſt
Cunctarum; niſi cædat amans uirtutis ab orbe,
Incute uim rapido, pluto, nec parce, furori,
Vt nero diſcruciet paulum, diſſeminet aruis
Membra petri, hoc cœcum qui uerbo pauperat antrũ,
Deluſis animis, noſtre caligine, fraudis,

b ¶ Conſenſere ut peterent.
Eumenides dire præcordia.

Conſenſere[b] omnes, raptim ſocordia diræ
Eumenides peterent ſcelerati inſana neronis
Augerent rabie in paulum, comitemq; potentem
Sermone, & uirtute magis quæ lumina templi,
Ergo iter arripiunt diræ, tenebroſa relinquunt
Eumenides, mirum eſt, inſueta pace fruuntur
Tartara; mirantur manes, & numina centri,
Tunc erat ardeſcens cæſar non parcere ferro
In thalamo, ſoluſq; necem meditatur amaram
In pecudes Chriſti, timet at de cæde furorem
Ardere in populo, dum ſic cruciatur, ab antro
Elapſæ eumenides ueniunt, & penitus intrant,

c ¶ Tela.ſ.neronis
Sanguine uidentia, & ueneno.
Horrentia horrenda.

Inyciunt uiruſq; ſuum, & tela[c] cruentant
Sanguine peſtiferi, quæ ſunt horrentia, centri
Cæſaris inuiſo, quantum peiora, prophanis
Et ſtimulis feriunt præcordia dira nefandi,
Infremit, & miſerum memoratur ab aere caſum

d ¶ Patroclus.ſ.hic ſit.

Falſiferi, chriſtoq; urbis cohercere potenti
Quamplures, patroclus[d] item, qui fidus achates
Cæſaris, à cœco qui tunc ſurrexerat antro

Voce

Voce præcum pauli, furijs inpulſus iniquis
Diſcipulos chriſti damnat, moriantur, & orbem
Ad tenebras linquant, faciantq; ſilentia linguæ
Duxerunt chriſti comites, noua lumina cæcis,
Defunctis uitam, miſeris ſolamen, opesq;
Pauperibus, baculos claudis, ubi crimina damnant
Diuerſis diuerſa locis tormenta miniſtrant,
Suſcipit hic petrum morti mirabilis arbos,
In cruce ſupplicium paſſus migrauit ad urbem
Sideris æterni, ſic facto fine[a] quieuit
Corporis & uitæ, paulum mucrone coruſco
Romanum ciuem truncant diuina ferentem.

a Fine. ſ. uitæ corporis Endi.

Actus apoſtolorum expliciunt per Ioannem mariam uelmatium bagnacaballum.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z A B C.

C Duernus, Cæteri Quaterni.

car.5.in mordacem
car.5.rapidi lupi
car.5.blatteronem
car.6.mercurium diſertū nō deſertū
Epiſt. prima ſatago pro ſartago
car.10.mortalia voce pro voces
car.12.a tergo ſtroilis ꝓ ſterilis
car.13.a tergo nubiferi
car.14.a tergo tellus omnes ꝓ omni
car.17.a fronte quantis ꝓ quamuis
car.17.a fronte ſuſpenſas alas
car.18.a fronte dum rudere
car.18.a fronte vaſtro pro vaſto
car.18.a tergo eſſe dedit pariter
car.20.a fronte nec minor alterius
car.20.a tergo innocuum quodcūq;
car.21.a tergo virorem ꝓ humorem
car.22.a fronte prebit ꝓ prebet
car.22.a fronte omnes genus ꝓ omne
car.23.a tergo reddebant
car.23.a tergo deceptura rudes
car.24.a tergo ambroſieq; come
car.25.a fronte precepta ſoluto
car.26.a tergo cauſit ꝓ cauſet
car.26.a ter. ohecateidos
car.28.a fronte nox humida
car.29.a fronte in bella minaces
car.29.a fronte diuinas ſedes
car.30.a tergo vincitur erecto
car.31.a fronte de ſede ruentes
car.31.a tergo quod ditat
car.33.a fronte que magis ꝓ quo
car.35.a fronte caput terre
car.35.a fronte domus aurea circum
car.36.a fronte ſi nota nequit
car.36.a tergo oſtendam q̄;
car.37.a tergo aliis q̄;
car.40.a fronte diuina pſectu
car.40.a fronte placuere ſibi
car.41.a fronte quippe repugnanti
car.41.a tergo pluuieq; feraces
car.43.a fronte vmbra quidem
car.47.a fronte herpillum
car.47.a fronte cuiq; ꝓ cuiq̄;
car.48.a fron. huc ꝓ hinc
car.48.a tergo paſſurus cauee
car.48.a tergo in fine ſic
car.49.a tergo ſic reſpondet Adam
car.49.a tergo excuſſit ſomnum
car.50.a fronte fida vie
car.51.a tergo in ſomnum irriguum
car.56.a fron. veſtre manus
car.57.a tergo volucres
car.60.a tergo crimina mundane
car.60.a tergo et leniat vna
car.60.a tergo percita non parcita
car.61.a tergo ſoror necti
car.63.a fronte tremulum equor
car.65.a fronte non tamen eterni
car.65.a fronte nec tamen hi tres ſunt
car.65.a tergo que gloria
car.66.a tergo iuppitris
car.69.a tergo ſuperas non ſuperbas
car.70.a tergo etherea totum
car.70.a tergo hec dum lethee
car.74.a tergo ſuffulta
car.74.a tergo viuentum genus
car.76.a fronte ligone
car.80.a fronte husq; abero
car.88.a tergo mouiſſet ceſiſſe
car.90.a fronte ad tela non tala
car.90.a tergo blla ꝓ bella
car.94.a tergo minuitur agens
car.95.a fronte cum fine ligantur
car.95.a fronte amplexu nunc
car.101.a tergo crimine tantum
car.106.a tergo rapiunt, nō rapitunt
car.109.a fronte quidiam, ꝓ quod
car.112.a tergo hoc & etiam.
Virtutis cœlibem non aliter poteſt ſta
re vel caſtam.
Car.114.a fronte infecta eſt, non que
car.114.a tergo oſtātem ꝓ obſtātem
car.115.a fronte ſorte nitens
car.119.a fronte purgare ad cauſam
car.122.a fronte cuiq; nec
car.122.a tergo exoptat
car.124.a fronte Chriſtumq;
car.127.a ter. furie de cede
car.130.a tergo ſimilis vultu.
car.132.a fronte fact orem factura
car.132.a fronte templa ego que dixi
car.133.a fronte ſua famina
car.135.a fronte inclita magni
car.136.a fronte ſequiturq; nocens.
car.137.a tergo plutoniiniuſſus quia

car.1 59.a tergo deuouet, nõ deuouit
car.1 44.a fronte in vltimo ſylla
car.1 45.a fronte ſaluator ad vndas
car.1 45.a tergo ſuſcipit imperium
car.1 50.a tergo nequit eſſe ſophos
car.1 52.a tergo ſeparet vſum
car.1 54.a tergo ad ſuperum ꝑ
car.1 55.a fronte arcere a cauſa
car.1 55.a fronte ni ſileant
car.1 56.a fronte dien ꝑ dein
car.1 57.a fronte exemplo
car.1 57.a tergo hac ꝑ hec
car.1 62.a fronte labra humẽtia
car.1 62.a tergo creuerat
car.1 66.a tergo exuriens mox
car.1 67.a tergo vicem ꝑ vicum
car.1 69.a tergo luminis
car.1 71.a tergo fidumq; cruorem.
car.1 74.a fronte fodere pro fundere
car.1 75.a fronte cornibus inflat
car.1 75.a tergo vobiſcum trahitis
car.1 76.a fronte mirari
car.1 76.a tergo fit caput in veſtrum
ca 1.r77.a tergo Tentauere quidam
car.1 79.a fronte impiger
car.1 79.a fronte flexis genibus
car.1 8c.a fronte hec dixere
car.1 81.a tergo dicetur noſtros
car.1 82.a fronte ſaxa minantia
car.1 82.a fronte cũctiq; ſenes
car.1 84.a tergo hebreæ vinctum
car.1 85.a fronte lyſias, nõ hyſias
car.1 86.conuitia ſaulo
car.1 86.a tergo ſentiat infelix
car.1 89.a fronte quale, nõ quele
car.1 9o.a tergo penitus ꝑ ꝑtimus
car.1 92.a fronte vera fides
car.1 94.a ter. ſuꝑma ſedes eſt verbũ
car.1 94.a fronte ipſe luas ſuſo
car.1 96.ſoderet infunderet a frõ.
car.1 98.dione ꝑ diana
car.2 00.rerum. conſuſus & ordo
car.2 02.a tergo ſocordia ꝑ ꝑcordia
car.2 01.a tergo penitus ꝑ ꝑtinus

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO